OBRAS
DE
SAN AGUSTIN

EN EDICION BILINGÜE

XXII

Enarraciones sobre los Salmos (4.º y último)

EDICIÓN PREPARADA POR EL PADRE

BALBINO MARTIN PEREZ, O. S. A.

BIBLIOTECA DE AUTORES CRISTIANOS
MADRID • MCMLXVII

INDICE GENERAL

Págs.

ENARRACIONES SOBRE LOS SALMOS

IV (último)

SALMO 118

[EXCELENCIAS DE LA LEY DE DIOS]

PRÓLOGO

Expuse con el auxilio de Dios y conforme pude, parte predicando al pueblo y parte redactando, todos los salmos que contiene el libro que llamamos Salterio atendiendo a la costumbre de la Iglesia. Con todo, difería el salmo 118, no tanto por su conocida extensión cuanto por la profundidad que encierra, la cual es conocida de pocos. Como mis hermanos llevasen a mal que faltase en mis escritos sólo la exposición de este salmo para completar toda la del Salterio y me urgiesen insistentemente a que pagase esta deuda, no accedí por mucho tiempo a sus ruegos y súplicas, porque cuantas veces intenté pensar en ello, otras tantas advertí que excedía a mis deseos y fuerzas. Pues cuanto más sencillo parece, tanto más profundo me suele parecer a mí; hasta tal punto, que no puedo declarar su profundidad. Por el contrario, otros salmos que difícilmente se entienden, aunque oculten el sentido debido a la oscuridad, sin embargo, se hace patente esta misma oscuridad; en éste no se percibe, porque presenta tal aspecto o apariencia, que se piensa que sólo necesita un lector u oyente y no un expositor. Aun ahora que comienzo su exposición, ignoro en absoluto lo que pueda declarar sobre él. Sin embargo, pido y confío que Dios me ayude para que pueda hacer algo, pues así lo hice en todas las

PSALMUS 118

PROOEMIUM

Psalmos omnes caeteros, quos codicem Psalmorum novimus continere, quod Ecclesiae consuetudine Psalterium nuncupatur, partim sermocinando in populis, partim dictando exposui, donante Domino, sicut potui: psalmum vero centesimum octavum decimum, non tam propter eius notissimam longitudinem, quam propter eius profunditatem paucis cognoscibilem differebam. Et cum molestissime ferrent fratres mei, eius solius expositionem, quantum ad eiusdem corporis Psalmos pertinet, deesse opusculis nostris, meque ad hoc solvendum debitum vehementer urgerent, diu petentibus iubentibusque non cessi; quia quotiescumque inde cogitare tentavi, semper vires nostrae intentionis excessit. Quanto enim videtur apertior, tanto mihi profundior videri solet; ita ut etiam quam sit profundus, demonstrare non possem. Aliorum quippe, qui difficile intelliguntur, etiamsi in obscuritate sensus latet, ipsa tamen apparet obscuritas; huius autem nec ipsa, quoniam talem praebet superficiem, ut lectorem atque auditorem, non expositorem necessarium habere credatur. Et nunc quod tandem ad pertractationem eius accedo, quid in eo possim, prorsus ignoro: spero tamen, ut aliquid possim,

cosas que he declarado con amplitud cuando me parecían difíciles o casi imposibles de explicar o de entender. Determiné hacer la exposición de este salmo por medio de sermones que se prediquen al pueblo, a los cuales llaman "homilías" los griegos, pues me parece muy justo que los fieles que concurren a la iglesia no sean defraudados en el conocimiento de este salmo, con cuyo cántico suelen deleitarse como con los demás. Pero dejémonos ya de prólogos y hablemos del salmo, sobre el cual me pareció conveniente hacer este preámbulo.

SERMÓN 1

1 [v.1]. Este gran salmo, hermanos míos, desde su comienzo nos exhorta a la bienaventuranza, que nadie desprecia. ¿Quién puede, pudo o podrá jamás encontrar a alguno que no quiera ser feliz? Si el que exhorta no hace más que mover la voluntad de aquel a quien persuade para que vaya en pos de lo que le sugiere, ¿qué necesidad tiene de exhortación el alma humana a la felicidad, que ansía por naturaleza? Luego ¿por qué se nos incita a que queramos lo que no podemos menos de querer si no es porque, deseando todos la felicidad, muchos ignoran el modo de llegar a ella? Esto, pues, es lo que enseña el que dice: *Bienaventurados los que están sin mancilla en el camino, los que andan en la ley del Señor.* Esto es como si dijese: Sé lo que quieres: buscas la bienaventuranza. Si quieres ser feliz, sé inmaculado. Todos quieren la felicidad, pero

adfuturum atque adiuturum Deum. Sic enim fecit in omnibus quaecumque sufficienter, cum prius mihi ad intelligendum vel explicandum difficilia ac pene impossibilia viderentur, exposui. Statui autem per sermones id agere, qui proferantur in populis, quas Graeci ὁμιλίας vocant. Hoc enim iustius esse arbitror, ut conventus ecclesiastici non fraudentur etiam psalmi huius intelligentia, cuius, ut aliorum, delectari assolent cantilena. Sed sit huc usque prooemium: iam de ipso est loquendum, de quo istuc visum est praeloquendum.

SERMO I

1 [v.1]. Ab exordio suo magnus psalmus iste, charissimi, exhortatur nos ad beatitudinem, quam nemo est qui non expetat. Quis enim usquam vel potest, vel potuit, vel poterit inveniri qui nolit esse beatus? Quid igitur exhortatione opus est ad eam rem quam sua sponte appetit animus humanus? Nam profecto qui exhortatur, id agit, ut excitetur voluntas eius cum quo agit, ad illud propter quod exhortationis adhibetur alloquium. Utquid ergo nobiscum agitur, ut velimus quod nolle non possumus; nisi quia omnes quidem beatitudinem concupiscunt, sed quonam modo ad eam perveniatur, plurimi nesciunt? Ideoque hoc docet iste, qui dicit: *Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini.* Tanquam diceret: Scio quid velis, beatitudinem quaeris; si ergo vis esse beatus, esto immaculatus. Illud enim omnes, hoc autem pauci volunt, sine quo non pervenitur ad illud quod omnes volunt. Sed ubi erit quisque im-

pocos los que quieren ser inmaculados, sin lo cual no se llega a conseguir lo que todos quieren. Pero ¿en dónde llegará a ser inmaculado el hombre si no es en el camino? ¿En qué camino? En el del Señor. Por esto se nos exhorta y no en vano se nos dice: *Bienaventurados los que están sin mancilla en el camino, los que andan en la ley del Señor.* Qué clase de bien sea, para el cual se muestran muchos perezosos, caminar sin mancilla por el camino, que es la ley de Dios, se da a conocer cuando se indica que son felices los que hacen esto; de suerte que ha de hacerse lo que rechazan muchos para conseguir lo que todos quieren. Efectivamente, el ser feliz es un bien tan grande, que lo quieren los buenos y los malos. Y no es de maravillar que los buenos sean buenos por llegar a conseguirlo, pero sí que los malos sean malos por querer ser bienaventurados, puesto que cualquiera que se entrega a la lujuria y se corrompe con la sensualidad y el estupro, busca en este mal la bienaventuranza, y se considera desgraciado cuando no consigue el placer y el deleite de sus anhelos, y no duda tenerse por feliz cuando los logra. Asimismo, el que se abrasa en deseos de avaricia, reúne de cualquier modo riquezas a fin de ser feliz: y todo el que desea derramar la sangre de los enemigos, y el que apetece dominar, y el que alimenta su crueldad con las calamidades ajenas, busca en todos estos crímenes la felicidad. Pues bien, a todos estos descarriados, que buscan con la verdadera miseria la falsa felicidad, llama al camino, si es oída, esta voz divina: *Bienaventurados los que están sin mancilla en el camino, los que andan en la ley del Señor.* Esto es como si les dijera: ¿Adónde vais? Os perdéis y lo ignoráis. No se va por donde camináis a donde queréis

maculatus, nisi in via? In qua via, nisi in lege Domini? Ac per hoc, *Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini,* non superfluo nobis dicitur, sed exhortatio necessaria nostris mentibus adhibetur. Quid enim boni sit ad quod multi pigri sunt, id est, immaculatos ambulare in via, quae lex est Domini, sic ostenditur, cum beatos esse qui hoc faciunt, indicatur, ut propter illud quod omnes volunt, etiam hoc fiat quod plurimi nolunt. Beatum quippe esse, tam magnum est bonum, ut hoc et boni velint et mali. Nec mirum est quod boni propterea sunt boni; sed illud est mirum, quod etiam mali propterea sunt mali, ut sint beati. Nam quisquis libidinibus deditus, luxuria stuprisque corrumpitur, in hoc malo beatitudinem quaerit, et se miserum putat, cum ad suae concupiscentiae voluptatem laetitiamque non pervenit, beatum vero non dubitat iactare cum pervenit. Et quisquis avaritiae facibus inardescit, ad hoc congregat quocumque modo divitias, ut beatus sit: inimicorum sanguinem fundere quicumque desiderat, dominationem quisquis affectat, crudelitatem suam quisquis alienis cladibus pascit, in omnibus sceleribus beatitudinem quaerit. Hos igitur errantes, et vera miseria falsam beatitudinem requirentes, revocat ad viam, si audiatur, vox ista divina, *Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini:* tanquam dicens, Quo itis? Peritis, et nescitis. Non illac itur qua pergitis, quo pervenire desi-

llegar, pues ciertamente deseáis ser felices; pero los caminos por los que corréis son deplorables y conducen a mayor desgracia. No busquéis bien tan grande por tan mal camino. Si queréis llegar a él, venid acá, caminad por esta senda. Abandonad la malignidad del mal camino los que no podéis desprenderos del querer de la felicidad. Os fatigáis en vano caminando a donde, una vez que lleguéis, os mancilláis. Pues los que, contaminados con el error, caminan por la perversidad del siglo no son bienaventurados, sino *los que están sin mancilla en el camino, los que andan en la ley del Señor.*

2 [2.3]. Oíd, además, lo que sigue: *Bienaventurados los que escudriñan sus testimonios, los que de todo corazón le buscan.* Me parece que por estas palabras no se conmemora otro género de bienaventurados fuera de aquel del que antes habló. Porque escudriñar los testimonios o preceptos del Señor y buscarle de todo corazón, es ser inmaculado en el camino y andar en la ley del Señor. A continuación prosigue y dice: *pues no anduvieron en sus caminos los que obran la iniquidad.* Luego si los que andan en el camino, esto es, en la ley del Señor, son los que escudriñan sus preceptos y los que le buscan de todo corazón, sin duda los que obran iniquidad no investigan sus testimonios. No obstante, vemos que los ejecutores de la maldad se entregan a investigar los testimonios del Señor con el fin de ser más bien doctos que justos También observamos que otros escudriñan los preceptos del Señor, no porque vivan ya rectamente, sino para saber cómo deban vivir. Estos aún no caminan sin mancilla en la ley del Señor, y, por lo tanto, todavía no son felices. Luego ¿cómo ha de entenderse:

deratis: nam utique beati esse cupitis; sed misera sunt, et ad maiorem miseriam ducunt itinera ista qua curritis. Tam magnum bonum quaerere per mala nolite: si ad illud pervenire vultis, huc venite, hac ite. Viae perversae relinquite malignitatem, qui non potestis relinquere beatitudinis voluntatem. Frustra tendendo fatigamini, quo perveniendo inquinamini. Non autem beati inquinati in errore, qui ambulant in perversitate saeculi; sed, *Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini.*

2 [v.2.3]. Quid porro adiungat attendite: *Beati qui scrutantur testimonia eius, in toto corde exquirunt eum.* Non mihi videtur aliud his verbis commemoratum beatorum genus, quam illud quod ante dictum est. Nam scrutari testimonia Domini, et eum in toto corde exquirere, hoc est immaculatum in via, in lege Domini ambulare. Denique sequitur et dicit: *Non enim qui operantur iniquitatem, in viis eius ambulaverunt.* Si ergo ambulantes in via, id est in lege Domini, ipsi sunt scrutantes testimonia eius, et in toto corde exquirentes eum; profecto qui operantur iniquitatem, non scrutantur testimonia eius. Et tamen novimus operarios iniquitatis ad hoc scrutari testimonia Domini, quia malunt docti esse quam iusti: novimus et alios ad hoc scrutari testimonia Domini, non quod iam recte vivant, sed ut sciant quemadmodum vivere debeant. Tales ergo nondum immaculati ambulant in lege Domini,

Bienaventurados los que escudriñan sus testimonios, siendo así que vemos a hombres que escudriñan sus testimonios y no son felices, porque no son inmaculados? Los escribas y fariseos, que se sentaban sobre la cátedra de Moisés, y de quienes dijo el Señor: *Haced lo que dicen, no hagáis lo que hacen, pues dicen y no hacen,* sin duda escudriñaban los preceptos del Señor para saber lo bueno que decían, aunque hiciesen ellos lo malo. Pero dejemos a éstos a un lado, ya que se nos declarará que éstos no investigaban los preceptos del Señor, pues no buscaban estos preceptos, sino otra cosa por medio de ellos, esto es, el ser alabados por los hombres o el enriquecerse. No es escudriñar los preceptos del Señor no amar lo que enseñan y no querer llegar a donde nos llevan, esto es, a Dios. Además, si estos mismos escudriñan los preceptos del Señor para conseguir y alcanzar por ellos no a Dios, sino cosa distinta, sin duda *no le buscan de todo corazón,* lo cual vemos que no se añadió aquí en vano. Conociendo el Espíritu, que dijo estas cosas, que muchos investigarían sus preceptos por un fin distinto del establecido, no sólo dijo: *Bienaventurados los que escudriñan sus testimonios,* sino que añadió: *los que le buscan de todo corazón,* como enseñando de qué modo o por qué deben ser escudriñados los preceptos del Señor. En fin, la misma Sabiduría, hablando en el libro de la Sabiduría, dice: *Me buscan los malos, y no me encuentran, porque odian la Sabiduría.* Y esto, ¿qué es sino que me odian a mí? *Me buscan,* dice, *y no me encuentran, porque me odian.* Y ¿por qué se dirá que buscan lo que aborrecen si no es porque no buscan la Sabiduría, sino otra cosa en ella? No pretenden ser sabios para gloria de Dios, sino que intentan aparecer como sabios atendiendo a la gloria de los hombres. ¿Cómo

ac per hoc nondum beati. Quomodo ergo intelligendum est, *Beati qui scrutantur testimonia eius;* cum videamus homines eius scrutari testimonia non beatos, quia non immaculatos? Nam Scribae et Pharisaei super cathedram Moysi sedentes, de quibus Dominus ait, *Quae dicunt, facite; quae autem faciunt, facere nolite: dicunt enim, et non faciunt* (Mt 23,3); utique scrutabantur testimonia Domini, ut haberent quae dicerent bona, quamvis facerent mala. Sed hoc omittamus: recte quippe respondebitur nobis quod isti non scrutantur testimonia Domini. Non enim quaerunt ipsa, sed aliud quaerunt per ipsa, id est, ut glorificentur ab hominibus, vel ditentur. Non est hoc scrutari testimonia Dei, non diligere quod ostendunt, nolle pervenire quo ducunt, id est ad Deum. Aut si et ipsi scrutantur testimonia Dei, quamvis non ut ipsum, sed ut aliud ex his inveniant et acquirant; certe non *in toto corde exquirunt eum,* quod non utique frustra hic additum cernimus. Sciens enim Spiritus qui haec dicit, multos propter aliud, non propter quod constitutum est, scrutari testimonia eius, non tantum dixit, *Beati qui scrutantur testimonia eius;* sed addidit, *in toto corde exquirunt eum,* tanquam docens quemadmodum, vel propter quid scrutanda sint testimonia Domini. Denique in libro Sapientiae loquens ipsa Sapientia: *Quaerunt,* inquit, *me mali, et non*

no aborrecerán la Sabiduría, que manda y enseña que ha de ser despreciado lo que aman? Por tanto, *bienaventurados los que están sin mancilla en el camino, los que andan en la ley del Señor. Bienaventurados los que escudriñan sus testimonios, los que de todo corazón le buscan.* Así, pues, diremos que andan sin mancilla en la ley del Señor los que, escudriñando sus testimonios, de tal modo le buscan, que le buscan de todo corazón. ¿Por ventura no escudriñaba sus testimonios ni le buscaba el que decía: *Maestro bueno, ¿qué bien he de hacer para conseguir la vida eterna?* Pero ¿cómo le buscaba de todo corazón, siendo así que prefirió sus riquezas al consejo que le dio el Señor sobre el abandono de ellas, y, por lo mismo, se apartó lleno de tristeza? Luego ciertamente no se busca de este modo a Cristo, puesto que Isaías dice: *Buscad al Señor, y, cuando lo encontréis, abandone el impío su camino, y el varón perverso sus malos pensamientos.*

3. Los impíos y malvados buscan a Dios de tal suerte, que hallándole dejan de ser impíos y perversos. Pero ¿cómo son ya bienaventurados aquellos que todavía escudriñan sus testimonios y le buscan, si esto pueden hacerlo los impíos y malvados? ¿Qué hombre dirá, por impío y malvado que sea, que son bienaventurados los impíos y los malvados? Luego son bienaventurados en esperanza, como lo son *los que padecen persecución por la justicia;* no por lo presente, al padecer los males, sino por lo que se avecina, puesto que *de ellos es el reino de los cielos;* no porque tengan

inveniunt; oderunt enim sapientiam (Prov 1,28 et 29). Quod quid est alium, quam, Oderunt me? *Quaerunt ergo me,* ait, *et non me inveniunt qui oderunt me.* Quomodo igitur dicuntur quaerere quod oderunt, nisi quia non hoc, sed aliud ibi quaerunt? Non enim volunt esse sapientes in Dei gloriam, sed volunt videri sapientes propter hominum gloriam. Quomodo enim sapientiam non oderunt, quae iubet et docet contemnendum esse quod diligunt? Proinde, «Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. Beati qui scrutantur testimonia eius, in toto corde exquirunt eum». Sic enim scrutando testimonia eius, ut in toto corde exquirant eum, immaculati ambulant in lege Domini. Numquid tamen ille non scrutabatur testimonia eius, nec quaerebat eum, qui dicebat, *Magister bone, quid boni faciam ut vitam aeternam consequar?* Sed quomodo eum in toto corte quaesivit, cuius consilio divitias suas praetulit, quo audito tristis abscessit? (Mt 9,16.22). Nam et propheta Isaias dicit, *Quaerite Dominum; et cum inveneritis eum, derelinquat impius vias suas, et vir iniquus cogitationes suas* (Is 55, 6 et 7).

3. Quaerunt itaque Deum et impii et iniqui, ut eo invento non sint impii, nec iniqui. Quomodo ergo iam beati, cum adhuc testimonia eius scrutantur et exquirunt eum, cum hoc facere possint et impii, possint et iniqui? Beatos autem esse impios et iniquos, quis vel impius dixerit aut iniquus? Ergo spe beati, sicut *beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam:* non propter quod adest, quamdiu mala patiuntur; sed propter quod aderit, *quoniam ipsorum est regnum caelorum:* et *beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam,* non quia esuriunt et sitiunt, sed

hambre y sed, sino por lo que sigue: *y ellos serán saturados.* Igualmente son *bienaventurados los que lloran;* no por el llanto, sino por lo que a continuación se sigue: *porque reirán.* Por tanto, serán *bienaventurados los que escudriñan sus preceptos, los que le buscan de todo corazón,* no porque escudriñen y busquen, sino porque han de encontrar lo que buscan, ya que no buscan negligentemente, sino con todo el corazón. Si son felices en esperanza, tal vez sólo en esperanza serán inmaculados. Pues en esta vida, aunque caminemos en la ley del Señor, aunque escudriñemos sus preceptos y le busquemos de todo corazón, *si dijésemos que no tenemos pecado, nos engañamos a nosotros mismos y la verdad no está en nosotros.* Esto ha de investigarse con el mayor cuidado atendiendo a lo que sigue: *no anduvieron en sus caminos los que obran la maldad.* Pues podrá parecer que quienes andan en el camino del Señor, esto es, en la ley de Dios, escudriñando sus preceptos y buscándole de todo corazón, puedan ser ya inmaculados, *No anduvieron en sus caminos los que obran la iniquidad.* Y San Juan escribe: *El que peca obra iniquidad;* y añade: *El pecado es iniquidad.* Pero ya ha de darse fin a este sermón para que cuestión tan grande no quede encerrada en límites estrechos.

SERMÓN 2

1 [v.3]. Se escribió en este salmo y se lee, y es verdad, que *no anduvieron en sus caminos los que obran la iniquidad.* Pero

propter quod sequitur, *quoniam ipsi saturabuntur:* et *beati qui plorant;* non quia plorant, sed propter quod sequitur, *quia ridebunt* (Mt 5, 10.6.5). Proinde, *Beati qui scrutantur testimonia eius, in toto corde exquirunt eum;* non quia scrutantur et exquirunt, sed quia inventuri sunt quod exquirunt: in toto enim corde, non negligenter exquirunt. Si ergo spe beati, fortassis etiam spe immaculati. Nam profecto in hac vita, licet in lege Domini ambulemus, licet scrutemur testimonia eius, et in toto corde exquiramus eum, *si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, et veritas in nobis non est* (1 Io 1,8). Sed hoc diligentius inquirendum est. Sequitur quippe, *Non enim qui operantur iniquitatem, in viis eius ambulaverunt.* Ex quo videri potest, qui ambulant in via Domini, id est in lege Domini, scrutando testimonia eius, et in toto corde exquirendo eum, iam esse posse immaculatos, hoc est sine peccato, propter verba sequentia: *Nom enim qui operantur iniquitatem, in viis eius ambulaverunt. Qui* autem *peccatum facit, et iniquitatem facit,* ait beatus Ioannes; et addidit, *Peccatum iniquitas est* (ib. 3,4). Sed iam sermo iste claudendus est, nec in angustum tanta quaestio coarctanda.

SERMO II

1 [v.3]. Scriptum est, et legitur, et verum est, in hoc psalmo, *Non enim qui operantur inquitatem, in viis eius ambulaverunt.* Sed elabo-

hemos de esforzarnos con el auxilio de Dios, de quien dependen nuestras palabras y nosotros mismos, para que no turbe al lector o al oyente entendiendo mal lo que está bien dicho. Ha de evitarse el pensar que todos los santos, de quienes procede esta voz: *Si dijésemos que no tenemos pecado, nos engañamos a nosotros mismos y la verdad no está en nosotros,* no andan por los caminos del Señor, porque *el pecado es iniquidad,* y los que lo cometen, ciertamente que no anduvieron en sus caminos. Y también, por el contrario, que se crea, lo que a todas luces es falso, que no tienen pecado, porque es cierto que ellos andan en el camino del Señor. No se escribió: *Si dijésemos que no tenemos pecado, nos engañamos a nosotros mismos,* con el fin de evitar la arrogancia y la soberbia, pues de otro modo no se añadiría: *y la verdad no está en nosotros,* sino que se diría: la humildad no está en nosotros; y, sobre todo, aclarando este sentido y quitando toda duda lo que sigue, puesto que, después de haber dicho San Juan lo que se refirió anteriormente, añade: *Mas, si confesamos nuestros delitos, fiel y justo es Dios para perdonar nuestros pecados y limpiarnos de toda iniquidad.* ¿Qué dice ante esto? ¿Qué opone a esto la altivez de la impiedad detestable? Si por evitar la arrogancia, mas no por confesar la verdad, dicen los santos que tienen pecados, ¿qué es lo que confiesan en orden a conseguir el perdón y ser purificados? ¿O es que también alguien se confiesa para evitar la arrogancia? Entonces ¿cómo se impetrará el perdón de los pecados con una falsa confesión? Enmudezca y se consuma la débil altivez de los soberbios, que se engaña a sí misma al decir a los oídos del hombre, con fingida humildad, que es pecadora, y diciendo en su corazón, con perversa altivez, que no tiene pecado. Los que dicen esto, a sí mismos se engañan y en ellos no está la verdad. Cuando susurran esto a los oídos del hombre, se

randum est, opitulante Deo, in cuius manu sunt et nos et sermones nostri (Sap 7,16), ne recte dictum, non recte intellectum, lectorem auditoremve perturbet. Cavendum est enim, ne omnes sancti, quorum illa vox est, *Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, et veritas in nobis non est;* aut non putentur ambulare in viis Domini, quoniam *peccatum iniquitas est* (1 Io 3,4), et qui operantur iniquitatem, non utique in viis eius ambulaverunt; aut quia dubium non est eos ambulare in viis Domini, non credantur habere peccatum, quod procul dubio falsum est. Neque enim propter arrogantiam superbiamque vitandam scriptum est, *Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus.* Alioquin non adderetur, *Et veritas in nobis non est;* sed diceretur, Humilitas in nobis non est: praesertim quia sequitur unde iste sensus clarius illustretur, omnesque auferat dubitationis ambages. Cum enim hoc beatus Ioannes dixisset, adiunxit: «Si autem confessi fuerimus delicta nostra, fidelis est et iustus, qui dimittat nobis peccata nostra, et mundet nos ab omni iniquitate» (ib. 1,8 et 9).

engañan no sólo a sí mismos, sino también engañan a otros con la perversidad de la pérfida doctrina. Pero, cuando lo dicen en su corazón, allí se engañan a sí mismos, allí no hay verdad; y, por tanto, se engañan a sí mismos en su corazón y desaparece de él la luz de la verdad. Exclame, pues, la santa familia de Cristo, que crece y fructifica en todo el mundo humildemente veraz y verazmente humilde; exclame, diré, con estas palabras: *Si dijésemos que no tenemos pecados, nos engañamos a nosotros mismos y la verdad no está en nosotros; pero, si confesásemos nuestros delitos (Dios) es justo y fiel para perdonarnos nuestros delitos y limpiarnos de toda iniquidad.* Del modo que esto se dice, se sienta. Pues habrá verdadera humildad si no se ostenta únicamente de palabra, sino que, conforme dice el Apóstol, *no somos altivos de pensamiento, sino que sentimos con los humildes.* Y no dice "hablamos", sino *sentimos,* lo cual se ejecuta con el corazón, no con la boca. Hipócrita, si dices que tienes pecado creyendo que careces de él, exteriormente finges humildad e interiormente abrazas la vanidad. Luego te falta en la boca y en el corazón la verdad. ¿De qué te aprovecha aparentar a los hombres que eres humilde, pues así se lo dices, si Dios ve que eres altivo, conforme lo sientes? Aun cuando el divino oráculo te dijera; "No hables con altivez", sin embargo, con razón se te condenaría si hablases con humildad ante los hombres, y altiva-

Quid hic dicit, quid contradicit damnabilis impietatis elatio? Si enim propter arrogantiam devitandam, non propter veritatem fatendam, non dicunt sancti se non habere peccatum; quid est quod confitentur, ut remissionem mundationemque mereantur? An et hoc fit, ut arrogantia devitetur? Quomodo ergo impetrabitur peccatorum vera mundatio, quorum est falsa confessio? Conticescat igitur et arescat elatio fenea superborum, se ipsa seducens, quae in auribus hominum simulata humilitate dicit se habere peccatum, in corde autem suo impia elatione dicit se non habere peccatum. Qui enim hoc dicunt, seipsos seducunt, et veritas in eis non est. Sed quando in auribus hominum hoc dicunt, non tantum seipsos, sed alios quoque doctrinae insanae perversitate seducunt: cum vero id in corde suo dicunt, illic seipsos seducunt, illic veritas in eis non est; ac per hoc seipsos in corde suo seducunt, et in suo corde veritatis lumen amittunt. Exclamet autem sancta familia Christi, fructificans et crescens in universo mundo, humiliter verax et veraciter humilis; exclamet, inquam: «Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, et veritas in nobis non est. Quod si confessi fuerimus delicta nostra, fidelis est et iustus, ut dimittat nobis peccata nostra, et mundet nos ab omni iniquitate». Haec ut dicuntur, ita sentiantur. Tunc enim erit humilitas vera, si non sola ostentetur in lingua; ut simus secundum Apostolum, *non alta sapientes, sed humilibus consentientes* (Rom 12,16): non ait, colloquentes, sed, *consentientes;* quod non fit ore, sed corde. Hypocrita, si dicis te habere, cum credas te non habere peccatum; foris fingis humilitatem, intus amplecteris vanitatem. Ergo et in ore et in corde non habes veritatem. Quid tibi prodest videri hominibus humile

mente en el corazón delante de Dios. Pero diciéndote: *No pienses altivamente, sino teme,* pues no dice: "No hables", sino: *No pienses,* ¿por qué no crees humilde dentro, en donde piensas? ¿O es que la mente ha de inflamarse de altivez para que la lengua finja humildad? Lees u oyes: *No pienses altivamente, sino teme,* y tú de tal modo te engríes, que llegas a creer que no tienes pecado; y, por lo mismo, por no querer temer, no te queda más que reventar de orgullo.

2. ¿Por qué, dirás, se escribió: *Los que obran iniquidad no anduvieron en sus caminos?* ¿Acaso los santos del Señor no andan en los caminos del Señor? Pues, si andan, dice, no obran iniquidad; y, si no obran iniquidad, carecen de pecado, porque *el pecado es iniquidad.* Ven en mi ayuda, ¡Oh Señor Jesús!, y protégeme contra el soberbio hereje por medio del Apóstol, que confiesa. Ea, ¿en dónde está aquel hombre todo tuyo que se anonada a sí mismo para llenarse de ti? Oigámosle, hermanos míos; le interroguemos si le agrada. ¿Qué digo si le agrada? Porque le agrada, le preguntemos. Dinos, ¡oh bienaventurado Pablo!, si anduviste en los caminos del Señor cuando vivías en la carne. Y responderá: ¿Por qué decía yo: *Caminemos en aquello a lo que nos encaminamos?* ¿Por qué decía yo: *Por ventura os engañó Tito? ¿Acaso no hemos caminado con el mismo espíritu y con los mismos pasos?* ¿Por qué decía yo: *Mientras estamos avecindados en el cuerpo, peregrinamos hacia Dios, puesto que caminamos por la fe y no por la visión?* ¿Qué camino del Señor es más seguro que la fe, por la que vive el justo? ¿Por qué otra

esse quod dicis, si Deus videt altum esse quod sapis? Certe, si auribus divinum insonaret oraculum, Noli altum dicere; nec sic immerito damnareris, si humile in ore coram hominibus, et altum in corde coram Domino loquereris. Cum vero audias, *Noli altum sapere, sed time* (ib. 11,20) (non enim ait, dicere, sed, *sapere);* cur non etiam intus es humilis ubi sapis? An ideo mens altitudine inflatur, ut humilitatem lingua mentiatur? Legis, vel audis, *Noli altum sapere, sed time:* et tu in tantum sapis altum, ut te peccatum existimes non habere; ac per hoc, quia non vis timere, nihil tibi aliud remanet quam tumere.

2. Et unde, inquis, scriptum est, *Non enim qui operantur inquitatem, in viis eius ambulaverunt?* An vero sancti Domini non ambulant in viis Domini? Quod si ambulant, inquit, non operantur inquitatem: si non operantur iniquitatem, non habent peccatum; quoniam *peccatum iniquitas est.* Exsurge in adiutorium mihi, Domine Iesu, et contra haereticum superbientem opitulare mihi per Apostolum confitentem. Ecce, ubi est homo tuus exinaniens se, ut impleatur te? Ipsum audiamus, fratres mei; ipsum de hac quaestione, si placet, imo quia placet, interrogemus. Dic nobis, Paule beatissime, utrum ambulaveris in viis Domini, cum in carne adhuc viveres? Respondet: Et unde dicebam, *Verumtamen in quod pervenimus, in eo ambulemus?* (Phil 3,16). Unde dicebam, *Numquid circumvenit vos Titus? nonne eodem spiritu ambu-*

senda caminaba a la bienaventuranza cuando exclamaba: *Diré una sola cosa: que, olvidándome de lo de atrás y extendiéndome a lo de adelante, sigo, según mi propósito, corriendo hacia la corona de la suprema vocación de Dios en Cristo Jesús?* En fin, ¿por qué otro camino había corrido cuando dije: *Luché el buen combate, he terminado mi carrera?* Nos sean suficientes estas respuestas, por las que aprendimos que el apóstol San Pablo anduvo por los caminos del Señor. Pero le preguntemos otra cosa. Di, te ruego, ¡oh Apóstol!, si, cuando vivías en la carne y caminabas por las sendas del Señor, tenías pecado o carecías de el. Oigamos si se engaña a sí mismo o siente lo que su coapóstol San Juan, porque en ellos está la verdad. En cuanto a esto, responde: ¿"No habéis leído lo que confieso diciendo: *No hago el bien que quiero, sino que hago el mal que no quiero"?* Lo hemos oído. Por eso mismo te preguntamos: ¿Cómo andabas los caminos del Señor, si ejecutabas el mal que no querías hacer, siendo así que el salmo vibra, diciendo: *No anduvieron los caminos del Señor los que obran la iniquidad?* Oyele a continuación responder por medio de la sentencia siguiente: *Si yo hago lo que no quiero, yo ya no obro esto, sino el pecado que habita en mí.* Ved cómo no cometen pecado los que andan en los caminos del Señor, y, sin embargo, tampoco se hallan sin pecado, porque ya no lo cometen ellos, sino el pecado que habita en ellos.

lavimus? nonne iisdem vestigiis? (2 Cor 12,18). Unde dicebam, *Quamdiu sumus in corpore, peregrinamur a Domino; per fidem enim ambulamus, non per speciem?* (ib. 5,6.7). Quae certior via Domini, quam fides ex qua iustus vivit? (Rom 1,17). In cuius alterius viae itinere ad superna tendebam, quando dicebam, «Unum autem quae retro oblitus, in ea quae ante sunt extentus, secundum intentionem sequor ad palmam supernae vocationis Dei in Christo Iesu?» (Phil 3,15.14). Postremo in qua alia via cucurreram, quando dicebam, *Bonum certamen certavi, cursum consummavi?* (2 Tim 4,7). Satis sint ista responsa, quibus apostolum Paulum in viis Domini ambulasse didicimus: sed ab illo aliud inquiramus. Dic obsecro, o Apostole, quando adhuc in carne vivens in viis Domini ambulabas; habebas peccatum, an sine peccato eras? Audiamus utrum se ipse seducat, an vero quod beatus Ioannes eius coapostolus sapiat: quoniam veritas erat in eis. Et hic ergo respondet: Nonne legistis ubi confiteor, dicens, *Non enim quod volo facio bonum, sed quod nolo malum, hoc ago?* Et hoc audivimus: iam itaque illud interrogamus, Quomodo in viis Domini ambulabas, si malum quod nolebas hoc agebas; cum Psalmus sanctus insonet dicens, *Non enim qui operantur iniquitatem, in viis eius ambulaverunt?* Audi continuo respondentem per sententiam consequentem: *Si quod nolo,* inquit, *ego hoc facio, iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum* (Rom 7,15-17). Ecce quemadmodum qui ambulant in viis Domini, non operantur peccatum, et tamen non sunt sine peccato; quia iam non ipsi operantur illud, sed quod habitat in eis peccatum.

3. Aquí dirá alguno: "¡Cómo ejecutaba el mal que no quería y cómo no lo perpetraba él, sino el pecado que habitaba en él? Mientras dilucidamos esta cuestión, quede asentado que se probó por la autoridad de la Escritura canónica que puede suceder que quienes andan en los caminos del Señor, aunque no estén sin pecado, con todo, no lo cometen ellos. *Porque los que obran la iniquidad,* esto es, el pecado, puesto que *el pecado es iniquidad, no anduvieron en sus caminos.* Luego para explicar de qué modo pueda entenderse que él obra por el cuerpo de esta muerte, en el cual habita la ley del pecado, y que no comete él el pecado, puesto que anda en los caminos del Señor, es necesario otro sermón, pues éste ha de concluirse aquí.

SERMÓN 3

1 [v.3]. Siendo el pecado iniquidad, según dice San Juan, se suscitó por aquello que se consignó en este salmo: *No anduvieron en sus caminos los que obran iniquidad,* una cuestión difícil, a saber: cómo no hayan podido los santos estar en esta vida sin pecado, puesto que es verdadero lo que se consignó: *Si dijésemos que no tenemos pecado, nos engañamos a nosotros mismos y la verdad no está en nosotros,* y, con todo, anduvieron los caminos del Señor, los cuales no andan los que obran iniquidad. Esta cuestión se resolvió por lo que dijo San Pablo: *Yo ya no lo obro, sino el pecado que habita en mí.* ¿Cómo se halla sin pecado aquel en quien habita el pecado? Sin embar-

3. Hic dicet aliquis: Quomodo agebat quod nolebat malum, et quomodo ipse non id agebat, sed quod habitabat in illo peccatum? Interim iam ista quaestio soluta est, satisque apparuit Scripturae auctoritate canonicae, fieri posse ut ambulantes in viis Domini, quamvis non sint sine peccato, non tamen id operentur ipsi. *Non enim qui operantur iniquitatem,* hoc est peccatum, quia *peccatum iniquitas est, in viis eius ambulaverunt.* Iam vero qua ratione possit intelligi, et agens illud propter corpus mortis huius, in quo lex peccati habitat, et non ipse agens illud propter vias Domini in quibus ambulat; alius sermo necessarius est, quia iste claudendus est.

SERMO III

1 [.3]. Propter id quod in psalmo isto scriptum est, *Non enim qui operantur iniquitatem, in viis eius ambulaverunt,* quoniam *peccatum iniquitas est* (1 Io 3,4), sicut Ioannes apostolus dicit, exorta difficilis quaestio. Quomodo possint sancti in hac vita et non esse sine peccato, quia et illud verum est, *Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, et veritas in nobis non est* (ib. 1,8); et tamen ambulare vias Domini, quas non ambulant qui operantur iniquitatem: soluta est, dicente apostolo Paulo, *Iam non ego operor illud, sed id quod in me habitat peccatum.* Quomodo enim est sine peccato, in quo habitat

go, anda los caminos del Señor, que no andan los que lo hacen, porque ya no lo comete él, sino el pecado que habita en él. Se resolvió esta cuestión; sin embargo, de ella se suscita otra aún más difícil, a saber: ¿Cómo obra el hombre lo que él no obra, pues se dijeron ambas cosas: *Hago lo que no quiero;* y también: *No yo, sino el pecado que habita en mí?* Por esto, debemos entender que, cuando el pecado que habita en nosotros obra en nosotros, si nuestra voluntad no consiente en él y refrena los miembros del cuerpo para que no obedezcan a sus malos deseos, entonces no obramos nosotros. Pues ¿qué obra el pecado no queriendo nosotros? Unicamente el movimiento de los deseos ilícitos. Pero, si la voluntad no presta su asentimiento, ciertamente que se excitan no pocos afectos, pero no se les permite acto alguno. Esto es lo que ordenó el mismo Apóstol allí en donde dijo: *No reine el pecado en nuestro cuerpo mortal, de suerte que obedezca a sus apetitos; ni prestéis vuestros miembros como armas de iniquidad al pecado.* Luego el Apóstol nos prohibió obedecer a los deseos del pecado. El pecado, ciertamente, obra estos deseos; si le obedecemos, también obramos nosotros. Por el contrario, si, obedeciendo al Apóstol, no les obedecemos a ellos, no obramos nosotros, sino el pecado que habita en nosotros. Si careciésemos de todo movimiento desordenado, ni nosotros ni el pecado obraría en nosotros mal alguno. Con todo, se dice que ejecutamos el movimiento del deseo ilícito, que no obedeciéndolo no obramos nosotros, porque no es incentivo de naturaleza ajena, sino enfermedad de la nuestra. De esta enfermedad nos veremos libres en

peccatum? Ambulat tamen vias Domini, quas non ambulant qui operantur; quia iam non ipse operatur illud, sed quod in eo habitat peccatum. Verumtamen ita soluta est quaestio ista, ut difficilior altera nasceretur, Quomodo agat homo quod ipse non agit. Utrumque enim dixit; et, *Non quod volo, ago;* et, *Non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum* (Rom 7,17 et 20.16). Unde intelligere debemus, quando peccatum quod habitat in nobis, operatur in nobis, tunc nos id non operari; quando nequaquam ei voluntas nostra consentit, et tenet etiam corporis membra, ne obediant desideriis eius. Quid enim operatur peccatum nolentibus nobis, nisi sola illicita desideria? Quibus si voluntatis non adhibeatur assensus; movetur quidem nonnullus affectus, sed nullus ei relaxatur effectus. Hoc praecepit idem Apostolus, ubi dicit: *Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, ad obediendum desideriis eius; nec exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato* (ib. 6,12.13). Sunt itaque desideria peccati, quibus nos prohibuit obedire. Operantur ergo peccatum haec desideria; quibus si obedimus, et nos operamur: si autem obtemperantes Apostolo non obedimus eis, non illud nos operamur, sed quod in nobis habitat peccatum. Si autem desideria nulla haberemus illicita, nec nos, nec peccatum mali aliquid operaretur in nobis. Motum porro illiciti desiderii, cui non obediendo non eum nos operamur, ideo et nos agere dicimur, quoniam non est naturae vigor

absoluto cuando seamos inmortales en cuerpo y en alma. Por tanto, como andamos en los caminos del Señor, no obedecemos a los deseos del pecado; y como, por otra parte, no estamos sin pecado, poseemos los deseos del pecado. Por lo mismo, no los obramos nosotros al no obedecerlos, sino el pecado, que habita en nosotros conmoviéndolos, pues *los que obran la iniquidad,* es decir, los que obedecen a los deseos del pecado, *no anduvieron en los caminos del Señor.*

2. Pero aún ha de preguntarse qué cosas pedimos que nos sean perdonadas cuando decimos a Dios *Perdónanos nuestras deudas:* si las que nosotros obramos cuando obedecemos a los deseos del pecado, o si queremos que nos perdone los mismos deseos, que no obramos nosotros, sino el pecado que habita en nosotros. En cuanto alcanzo a vislumbrar, todo el reato de aquella enfermedad y flaqueza de la que proceden los deseos ilícitos, a la cual llama el Apóstol *pecado,* se destruyó junto con todo lo que obedeciéndolo habíamos hecho, dicho y pensado, por el sacramento del bautismo, de suerte que en adelante esta flaqueza o enfermedad no nos ha de dañar, aunque radique en nosotros. si no obedecemos jamás a ningún movimiento desordenado de ella, ya sea por pensamiento, por palabra o por obra, hasta que llegue a sanar por completo cuando se cumpla lo que aquí pedimos diciendo: *Venga tu reino;* o también: *Líbranos de mal.* Pero como la vida del hombre sobre la tierra es una continua tentación, aunque estemos lejos de cometer delitos, no faltan,

alienae, sed languor est nostrae: a quo languore omnimodo salvi erimus, cum et animo et corpore immortales facti fuerimus. Quapropter et quia in viis Domini ambulamus, non obedimus desideriis peccati; et quia non sumus sine peccato, habemus desideria peccati. Ac per hoc iam nos ea non operamur, non eis obediendo; sed quod in nobis habitat peccatum, eadem commovendo. *Non enim qui operantur iniquitatem,* id est, obediunt desideriis peccati, *in viis* Domini *ambulaverunt.*

2. Sed adhuc quaerendum est quae petamus dimitti nobis, quando dicimus Deo, *Dimitte nobis debita nostra:* utrum quae nos operamur, quando peccati desideriis obedimus; an ipsa desideria nobis dimitti volumus, quae nos non operamur, sed quod habitat in nobis peccatum. Quantum quidem ego sapere possum, languoris illius et infirmitatis, unde illicita desideria commoventur, quod *peccatum* appellat Apostolus (ib. 7, 7-25), universus reatus sacramento Baptismatis est solutus, cum omnibus quae illi obedientes fecimus, diximus, cogitavimus; nec nobis deinceps languor iste obesset, quamvis inesset, si desideriis eius illicitis nullis unquam obedientiam praeberemus, sive operatione, sive locutione, sive tacita assensione; donec etiam ipse sanaretur, cum id quod poscimus esset impletum, sive dicentes, *Veniat regnum tuum;* sive dicentes, *Libera nos a malo* (Mt 6,12.10.13): sed quoniam tentatio est vita humana super terram (Iob 7,1); etiamsi a criminibus longe simus, non tamen deest ubi desideriis peccati, vel facto, vel dicto, vel cogitatu obediamus;

sin embargo, ocasiones en las que obedecemos a los deseos del pecado, ya por pensamiento, por palabra o por obra, cuando, vigilando contra los pecados más graves, se introducen a hurtadillas, por no estar prevenidos, algunos pequeños; que, si todos se mancomunan contra nosotros, aun cuando cada uno de por sí no nos destruya con su gravedad, todos juntos, sin embargo, nos sofocan con su muchedumbre. Por éstos dicen también los que andan en los caminos del Señor: *Perdónanos nuestras deudas;* porque, aun cuando los pecados no pertenecen a los caminos del Señor, la oración y la confesión, sin embargo, se refieren a ellos.

3. Así, pues, en los caminos del Señor, los cuales todos ellos se hallan comprendidos en la fe, por la que se cree en Aquel que justifica al impío y que también dijo: *Yo soy el camino,* nadie comete pecado; únicamente confiesa. Pues cuando el hombre peca, se aparta del camino; y, por tanto, el pecado cometido, por el que abandonó el camino, no se atribuye al camino, y, por lo mismo, no se cuentan por pecadores en el camino de la fe aquellos a quienes no se les imputa el pecado. Recomendando el apóstol San Pablo la justicia de la fe, demostró que de éstos se escribió en el Salmo: *Bienaventurados aquellos a quienes se les remitieron sus iniquidades y encubrieron sus pecados; bienaventurado el varón a quien el Señor no le imputó el pecado.* Esto reportan los caminos del Señor, y como el justo vive de la fe, aparta de estos caminos la iniquidad, que es infidelidad. Cualquiera que anda por este camino, es decir, por la fe piadosa, o no comete pecado, o, si comete alguno al apartarse, no se le imputa, en atención al camino por el que anda, y se considera como si no lo hubiese cometido. Por tanto, de tal modo se entiende

quando adversus maiora vigilantibus, quaedam incautis minuta subrepunt quae si adversus nos colligantur, etsi non singula sui molibus conterunt, omnia tamen acervo nos obruunt. Et propter haec, etiam hi qui ambulant in viis Domini dicunt, *Dimitte nobis debita nostra:* quoniam ad vias Domini, et ipsa oratio pertinet, et ipsa confessio, quamvis non ad eas peccata pertineant.

3. Itaque in viis Domini, quas omnes fides una complectitur, qua in eum creditur qui iustificat impium (Rom 4,5), qui etiam dixit, *Ego sum via* (Io 14,6); nemo peccatum operatur, sed confitetur. Deviat ergo, cum peccat; et ideo peccatum viae non tribuitur, quod a deviante committiur: sed in via fidei pro non peccantibus habentur, quibus peccata non imputantur. De quibus apostolus Paulus iustitiam fidei commendans, in psalmo scriptum esse monstravit, *Beati quorum remissae sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata: beatus vir cui non imputavit Dominus peccatum* (Rom 4,7; et Ps 31,1 et 2). Hoc praestant viae Domini; ac per hoc, quoniam istus ex fide vivit (Rom 1,17), ab ista via Domini illa alienat iniquitas, quae est infidelitas. In hac autem via, id est, in fide pia, quisquis ambulat, aut peccatum non operatur, aut si quid a deviante committitur, propter viam non imputatur, et tanquam non

rectamente *no anduvieron en los caminos del Señor los que obran la iniquidad,* que en esto indicó aquella iniquidad que aparta de la fe o no acerca a ella. En este sentido dijo el Señor de los judíos: *Si yo no hubiera venido, no tendrían pecado.* Y no dijo esto porque no tuvieran pecado antes de venir Cristo en carne y comenzaran a tenerlo desde que vino, sino que se refería a determinado pecado, al de la infidelidad, puesto que no creyeron en El. Así, pues, los que obran la iniquidad, no cualquiera, sino la de la infidelidad, no anduvieron en los caminos del Señor, porque *todos los caminos del Señor son misericordia y verdad,* y una y otra se hallan en Cristo, y fuera de El en ninguna parte se encuentran. El apóstol San Pablo dice: *Digo, pues, que Cristo fue ministro de la circuncisión por la verdad de Dios, a fin de afianzar las promesas de los Padres; y que vosotros los gentiles, por la misericordia, glorificáis a Dios. La misericordia* estriba en que nos redimió, y *la verdad,* en que cumplió lo prometido y cumplirá lo que aún no se ha cumplido y promete. *Los que obran la iniquidad,* es decir, infidelidad, *no anduvieron en los caminos,* porque no creyeron en Cristo. Se conviertan y crean piadosamente en Aquel que justifica al impío y en El encontrarán la misericordia al perdonarles sus pecados, y la verdad al cumplirles las promesas; esto es, encontrarán los caminos del Señor. Y, andando en ellos, no obrarán iniquidad, porque no poseerán la infidelidad, sino la fe, que obra por el amor, y a la cual no se le imputa pecado.

fuerit operatus accipitur. Et ideo bene etiam sic intelligitur, *Non enim qui operantur iniquitatem, in viis eius ambulaverunt;* ut hanc iniquitatem significaverit, quae recedit a fide, aut non accedit ad fidem. Quemadmodum enim ait Dominus de Iudaeis, *Si non venissem, peccatum non haberent* (Io 15,22); nec utique sine ullo peccato erant, antequam Christus veniret in carne, et ex quo venit, coeperunt habere peccatum; sed peccatum quoddam certum, id est, infidelitatis, intelligi voluit, quoniam non crediderunt in eum: ita qui operantur iniquitatem, non quamlibet, sed hanc ipsam infidelitatis, non in viis eius ambulaverunt, quia *universae viae Domini misericordia et veritas* (Ps 24,10); utrumque autem in Christo est, et praeter Christum nusquam est. *Dico enim Christum,* ait Apostolus, *ministrum fuisse circumcisionis propter veritatem Dei, ad confirmandas promissiones Patrum; Gentes autem super misericordiam glorificare Deum* (Rom 15,8 et 9). In hoc igitur *misericordia,* quia nos redemit; in hoc *veritas,* quia id quod promisit implevit, et impleturus est quod promittit. *Qui* ergo *operantur iniquitatem,* id est infidelitatem, *non in viis eius ambulaverunt;* quia in Christum non crediderunt. Ergo convertantur, et in eum qui iustificat impium, pie credant, atque in illo misericordiam peccatis dimissis, et veritatem completis promissis, hoc est, universas vias Domini inveniant: in quibus ambulantes non operabuntur iniquitatem; quia non tenebunt infidelitatem, sed fidem, quae per dilectionem operatur (Gal 5,6), et cui peccatum non imputatur.

SERMÓN 4

1 [v.4]. ¿Quién es este, carísimos, que dice al Señor: *Tú ordenaste que tus mandamientos sean guardados demasiadamente. ¡Ojalá que sean enderezados mis caminos para guardar tus justificaciones! Entonces no seré confundido al mirar todos tus mandamientos?* ¿Quién dice esto sino cada uno de los miembros de Cristo, o, mejor dicho, todo el Cuerpo de Cristo? ¿Y qué significa: *Tú ordenaste guardar con demasía tus mandamientos?* ¿Por ventura quiere decir que mandaste con demasía o que deben guardarse con demasía? De cualquiera de estos dos modos que entendamos, parece contrario a aquella memorable y famosa sentencia: *Nada con demasía,* que los griegos achacan a sus sabios y los latinos la aplauden. Si es verdad que nada se debe hacer con demasía, ¿cómo lo será también lo que aquí se dice: *Tú ordenaste que tus mandamientos sean guardados demasiadamente,* siendo así que Dios mandaría algo con exceso; o querría que fuese guardado con demasía, si todo lo excesivo fuese digno de reprensión? ¿O acaso diremos que en nada debe ser tenida la autoridad de los griegos teniendo presente lo que escribió? *¿Por ventura no hizo Dios necia la sabiduría del mundo?* Y, por tanto, ¿más bien creemos que es falsa la sentencia por la que se dijo: *Nada con demasía,* que la divina palabra que hemos leído y cantado: *Tú ordenaste que tus mandamientos fuesen guardados con demasía,* a no ser que la recta razón, y no la altivez de los griegos, nos impida decirlo? Se dice que *es demasiado* todo lo que es más de lo que conviene. *Poco* y *demasiado* son dos palabras contrarias entre sí. *Poco* es menos de lo que conviene y *demasiado* es más

SERMO IV

1 [v.4]. Quis est, charissimi, qui Domino dicit, «Tu praecepisti mandata tua custodiri nimis. Utinam dirigantur viae meae ad custodiendas iustificationes tuas. Tunc non confundar, dum inspicio in omnia mandata tua?» Quis est qui hoc dicit, nisi unumquodque membrum Christi, vel potius universum corpus Christi? Et quid est, *Tu praecepisti mandata tua custodiri nimis?* utrum, *nimis praecepisti;* an, *nimis custodiri?* Quodlibet horum intelligamus, contra illam memorabilem nobilemque sententiam hoc dictum videtur, quam Graeci laudant in sapientibus suis, et Latini laudando consentiunt: «Ne quid nimis» (TERENT., *Andr.* act. 1, sc. 1). Si enim hoc verum est, ut ne quid nimis fiat; quomodo verum est quod hic dicitur, *Tu praecepisti mandata tua custodiri nimis?* quando Deus aliquid vel nimis praeciperet, vel nimis custodiri vellet, si omne nimium reprehensione dignum esset? Diceremus ergo nos nulla graecorum sapientium auctoritate teneri, intuentes quod scriptum est, *Nonne stultam fecit Deus sapientiam huius mundi?* (1 Cor 1,20) et potius istam sententiam falsam esse crederemus, quam dictum est, «Ne

de lo que conviene; en medio de estos extremos hay un término, que se llama *bastante* o *suficiente.* Siendo, pues, útil en la vida y costumbres que no hagamos en absoluto nada más de lo que conviene, debemos confesar más bien que negar que es verdadera la sentencia *nada con demasía.* Algunas veces en la lengua latina se abusa de esta palabra *nimis,* de suerte que *nimis,* con demasía, se emplea por *valde,* mucho, y en este sentido la encontramos usada en los libros sagrados y en nuestras conversaciones. Pues aquí, *tú ordenaste que tus mandamientos se guardasen con demasía* debe entenderse, si ha de darse un buen sentido, por *mucho.* También, al decir a un gran amigo: *Con demasía te amo,* no queremos dar a entender que le amamos más de lo que conviene, sino *mucho.* En fin, aquella sentencia griega no emplea la palabra que se lee aquí en el salmo; allí en la sentencia se lee *agan,* que significa *nimis,* con demasía; y aquí en el salmo se lee *esfodra,* que significa *valde,* mucho. Pero algunas veces, como dijimos, el *nimis,* con demasía, se emplea por *valde,* mucho, en la Escritura y en la conversación. De aquí que muchos códices aun latinos no escriben: *Tú ordenaste que tus mandamientos se custodiasen "nimis",* con demasía, sino *valde,* mucho. Así, pues, Dios nos mandó *mucho* esto, y *mucho* conviene guardar los mandamientos de Dios.

2 [v.5]. Pero atended a lo que añade la humilde piedad o la piadosa humildad y la fe, que recuerda la justicia. *¡Ojalá* —dice—*que sean enderezados mis caminos para guardar tus*

quid nimis», quam divinum eloquium, ubi legimus atque cantamus, *Tu praecepisti mandata tua custodiri nimis;* nisi nos non graeca elatio, sed vera ratio revocaret. Nimis quippe dicitur, quidquid plus fuerit quam oportet. Nam parum et nimium duo sunt inter se contraria. Parum est quod minus est quam oportet; et nimium, plus quam oportet. Horum in medio modus est, quod dicitur, Sat est. Cum itaque utile sit in vita et moribus, ut amplius quam oportet nihil omnino faciamus; profecto veram esse sententiam, «Ne quid nimis», fateri potius quam negare debemus. Sed aliquando latina lingua hoc verbo sic abutitur, ut nimis pro eo quod est valde, et positum inveniamus in Litteris sacris, et ponamus in sermonibus nostris. Nam et hic, *Tu praecepisti mandata tua custodiri nimis,* nonnisi Valde intelligimus, si recte intelligimus: et, Nimis te diligo, si alicui charissimo dicimus, non utique plus quam oportet, sed valde nos diligere intelligi volumus. Denique illa graeca sententia non habet hoc verbum, quod hic legitur: ibi enim est ἄγαν, quod est nimis; hic est autem σφόδρα, quod est Valde. Sed aliquando, ut diximus, Nimis pro eo quod est Valde et dictum invenimus, et dicimus: unde nonnulli etiam latini codices non habent, *Tu praecepisti mandata tua custodiri nimis:* sed, *valde.* Valde itaque praecepit hoc Deus, et valde oportet Dei custodiri mandata.

2 [v.5]. Sed humilis pietas vel pia humilitas, et fides non immemor gratiae, quid adiungat attendite: *Utinam,* inquit, *dirigantur viae*

justificaciones! Ciertamente que tú mandaste, pero ojalá que se cumpla en mí lo que tú ordenaste. Al oír *ojalá,* reconoce la voz del que anhela; y, conocida esta voz, despójate de la soberbia presuntuosa. ¿Quién dirá que desea lo que de tal modo se halla a su alcance, que puede hacerlo sin que nadie le ayude? Luego, si el hombre desea tener lo que Dios le manda, ha de rogar a Dios que le dé lo que él manda. ¿Y de quién ha de desearse sino de Aquel por el cual, *como Padre de las luces, desciende toda dádiva buena y todo don perfecto,* conforme lo atestigua la Escritura? En atención a aquellos que piensan que Dios únicamente nos ayuda para obrar la justicia haciéndonos conocer sus preceptos, para que conocidos, ya sin ayuda alguna de la gracia de Dios, los cumplamos con sólo las fuerzas de nuestro querer, no manifiesta éste aquí su deseo de enderezar sus caminos para guardar las justificaciones de Dios, sino después de haber recibido los mandamientos ordenándolo El. A esto, pues, pertenece lo que anteriormente dijo: *Tú ordenaste que tus mandamientos fuesen guardados con demasía.* Esto es como si dijese: Ya he recibido la ley; ya la conozco, porque tú ordenaste que fuesen guardados con demasía tus mandamientos, y tus preceptos son santos, justos y buenos; pero el pecado, por lo bueno (por la ley y el mandato), obra en mí la muerte, a no ser que me ayude tu gracia. *¡Ojalá, pues, que sean enderezados mis caminos para guardar tus justificaciones!*

3 [v.6]. *Entonces no seré confundido al mirar todos tus mandamientos.* Debe mirarse a los mandamientos de Dios, cuan-

meae ad custodiendas iustificationes tuas. Praecepisti quidem tu, sed utinam quod praecepisti fiat mihi. Ubi audis *Utimam,* vocem optantis agnosce; at agnita voce optantis, depone superbiam praesumentis. Quis enim se dicat optare quod sic habet in arbitrii potestate, ut nullo indigens adiumento id possit efficere? Ergo si optat homo quod praecipit Deus; ut det ipse quod praecipit, rogandus est Deus. A quo enim optandum est, nisi ab illo, a quo *Patre luminum omne datum optimum et omne donum perfectum,* sancta Scriptura teste, *descendit?* (Iac 1,17). Propter eos autem qui putant hoc solo nos ad faciendam iustitiam divinitus adiuvari, quod Dei praecepta nobis in notitiam proferuntur, ut ea cognita, iam sine ulla Dei gratia, solis nostrae voluntatis viribus impleantur; non optat hic dirigi vias suas ad custodiendas iustificationes Dei, nisi iam eius acceptis ipso praecipiente mandatis. Ad hoc enim pertinet quod praemisit, *Tu praecepisti mandata tua custodiri nimis.* Tanquam diceret: Iam legem accepi, iam novi; tu enim praecepisti mandata tua custodiri nimis: et mandata tua sancta, et iusta, et bona; sed peccatum per bonum mihi operatur mortem (Rom 7,12.13), nisi adiuvet tua gratia. *Utimam* ergo *dirigantur viae meae ad custodiendas iustificationes tuas.*

3 [v.6]. *Tunc non confundar, dum inspicio in omnia mandata tua.* Mandata Dei sive cum leguntur, sive cum memoria recoluntur, tanquam

do se leen o se retienen en la memoria, como a un espejo, atendiendo a lo que dice el apóstol Santiago: *Si alguno oye la palabra de Dios y no la cumple, ése ha de ser comparado al varón que contempla su cara nativa en un espejo; el cual mira y se aleja, y al instante se olvidó cómo era. Pero el que se pone a mirar en la ley perfecta de la libertad y persevera, no siendo oyente olvidadizo, sino ejecutor de la obra, será bienaventurado en su obrar.* Tal quiere ser éste, es decir, quiere contemplar como en espejo los mandamientos de Dios para no ser confundido, porque no quiere ser sólo *oyente* de ellos, sino *cumplidor.* Por lo mismo, anhela enderezar sus caminos para guardar las justificaciones de Dios. ¿Y cómo ha de enderezarlos si no es con la gracia de Dios? De otro modo, tendrá ciertamente la ley de Dios, pero no se regocijará en ella, sino que será confundido, puesto que quiso contemplar los mandamientos que no pone por obra.

4 [v.7]. *Te confesaré, Señor, con rectitud de corazón por haber aprendido los juicios de tu justicia.* Esta no es confesión de pecados, sido de alabanza; al modo que dijo Aquel que no tenía pecado; *Te confesaré, ¡oh Padre, Señor del cielo y de la tierra!;* y como se escribió en el Eclesiástico: *Esto diréis en confesión: que todas las obras del Señor son sobremanera buenas. Te confesaré* —dice— *con rectitud de corazón.* Es decir, si se enderezan mis caminos, te confesaré, porque tú lo hiciste; y esta gloria es tuya, no mía. Entonces *confesaré por haber aprendido los juicios de tu justicia,* cuando tuviere enderezado el corazón, esto es, mis caminos, para guardar tus justificaciones.

speculum intuendum est, secundum Apostolum Iacobum dicentem, «Si quis est auditor verbi et non factor, hic comparabitur viro consideranti vultum nativitatis suae in speculo; consideravit enim se, et abiit, et statim oblitus est qualis fuerit: qui autem perspexerit in legem perfectam libertatis, et permanserit, non auditor obliviosus factus, sed factor operis, hic beatus in facto suo erit» (Iac 1,23-25). Talem se iste vult esse, ut inspiciat tanquam in speculo mandata Dei, et non confundatur; quia non *auditor* eorum tantum vult esse, sed *factor.* Propterea optat dirigi vias suas ad custodiendas iustificationes Dei. Unde dirigi, nisi gratia Dei? Alioquim legem Dei habebit, non ubi gratuletur, sed ubi confundatur, si voluerit mandata inspicere, quae non facit.

4 [v.7]. *Confitebor,* inquit, *tibi, Domine, in directione cordis, in eo quod didicerim iudicia iustitiae tuae.* Non est peccatorum confessio ista, sed laudis: sicut ait etiam ipse in quo peccatum nullum erat, *Confitebor tibi, Pater, Domine caeli et terrae* (Mt 11,25); et sicut scriptum est in libro Ecclesiastico, *Haec dicetis in confessione, Opera Domini universa quoniam bona valde* (Eccli 39,20 et 21). *Confitebor,* inquit, *tibi in directione cordis.* Utique si dirigantur viae meae, confitebor tibi, quoniam tu fecisti, et tua laus est ista, non mea. Tunc enim *confitebor in eo quod didicerim iudicia iustitiae tuae,* si directum cor habebo,

Porque ¿de qué me serviría haberlas aprendido, si con un corazón malvado camino por sendas depravadas? Entonces no me alegraría con vuestros juicios, sino que sería acusado por ellos.

5 [v.8]. A continuación añade. *Guardaré tus justificaciones.* Todo esto se entrelaza desde lo que dice. *¡Ojalá sean enderezados mis caminos para guardar tus justificaciones; entonces no seré confundido al mirar todos tus mandamientos y te confesaré con rectitud de corazón y guardaré tus justificaciones.* Pero ¿cómo prosigue? *No me abandones mucho,* o como escriben otros códices, *hasta con demasía,* en lugar de *mucho,* pues también se escribe en el texto griego *esfodra,* como si quisiera que Dios le dasamparase, pero no mucho. Sin embargo, no hay tal cosa. Sino que, como Dios había desamparado al mundo a causa de los pecados, le hubiera abandonado mucho si no le hubiera aprovechado tan gran medicina; es decir, la gracia de Dios ofrecida por nuestro Señor Jesucristo. Pero ahora no le abandona *mucho* atendiendo a la oración del Cuerpo de Cristo, porque *Dios estaba en Cristo reconciliando al mundo consigo.* También puede entenderse de otro modo: que estas palabras sean de Aquel que dijo en su abundancia, como confiando en sus fuerzas: *No seré conmovido eternamente.* Y para demostrarle Dios que por su voluntad, no por mérito personal del hombre, le había dado *vigor a su hermosura, apartó de él su rostro y se conturbó.* Y por esto, reconociéndose a sí mismo y no presumiendo ya de sí, exclama: *No me desampares mucho.* Si me abandonaste, para que se vea lo débil que soy yo sin tu

directis videlicet viis meis ad custodiendas iustificationes tuas. Nam quid mihi proderit quod ea didicerim, si corde perverso vias abibo pravas? non enim laetabor in eis, sed accusabor ab eis.

5 [v.8]. Deinde adiungit: *Iustificationes tuas custodiam.* Quae omnia ex illo utique connectuntur, quod ait: «Utinam dirigantur viae meae ad custodiendas iustificationes tuas: tunc non confundar, dum inspicio in omnia mandata tua»; et «confitebor tibi in directione cordis», et «iustificationes tuas custodiam». Sed quid est quod sequitur? *Ne derelinquas me usque valde;* vel, sicut nonnulli codices habent, *usque nimis,* pro eo quod est *valde:* nam hoc verbum graecum est et hic id est, σφόδρα: quasi relinqui se a Domino velit, sed non *usque valde.* Absit. Sed quia reliquerat Deus mundum merito peccatorum; *usque valde* illum reliquisset, si ei nec tanta medicina profuisset, hoc est gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum: nunc vero secundum istam orationem corporis Christi, non eum reliquit *usque valde;* quia *Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi* (2 Cor 5,19). Potest hoc etiam sic intelligi, ut eius ista sit vox, qui cum dixisset in abundantia sua, *Non movebor in aeternum,* velut sua virtute confidens; ut ostenderet ei Deus quod non merito eius, sed in voluntate sua praestiterat decori eius virtutem, avertit ab eo faciem suam, et factus est conturba-

ayuda, que no sea *mucho,* de modo que perezca. *Tú ordenaste que tus mandamientos fuesen guardados con demasía.* Ya no me puedo excusar con la ignorancia; pero como soy flaco, *¡ojalá sean enderezados mis caminos para guardar tus justificaciones. Entonces no seré confundido al mirar todos tus mandamientos,* entonces *confesaré con rectitud de corazón por haber aprendido los juicios de tu justicia,* entonces *guardaré tus justificaciones;* y, si me desamparaste para que no me gloriase en mí, que no sea *mucho,* y así justificado por ti, me gloriaré en ti.

SERMÓN 5

1 [v.9]. Consideremos, hermanos míos, los versillos de este salmo y, conforme nos vaya concediendo el Señor, examinemos los sagrados escritos. *¿Cómo corrige el joven su camino? Guardando tus palabras.* A sí mismo se pregunta y se responde. La pregunta es ésta: *¿Cómo corrige el joven su camino?;* la respuesta: *Guardando tus palabras.* Ha de entenderse aquí por la guarda de las palabras de Dios la ejecución de sus preceptos, pues en vano se guardan en la memoria si no se guardan en la vida práctica. Hay ciertos individuos que aprenden de memoria los preceptos del Señor para que no se les olviden, pero no los ponen en práctica en la vida para corregirse. El salmista no dice: ¿Cómo ejercita el jovencito su memoria?, sino: *¿Cómo corrige el joven su camino?* A lo cual responde: *Guardando tus*

tus (Ps 29,7.8). Inveniens ergo se, nec iam praesumens de se, clamat, *Ne derelinquas me usque valde.* Si enim dereliquisti, ut sine adiutorio tuo infirmus appaream, noli *usque valde,* ne peream. *Tu* ergo *praecepisti mandata tua custodiri nimis:* iam de ignorantia me excusare non possum; sed quoniam infirmus sum, «utinam dirigantur viae meae ad custodiendas iustificationes tuas. Tunc non confundar, dum inspicio in omnia mandata tua»; tunc «confitebor tibi in directione cordis, in eo quod didicerim iudicia iustitiae tuae»; tunc «iustificationes tuas custodiam»: et si dereliquisti me, ne gloriarer in me, noli usque valde, et iustificatus abs te gloriabor in te.

SERMO V

1 [v.9]. Hos versus, charissimi, isto consideremus in psalmo, et sicut Dominus donat, eius sacras Litteras perscrutemur: *In quo corrigit iunior viam suam? In custodiendo verba tua.* Interrogat se, et respondet sibi. *In quo corrigit iunior viam suam?* huc usque interrogatio est: deinde responsio, *In custodiendo verba tua.* Sed hoc loco custoditio verborum Dei, intelligenda est operatio praeceptorum: frustra enim custodiuntur memoria, si non custodiantur et vita. Nam quidam verba Dei tenendo agunt ne obliviscantur, nec agunt vivendo ut corrigantur: non autem ait iste, In quo exercet iunior memoriam suam? sed, *In quo*

palabras. De ningún modo ha de decirse que se corrigió el camino mientras permanezca la vida perversa.

2. Pero este jovencito, ¿qué intenta? Pudo decir; "¿Cómo corrige *el hombre* su camino?" o: "¿Cómo corrige *el varón* su camino?", palabra que con frecuencia suele emplear la Escritura para designar la humanidad por el sexo más noble según el modo de hablar en el que se da a conocer el todo por la parte, pues también es fęliz la mujer que no se halla en el consejo de los impíos, aun cuando se diga en el Salmo: *Bienaventurado el varón...* Aquí no se dijo "el hombre" o "el varón", sino *el joven.* ¿Por ventura ha de desesperanzarse el anciano o ha de corregir su camino por medio distinto que guardando las palabras de Dios? ¿O es que quizás es una amonestación que principalmente deba hacerse a la edad juvenil, conforme se escribió en otro lugar: *Hijo, recibe la doctrina desde la juventud, y encontrarás sabiduría hasta la senectud?* Esto puede entenderse de otra manera: que aquí se dé a conocer al hijo menor del Evangelio, el cual, habiéndose apartado del padre y marchado a una región lejana, disipó su heredad viviendo licenciosamente con rameras, y, habiendo soportado hambre y miseria, después de haber guardado puercos, volviendo en sí mismo dijo: *Me levantaré e iré a mi padre.* ¿Cómo, pues, corrigió sus caminos? Custodiando las palabras de Dios, que, hambriento, deseó como pan de su padre. El hermano mayor no tenía por qué corregir su camino, puesto que dijo a su padre: *Ve: tantos años ha que te sirvo, y nunca jamás traspasé tu mandato.* El joven corrigió su camino, pues de tal modo confesó que lo había de-

corrigit viam suam? atque ad hoc respondet, *In custodiendo verba tua.* Neque ullo modo dicenda est via correcta, quamdiu est vita perversa.

2. Sed quid sibi vult iste iunior? Potuit enim dicere: In quo corrigit homo viam suam? aut, In quo corrigit vir viam suam? quod plerumque in Scripturis ita ponitur, ut a sexu honoratiore homo intelligatur, modo locutionis quo significatur a parte totum. Neque enim et femina non beata quae non abiit in consilio impiorum: ubi tamen dictum est, *Beatus vir* (Ps 1,1). Hic vero nec Homo ait, nec Vir, sed *iunior.* Numquid desperandus est senior? aut in alio corrigit etiam senior viam suam, quam in custodiendo verba Dei? An forte admonitio est, quae aetate potissimum fieri debeat; secundum illud quod alibi scriptum est: *Fili, a iuventute tua excipe doctrinam, et usque ad canos invenies sapientiam?* (Eccli 6,18). Est et alius intellectus, ut ille hic agnoscatur filius evangelicus iunior, qui profectus a patre in regionem longinquam, effudit substantiam suam vivens cum meretricibus prodige; et posteaquam porcos pavit, egestatem famemque perpessus, reversus est ad semetipsum, et dixit, *Surgam, et ibo ad patrem meum.* In quo enim correxit viam suam, nisi in custodiendo verba Dei, quae tanquam panem paternum esuriens concupivit? Neque enim corrigeret viam suam frater eius senior, qui patri suo dixit, *Ecce tot annis servio tibi, et*

pravado y pervertido, que llegó a decir a su Padre: *Ya no soy digno de llamarme hijo tuyo.* Se me ocurre un tercer modo de entender este pasaje, el cual yo, según mis cortos alcances, lo prefiero a los dos anteriores. A saber, que por el anciano se entienda el hombre viejo, y por el joven, el nuevo; que el anciano represente la imagen del hombre terreno, y el joven, la del celeste, *porque no es primero lo espiritual, sino lo animal, y después lo espiritual.* Luego, aunque alguno sea, en cuanto a la edad del cuerpo, tan decrépito que se halle cargado de años, con todo, será un joven al convertirse a Dios y recibir la novedad de la gracia. Por tanto, este nuevo joven corrige su camino guardando las palabras de Dios. *Y la palabra de la fe que predicamos,* dice el Apóstol, *ella misma es la fe, que obra por el amor.*

3 [v.10]. Pero atended a lo que añade este joven pueblo, hijo de la gracia, hombre nuevo, cantor del cántico nuevo, heredero del Nuevo Testamento; este joven Abel, no Caín; Isaac, no Ismael; Israel, no Esaú; Efraín, no Manasés; Samuel, no Helí; David, no Saúl. *Con todo mi corazón* —dice— *te busqué; no me apartes de tus mandamientos.* Ahora ruega ser ayudado para guardar las palabras de Dios, que es con las que había dicho que el joven corrige su camino, ya que esto significa *no me apartes de tus mandamientos.* Pues ¿qué es ser apartado de Dios sino no ser ayudado? La flaqueza humana no se acopla a sus mandamientos rectos y arduos si la caridad de Dios no le

nunquam mandatum tuum praeterii. Iunior ergo ille correxit viam suam, quam se ita depravasse perversamque habuisse confessus est, ut patri diceret, *Iam non sum dignus vocari filius tuus* (Lc 15,12-21). Tertius quoque intellectus mihi occurrit, quem quidem ego, quantum pro modulo meo sapio, duobus superioribus antepono: ut senior agnoscatur, vetus homo; et novus, iunior: senior, qui portat imaginem terreni hominis; iunior, qui caelestis: quia *non prius quod spirituale est, sed quod animale; postea spirituale* (1 Cor 15,49.46). Sit ergo licet quilibet, quantum ad aetatem pertinet corporis, annosa vestustate decrepitus, iunior erit ad Deum percepta gratiae novitate conversus; et in hoc corrigit viam suam, in custodiendo verba eius: *hoc est verbum fidei quod praedicamus* (Rom 10,8); *et ipsa est fides quae per dilectionem operatur* (Gal 5,6).

3 [v.10]. Sed iste iunior populus, gratiae filius, homo novus, cantator novi cantici, haeres testamenti novi, iste iunior non Cain, sed Abel; non Ismael, sed Isaac; non Esau, sed Israel; non Manasses, sed Ephraem; non Heli, sed Samuel; non Saul, sed David; quid adiungat attendite: *In toto,* inquit, *corde meo exquisivi te; ne repellas me a mandatis tuis.* Ecce orat, ut adiuvetur ad custodienda verba Dei, in quo dixerat viam suam corrigere iuniorem. Nam utique hoc est. *Ne repellas me a mandatis tuis:* quid est enim a Deo repelli, nisi non adiuvari? Mandatis quippe eius rectis atque arduis humana non contem-

ayuda de antemano. A los que no ayuda, dícese con razón que los rechaza, como prohibiendo a los indignos con espada de fuego que extiendan la mano al árbol de la vida. Pero ¿quién es digno, desde el momento que por un hombre entró el pecado en el mundo, y por el pecado la muerte, y así la muerte pasó a todos los hombres, porque todos pecaron en él? Pero con la misericordia de Dios, que no se nos debía, sana nuestra debida miseria. Porque este que habla y dice: *Con todo mi corazón te busqué,* ¿cómo hubiera podido decirlo, hallándose apartado, si no le convirtiera a sí Aquel a quien se dice: *¡Oh Dios!, tú, volviendo, nos vivificarás;* si no le buscase, hallándose perdido, y le volviese a El, estando errante, aquel que dice: *Buscaré lo perdido y volveré al camino lo descarriado?*

4 [v.11-12]. De aquí es que éste corrige su camino guardando las palabras de Dios, pero gobernándole y obrando Dios en él; porque no pudiera hacerlo por sí mismo, según lo confiesa y atestigua Jeremías: *Sé, Señor, que no está en manos del hombre su camino, ni es del varón el andar y corregir su senda.* También éste deseó anteriormente esto del Señor cuando dijo: *¡Ojalá sean enderezados mis caminos.* Pero, añadiendo ahora: *En mi corazón escondí tus palabras para no pecar contra ti,* al instante recabó el divino auxilio para no esconder, sin fruto en su corazón, las palabras de Dios por no seguir las obras de justicia. Pues, habiendo dicho lo que acabé de consignar, añadió: *Bendito eres, Señor; enséñame tus justificaciones.* Dijo *enséñame* al estilo de como las aprenden los que las practican, no como

peratur infirmitas, nisi praeveniens eius adiuvet charitas. Quos autem non adiuvat, hos merito perhibetur repellere, tanquam flammea framea prohibeantur indigni, ne manum extendant ad arborem vitae (Gen 3,24). Quis est autem dignus, ex quo per unum hominem peccatum intravit in mundum, et per peccatum mors, et ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccaverunt? (Rom 5,12). Sed indebita Dei misericordia sanatur debita nostra miseria. Nam iste qui loquitur et dicit, *In toto corde meo exquisivi te;* et hoc unde posset, nisi eum aversum ad se ipse converteret, cui dicitur, *Deus, tu convertens vivificabis nos* (Ps 84,7), et ille perditum quaereret, et errantem ille revocaret, qui dicit, *Quod perierat requiram, et quod erraverat revocabo?* (Ezech 34,16).

4 [v.11,12]. Inde est quod et corrigit viam suam in custodiendo verba Dei, illo regente, illo faciente: neque enim per se ipse posset, cum Ieremias propheta fateatur et dicat, *Scio, Domine, quoniam non est hominis via eius, neque vir ibit et corriget viam suam* (Ier 10,23). A Domino quippe hoc etiam iste superius optavit, ubi ait, *Utinam dirigantur viae meae:* et hic ubi addidit, *In corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi;* continuo divinum quaesivit auxilium, ne in corde eius Dei eloquia sine fructu absconderentur, nisi opera iustitiae sequerentur. Cum enim hoc dixisset, adiunxit, *Benedictus es, Domine; doce me iustificationes tuas. Doce* dixit, quomodo eas discunt qui faciunt;

aquellos que las aprenden y se acuerdan de ellas para tener materia de conversación. Ya había dicho: *En mi corazón escondí tus palabras para no pecar contra ti.* ¿Para qué, pues, intenta ahora aprender las cosas que ya guarda escondidas en su corazón, siendo así que no las hubiera escondido si no las hubiese aprendido? ¿Por qué, pues, añade y dice: *Enséñame tus justificaciones,* si no es porque quiere aprenderlas para ponerlas por obra y no para retenerlas en la memoria y tener materia de charla? Luego como en otro salmo se lee: *El que dio la ley dará la bendición,* así dice en éste: *Bendito eres, Señor; enséñame tus justificaciones.* Por tanto, como diste la ley y escondí en mi corazón tus palabras para no pecar contra tí, da también la bendición de la gracia para que obrando aprenda lo que ordenaste con palabras. Baste lo dicho para que vuestras mentes se alimenten sin hastío. Las cosas que siguen exigen otro sermón.

SERMÓN 6

1 [v.13]. El comienzo de este sermón sobre el salmo del que venimos tratando será desde el versillo siguiente: *Con mis labios anuncié todos los juicios de tu boca.* ¿Qué es esto, hermanos? ¿Qué es esto? ¿Quién podrá anunciar todos los juicios de Dios, siendo así que no puede investigarlos? ¿O, por ventura, dudamos exclamar con el Apóstol: *¡Oh profundidad de las riquezas de la sabiduría y de la ciencia de Dios, cuán inescrutables son sus juicios e investigables sus caminos?* El Señor dice

non quomodo hi qui ut habeant quod loquantur, tantummodo meminerunt. Nam utique iam dixerat, *In corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi:* Quid ergo adhuc ea quaerit discere, quae abscondita iam custodit in corde? quod utique non fecisset, nisi ea didicisset. Utquid ergo addit et dicit, *Doce me iustificationes tuas,* nisi quia eas vult faciendo discere, non loquendo vel memoria retinendo? Quoniam ergo, sicut in alio psalmo legitur, *Benedictionem dabit qui legem dedit* (Ps 83,8); ideo, *Benedictus es, Domine; doce me,* inquit, *iustificationes tuas.* Quia enim in corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi, legem dedisti; da etiam benedictionem gratiae, ut faciendo discam quod intimando iussisti. Haec satis sint, ut vestrae mentes sine fastidio nutriantur: alium sermonem desiderant quae sequuntur.

SERMO VI

1 [v.13]. Initium sermonis huius est nobis in psalmo de quo disputamus, hic versus: *In labiis meis enuntiavi omnia iudicia oris tui.* Quid est hoc, dilectissimi? quid est hoc? Quis omnia iudicia Dei enuntiare possit, cum investigare non possit? An vero cum Apostolo exclamare dubitamus, «O altitudo divitiarum sapientiae et scientiae Dei! quam inscrutabilia sunt iudicia eius, et investigabiles viae eius!» (Rom 11,33).

también: *Todavía tengo muchas cosas que deciros, pero ahora no sois capaces de entenderlas.* Y aun cuando a continuación les hubiere prometido conocer toda la verdad por medio del Espíritu Santo, el apóstol San Pablo, sin embargo, exclama: *En parte conocemos.* Por esto debemos entender que si bien el Espíritu Santo, de quien recibimos la prenda, nos conduce al conocimiento de toda verdad, se conseguirá cuando hubiéremos llegado a la otra vida, después de haber pasado ésta de espejo y sombra y veamos cara a cara. ¿Cómo dice éste: *Con mis labios anuncié todos los juicios de tu boca,* siendo así que poco antes, esto es, en el versillo anterior, había dicho: *Enséñame tus justificaciones?* ¿En virtud de qué anunció todos los juicios de la boca de Dios el que quiere aún aprender sus justificaciones? ¿Acaso conocía ya todos sus juicios y deseaba ya aprender las justificaciones? Pero es más de admirar que conociera ya las cosas inescrutables e ignorase las que ordenó hacer a los hombres. Pues las justificaciones no son dichos, sino actos de justicia, es decir, obras de justos que Dios manda; y se llaman de Dios aun cuando las hagamos nosotros porque no las haríamos si El no las concediese. Los juicios de Dios son aquellos veredictos con los cuales juzga ahora al mundo y le ha de juzgar al fin de los siglos. Conteniéndose en las palabras de Dios ambas cosas, a saber, las justificaciones y los juicios, ¿por qué desea aún aprender las justificaciones el que dice haber escondido en su corazón las palabras de Dios? Pues dice: *En mi corazón escondí tus palabras para no pecar contra ti;* y a continuación añadió. *Bendito*

Dominus dicit, «Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo»: et quamvis continuo promiserit eis omnem veritatem per Spiritum sanctum (Io 16,12.13); clamat tamen beatus Paulus, *Ex parte scimus;* ut intelligamus Spiritu quidem sancto, unde pignus accepimus, perduci nos ad omnem veritatem; sed cum in aliam vitam, post huius vitae speculum et aenigma, venerimus, et facie ad faciem viderimus (1 Cor 13,9.12). Quomodo ergo iste dicit, *In labiis meis enuntiavi omnia iudicia oris tui?* Et ille hoc dicit, qui paulo ante superiore versu proximo dixerat, *Doce me iustificationes tuas.* Quo pacto igitur enuntiavit omnia iudicia oris eius, qui vult adhuc discere iustificationes eius? An iudicia quidem cuncta iam noverat, iustificationes autem adhuc discere cupiebat? Hoc vero est mirabilius, si iam sciebat inscrutabilia Dei, et ea quae hominibus praecepit facienda nesciebat. Iustificationes enim sunt, non dicta, sed facta iustitiae, opera scilicet iustorum, quae imperat Deus. Ideo autem Dei dicuntur, quamvis a nobis fiant, quia nisi ipso donante non fiunt. Iudicia porro Dei sunt, quibus ab eo mundus et nunc et in fine saeculi iudicatur. Sed cum eloquiis Dei omnia contineantur, et iustificationes videlicet et iudicia; cur quaerit adhuc iustificationes discere, qui eloquia Dei se abscondisse in corde dicit? Ait enim, *In corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi:* tum secutus adiunxit, *Benedictus es, Domine; doce me iustificationes tuas;* ac deinde,

eres, Señor; enséñame tus justificaciones; y a seguido dice: *Con mis labios anuncié todos los juicios de tu boca.* Ciertamente que no parece se opongan entre sí estos dos pensamientos. ¿Qué digo? Más bien son afines e inseparables, porque es razonable que quien escondió en su corazón las palabras de Dios, anucie con sus labios sus juicios, *pues con el corazón se cree para justicia y con la boca se confiesa para salud.* Pero cómo convenga al hombre que tiene en su corazón las palabras de Dios y que con sus labios anunció todos los juicios de Dios lo que consignó en medio de estos dos pensamientos: *Bendito eres, Señor; enséñame tus justificaciones,* queriendo, por tanto, aprender todavía las justificaciones de Dios, no aparece tan claro, a no ser que se entienda que quiso aprenderlas para obrar, no para retenerlas en la memoria y hablar; pues esto es lo que declaró que debíamos pedir a Dios, sin el cual nada podemos hacer. Pero esto ya lo hemos tratado antes de éste en otro sermón. Ahora, pues, emprendimos hablar, ayudándonos Dios, de qué modo dijo que anunció con sus labios todos los juicios (salidos) de la boca de Dios, siendo así que se llaman inescrutables y que de su profundidad se escribió en otro lugar: *Tus juicios son un profundísimo abismo.*

2. Ved lo que entendemos aquí. ¿Por ventura la Iglesia desconoce los juicios de Dios? Los conoce sin duda. Porque sabe a quiénes ha de decir el juez de vivos y muertos: *Venid, benditos de mi Padre; recibid el reino,* y a quiénes dirá: *Id al fuego eterno.* Diré además que sabe que los fornicadores, los adoradores de ídolos y todos aquellos que enumera el Apóstol en su carta a los Corintios no han de poseer el reino

In labiis meis, inquit, *enuntiavi omnia iudicia oris tui.* Videntur quidem duo ista inter se non esse contraria, imo esse potius amica atque coniuncta, ut quoniam in corde suo abscondit eloquia Dei, in labiis suis iudicia eius enuntiet; *Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem* (Rom 10,10): sed quod inter haec duo medium posuit, *Benedictus es, Domine; doce me iustificationes tuas,* quomodo conveniat homini cuius in corde iam sunt eloquia Dei, et qui labiis suis enuntiavit omnia iudicia Dei, ut adhuc velit discere iustificationes Dei, non invenitur, nisi ut eas discere velle intelligatur faciendo, non memoria retinendo et loquendo; et id a Domino demonstravit debere nos petere, sine quo nihil possumus facere. Sed hoc ante istum alio iam sermone tractavimus: nunc vero quomodo se dixerit omnia iudicia oris Dei in labiis suis enuntiasse, cum dicta sint inscrutabilia, et de quorum profunditate alibi scriptum est, *Iudicia tua abyssus multa* (Ps 35,7); quantum Deus donat, tractare suscepimus.

2. Quid ergo hic intelligamus, attendite. Numquid iudicia Dei nescit Ecclesia? Scit plane. Nam scit utique qualibus dicturus sit iudex vivorum et mortuorum, *Venite, benedicti Patris mei, percipite regnum;* et qualibus dicturus sit, *Ite in ignem aeternum* (Mt 25,34.41). Scit, inquam, neque fornicatores, neque idolis servientes, neque illos atque illos, quos

de los cielos. Sabe también que ha de dar ira, indignación, tribulación y angustias a toda alma del hombre que obra lo malo, del judío primero y después del griego; y asimismo sabe que ha de dar gloria, y honor, y paz a todo el que obra el bien; primero al judío y después al griego. Estos y otros semejantes juicios de Dios que se expresaron con claridad los conoce la Iglesia. Pero éstos no son todos, puesto que hay algunos inescrutables, profundos y ocultos, como inmensos abismos. Mas estos juicios, ¿no serán conocidos por algunos miembros, los más excelentes de este *hombre* que con su cabeza, el Salvador, es el Cristo total? Quizás se denominaron inescrutables al hombre porque no puede con sus propias fuerzas investigarlos. Pero ¿por qué no podrá, con el don del Espíritu Santo, investigarlos aquel a quien el Señor se digne concedérselo? Pues también se dijo: *Dios habita en luz inaccesible;* y, no obstante, oímos también: *Acercaos a El y seréis iluminados.* Así, pues, esta cuestión se dilucida diciendo que, aunque es inescrutable a nuestras fuerzas, nos llegamos a El por sus dones. Y, aunque no se haya concedido a ninguno de los santos, mientras el cuerpo corruptible apesga al alma, conocer en absoluto todos los juicios de Dios, porque, a la verdad, es demasiado para el hombre, cuando ciertamente todos (y, por decir algo, aduciré un ejemplo, por el cual pueda conjeturarse la inmensidad de los juicios de Dios), sin el juicio de Dios, somos de reducida inteligencia o ciegos corporales; con todo, la Iglesia, es decir, el pueblo de adquisición, tiene suficiente motivo para decir, y con verdad: *Con mis labios*

ibi apostolus Paulus enumerat, regnum Dei possessoros (1 Cor 6,9.10): scit iram et indignationem, tribulationem et angustias in omnem animam hominis operantis malum, Iudaei primum et Graeci; gloriam vero, et honorem, et pacem omni operanti bonum, Iudaeo primum et Graeco (Rom 2,9 et 10). Haec atque huiusmodi iudicia Dei evidenter expressa novit Ecclesia: sed non ipsa sunt omnia; cum sint quaedam inscrutabilia, et sicut abyssus multa, profunda et occulta. An et ipsa nota sunt quibusdam excellentioribus membris hominis huius, qui cum suo capite Salvatore totus est Christus? Incrustabilia enim fortasse dicta sunt homini, quia viribus suis ea non potest perscrutari. Sed cur non possit dono Spiritus sancti, cuicumque hoc Dominus conferre dignatur? Sic enim illud dictum est, *Deus habitat lucem inaccessibilem* (1 Tim 6,16); et audimus tamen, *Accedite ad eum, et illuminamini* (Ps 33,5). Quae utique ita solvitur quaestio, ut inaccessibilis sit viribus nostris, accedatur autem ad eum muneribus suis. Quanquam etsi nemini omnino sanctorum, quamdiu corpus quod corrumpitur aggravat animam (Sap 9,15), omnia iudicia Dei scire conceditur, quia revera multum est ad hominem, cum profecto (ut aliquid exempli gratia dicam, unde iudiciorum Dei coniiciatur immensitas) nemo sine iudicio Dei sit tardus in animo, vel claudus in corpore: habet tamen unde dicat Ecclesia, hoc est populus acquisitionis, et veraciter dicat, *In labiis meis enuntiavi omnia iudicia*

anuncié todos los juicios de tu boca, esto es, no callé ninguno de tus juicios que me hiciste conocer por tus palabras, sino que todos ellos los anuncié por completo con mis labios. Esto me parece a mí que pretendió significar al no decir "todos *tus* juicios", sino *todos los juicios de tu boca,* es decir, que me has manifestado. De suerte que por su boca entendamos las palabras que nos dirigió en muchas revelaciones hechas a los santos y en los dos Testamentos. Todos estos juicios no cesa la Iglesia de anunciarlos en todo tiempo con sus labios.

3 [v.14]. A continuación añade y dice: *En el camino de tus testimonios me regocije como con todas las riquezas.* Ninguna cosa más pronta, más breve, más grande, entendemos por el camino de los testimonios de Dios que Cristo, en el cual se hallan escondidos todos los tesoros de la sabiduría y de la ciencia de Dios. De aquí que dice éste que se regocijó o se deleitó en este camino *como con todas las riquezas.* Los testimonios de Dios son aquellos con los cuales se digna probar cuánto nos ama. *Y Dios acredita su caridad para con nosotros, porque, siendo aún pecadores, Cristo murió por nosotros.* Luego al decir El mismo: *Yo soy el camino,* y siendo la humildad de su carnal nacimiento y su pasión evidentísimos testimonios del amor divino que tiene para con nosotros, sin duda Cristo es el camino de los testimonios de Dios. Por estos testimonios que vemos cumplidos en El, esperamos que han de cumplirse para con nosotros los futuros y eternos que se nos prometieron. Porque el que no per-

oris tui; id est, nihil iudiciorum tuorum tacui, quae mihi per eloquia tua innotescere voluisti, sed omnia prorsus in labiis meis enuntiavi. Hoc enim mihi videtur significare voluisse, quod non ait, omnia iudicia tua; sed, *omnia iudicia oris tui,* id est, quae mihi dixisti: ut per os eius eloquium eius intelligamus, quod fecit ad nos in revelationibus sanctorum pluribus, et Testamentis duobus; quae omnia iudicia usquequaque in labiis suis enuntiare non cessat Ecclesia.

3 [v.14]. Deinde subiungit et dicit, *In via testimoniorum tuorum iucundatus sum, quasi in omnibus divitiis.* Viam testimoniorum Dei nihil citius, nihil certius, nihil brevius, nihilque grandius intelligimus esse quam Christum, in quo sunt omnes thesauri sapientiae et scientiae absconditi (Col 2,3). Inde et iste ait se iucundatum vel delectatum in hac via, *quasi in omnibus divitiis.* Testimonia quippe Dei sunt, quibus quantum nos diligat, nobis probare dignatur. Commendat autem suam charitatem Deus in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est (Rom 5,8.9). Cum ergo ipse dicat, *Ego sum via* (Io 14,6), et humilitas eius carnalis nativitatis atque passionis, evidentia sint testimonia divinae erga nos dilectionis; procul dubio via testimoniorum Dei Christus est. Per haec quippe testimonia quae in illo videmus impleta, etiam futura erga nos, quae sempiterna promissa sunt, exspectamus et speramus implenda. Qui enim proprio Filio non

donó a su propio Hijo, sino que le entregó por todos nosotros, ¿Cómo no nos dará con El todas las cosas?

4 [v.15-16]. Prosigue y dice: *Hablaré de tus mandamientos y consideraré tus caminos.* Lo que consigna el texto griego (adolesjeso), unos intérpretes latinos lo tradujeron por *garriam* (hablaré), otros por *exercebor* (me ejercitaré). Estos dos conceptos parecen oponerse entre sí. Pero si esto se entiende como un ejercicio de ingenio con cierto sabor de disputa, ambos concuerdan. Y de los dos se compone una sentencia, de suerte que no es ajena de este ejercicio la garrulería. Suelen llamarse gárrulos los locuaces. De este modo se ejercita la Iglesia en los mandamientos del Señor contra todos los enemigos de la fe católica y cristiana, parlera por las profusas disputas de los doctores, las cuales serán útiles a los que disputan cuando en ellas se consideren únicamente *los caminos del Señor,* que son, conforme está escrito, *la misericordia y la verdad,* las cuales se hallan en Cristo en toda su perfección. Debido a este ejercicio agradable, se ejecuta lo que sigue: *Meditaré en tus justificaciones, no olvidaré tus palabras.* Ciertamente *meditaré para no olvidar.* Por esto es bienaventurado aquel varón del salmo primero que dice: *Meditaré en la ley del Señor día y noche.*

5. En todo esto que traté como pude, carísimos hermanos, recordemos que aquel que escondió en su corazón las palabras del Señor, y que anuncia con sus labios todos los juicios de su boca, y se deleita en el camino de sus testimonios, como con todas las riquezas, y que, hablando o ejercitándose en sus mandamien-

pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum, quomodo non et cum illo omnia nobis donavit? (Rom 8,32).

4 [v.15.16]. Sequitur: *In mandatis tuis garriam et considerabo vias tuas.* Quod graecus habet ἀδολεσχήσω, latini interpretes quidam *garriam,* quidam *exercebor,* interpretati sunt; quae duo inter se videntur esse diversa: sed si exercitatio intelligatur ingenii, cum quadam delectatione disputationis, utrumque coniungitur, et quasi ex utroque unum aliquid temperatur, ut non sit aliena ab huiusmodi exercitatione garrulitas. Solent enim garruli vocari loquaces. Sic autem se in Dei mandatis exercet Ecclesia, adversur omnes inimicos fidei christianae atque catholicae copiosis doctorum disputationibus garrula: quae tunc fructuosae sunt disputantibus, si non ibi considerentur nisi *viae Domini,* sicut scriptum est, *misericordia et veritas* (Ps 24,10); quorum duorum plenitudo invenitur in Christo. Per hanc suavem exercitationem fit etiam quod adiungit: *In iustificationibus tuis meditabor, non obliviscar verborum tuorum.* Ideo utique *meditabor,* ut *non obliviscar.* Unde beatus ille in primo psalmo, in lege Domini meditabitur die ac nocte (Ps 1,2).

5. In his omnibus quae, ut potuimus, disputavimus, meminerimus, charissimi, eum qui abscondit in corde suo eloquia Domini, et enuntiat in labiis suis omnia iudicia oris eius, et in via testimoniorum eius delectatur sicut in omnibus divitiis, et garriens vel sese exercens in man-

tos, considera sus caminos y medita en sus justificaciones para no olvidarse de sus palabras, manifestando por todo esto estar instruido en la ley del Señor y su doctrina, con todo, ora y dice: *Bendito eres, Señor; enséñame tus justificaciones.* En lo cual se entiende que pide únicamente auxilio de la gracia para aprender de obra lo que ya conoce de palabra.

SERMÓN 7

1 [v.17]. Si recordáis, carísimos, las cosas expuestas anteriormente sobre este salmo nos ayudarán para entender las siguientes. En efecto, los miembros que hablan aquí como en persona de un hombre son de Cristo y pertenecen a El como Cabeza, formando un solo Cuerpo. Este anteriormente dijo: *¿Cómo corrige el joven su camino? Guardando tus palabras.* Pues bien, ahora para ejecutarlo pide más claramente auxilio. *Retribuye a tu siervo*—dice—; *viviré y guardaré tus palabras.* Si pidió aquí la retribución de un bien por otro bien, entonces diremos que ya había guardado las palabras de Dios. Pero no dijo: "Retribuye a tu siervo, porque guardé tus palabras", como si exigiese una merecida recompensa por el bien de la obediencia, sino que dijo: *Retribuye a tu siervo (y así) viviré y guardaré tus palabras.* ¿Y esto qué es sino decir que los muertos no pueden guardarlas, es decir, los infieles, de los cuales se dice: *Dejad a los muertos que entierren a los muertos?* Por tanto, si entendemos por muertos los infieles, y por vivos los fieles, porque el justo vive de la fe, y sin ella, que obra por el amor, no pueden ser guardadas las palabras de

datis eius, considerat vias eius, et meditatur in iustificationibus eius, ne obliviscatur verborum eius, per quae omnia utique lege Dei atque doctrina instructus apparet; orare tamen et dicere, *Benedictus es, Domine; doce me iustificationes tuas.* Ubi nihil aliud intelligitur poscere, nisi adiutorium gratiae, ut quod iam novit sermone, discat et opere.

SERMO VII

1 [v.17]. Si huius psalmi superiora meministis, charissimi, adiuvare nos debent ad intelligenda sequentia. Etenim quae tanquam ex unius hominis persona loquuntur, membra sunt Christi, et ad unum caput tanquam unum pertinent corpus. Nempe superius dixerat: *In quo corrigit iunior viam suam? In custodiendo verba tua.* Ecce nunc apertius, ut id faciat, poscit auxilium: *Retribue,* inquit, *servo tuo; vivam, et custodibo verba tua.* Si bona pro bonis sibi retribui postulavit, iam custodierat verba Dei. Non autem dixit, Retribue servo tuo, quia custodivi verba tua; tanquam mercedem bonam pro bono obedientiae flagitaret: sed dixit, *Retribue servo tuo; vivam, et custodibo verba tua.* Quod quid est aliud, quam dicere mortuos ea custodire non posse? infideles videlicet, de quibus dicitur, *Sine mortuos sepelire mortuos suos* (Mt 8,22). Qua-

Dios, entonces ésta es la que pide para sí el que dice: *Retribuye a tu siervo; viviré y guardaré tus palabras.* Pero como antes de la fe sólo se le deben al hombre males por males, y Dios retribuye por la gracia, que a nadie se debe, bienes por males, esta retribución es la que pide el que dice: *Retribuye a tu siervo, (y así) viviré y guardaré tus palabras.* Cuatro son los géneros de retribuciones: o se retribuyen males por males, como Dios retribuirá a los impíos con el fuego eterno; o bienes por bienes, como ha de retribuir a los justos con el reino eterno; también se retribuyen bienes por males, así como Cristo por Gracia justifica al impío; o males por bienes, como Judas y los judíos persiguieron a Cristo por perfidia. De estas cuatro clases de retribuciones, las dos primeras, esto es, el retribuir males por males y bienes por bienes, pertenecen a la justicia; la tercera, por la que se dan bienes por males, a la misericordia; la cuarta es en absoluto ajena de Dios, pues jamás da a nadie mal por bien. La que nombré en tercer lugar es la que primeramente se necesita, pues si Dios nos diera bienes por males, no habría en absoluto nadie a quien retribuir bienes por bienes.

2. Contempla a aquel Saulo y después a Pablo: *No en virtud de las obras de justicia*—dice—*que hicimos, sino por su misericordia, nos salvó mediante el lavatorio de la regeneración;* y también: *Yo, el que antes fui blasfemo, y perseguidor, y ultrajador, alcancé misericordia, porque, ignorando, lo hice en la incredulidad;* y asimismo: *Doy un consejo como quien alcancé*

propter si mortuos intelligimus infideles, vivos autem fideles; quoniam iustus ex fide vivit (Rom 1,17), nec possunt custodiri verba Dei nisi fide, quae per dilectionem operatur (Gal 5,6): hanc sibi poscit qui dicit, *Retribue servo tuo; vivam, et custodibo verba tua.* Et quoniam ante fidem non homini debentur nisi mala pro malis, retribuit autem Deus per indebitam gratiam bona pro malis; hanc retributionem rogat qui dicit, *Retribue servo tuo; vivam, et custodibo verba tua.* Quatuor sunt enim retributiones: aut mala pro malis retribuuntur, sicut Deus ignem aeternum retributurus est impiis; aut bona pro bonis, sicut regnum aeternum retributurus est iustis; aut bona pro malis, sicut Christus per gratiam iustificat impium; aut mala pro bonis, sicut Iudas et Iudaei per malitiam persecuti sunt Christum. Harum quatuor retributionum duae priores pertinent ad iustitiam, ut retribuantur mala pro malis, bona pro bonis: tertia pertinet ad misericordiam, ut retribuantur bona pro malis, quartam Deus nescit; nulli enim malum pro bono retribuit. Haec autem quam tertio loco posui, primitus necessaria est: nisi enim Deus retribueret bona pro malis, nullo modo essent quibus retribueret bona pro bonis.

2. Vide illum Saulum, postea Paulum: «Non ex operibus», inquit, «iustitiae quae nos fecimus, sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit per lavacrum regenerationis» (Tim 3,5). Et iterum: «Qui prius fui blasphemus, et persecutor, et iniuriosus; sed misericordiam consecu-

misericordia del Señor para ser fiel, esto es, para vivir, *porque el justo vive de la fe.* Luego estaba muerto por su injusticia antes de que viviera por la gracia de Dios. En efecto, así confiesa él su misma muerte: *Llegado el precepto, revivió el pecado, pues yo morí, y se halló que el mandato que se dio para vida fue para muerte.* Luego Dios le retribuyó bien por mal, es decir, vida por muerte. Esta es la retribución que se pide aquí cuando se dice: *Retribuye a tu siervo (y así) viviré y guardaré tus palabras.* Por ella vivió y guardó sus palabras, y comenzó a pertenecer a otra retribución, en la que se retribuyen bienes por bienes. Con relación a ésta dice: *Peleé el buen combate, terminé la carrera, conservé la fe; por lo demás, se me guardó la corona de justicia, que me dará en galardón en aquel día el Señor, justo juez.* Ciertamente que es *justo* retribuyendo bienes por bienes, pero porque primeramente fue misericordioso dando bienes por males. Aunque también la misma justicia con la que se retribuyen bienes por bienes no está desprovista de misericordia, porque también se escribió: *El te corona por conmiseración y misericordia.* Porque ¿cuándo hubiera vencido el que dijo: *Peleé el buen combate,* si no le hubiera concedido Aquel de quien el mismo Apóstol dice: *Demos gracias a Dios, que nos da la victoria por nuestro Señor Jesucristo?* Y el que terminó la carrera, ¿cómo hubiera corrido, cómo hubiera llegado a la meta, si no le hubiera ayudado Aquel de quien dice: *No es del que quiere ni del que corre,*

tus sum, quia ignorans feci in incredulitate» (1 Tim 1,13). Et iterum: «Consilium autem do, tanquam misericordiam consecutus a Domino, ut fidelis essem» (1 Cor 7,25): hoc est, ut viverem; «quia iustus ex fide vivit». Mortuus ergo erat prius per suam iniustitiam, antequam viveret per Dei gratiam. Ipsam porro suam mortem sic confitetur: «Adveniente autem», inquit, «mandato, peccatum revixit, ego autem mortuus sum, et inventum est mihi mandatum quod erat in vitam, hoc esse in mortem» (Rom 7,9 et 10). Retribuit ergo illi Deus bonum pro malo, hoc est, vitam pro morte; talem scilicet retributionem, qualis hic poscitur, ubi dicitur, *Retribue servo tuo; vivam, et custodibo verba tua.* Et vixit, et custodivit verba eius, et pertinere coepit ad aliam retributionem, in qua retribuuntur bona pro bonis: propter quam dicit, «Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi; de caetero reposita est mihi corona iustitiae, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex» (2 Tim 4,7 et 8). Utique *iustus,* retribuendo bona pro bonis; quia prius misericors, retribuendo bona pro malis. Quamvis et ipsa iustitia, qua retribuuntur bona pro bonis, non est sine misericordia; quia et hoc scriptum est, *Qui coronat te in miseratione et misericordia* (Ps 102,4). Qui enim dixit, *Bonum certamen certavi,* quando vinceret, nisi illo donante de quo ait, *Gratias Deo, qui dat nobis victoriam per Dominum nostrum Iesum Christum?* (1 Cor 15,57). Et qui cursum consummavit, quando curreret, quando perveniret, nisi illo adiuvante de quo ait, *Igitur non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei?* (Rom 9,16). Et

sino de Dios, que se compadece? Y el que conservó la fe, ¿cómo hubiera podido hacer esto si, como él dice, no hubiera conseguido misericordia para ser fiel?

3. Jamás se engría la humana soberbia, puesto que Dios premia con sus bienes sus propios dones. Pero este que ora ya y dice: *Retribuye a tu siervo (y así) viviré,* si estuviese muerto del todo, no oraría; pero, con todo, recibió el comienzo del buen deseo de Aquel a quien pide la vida de obediencia. Quienes decían: *Señor, acreciéntanos la fe,* esto es, los apóstoles, tenían ciertamente alguna fe, lo mismo que aquel que confesaba su incredulidad y no negaba su fe, ya que, al ser preguntado si creía, contesta: *Creo, Señor; ayuda a mi incredulidad.* Por tanto, habiendo comenzado a vivir, pide vida al que creyendo pide obediencia; no premio por haberla cumplido, sino ayuda para cumplirla, ya que, acrecentándosele la vida, va vivificándose en todo tiempo el que se renueva de día en día.

4 [v.18]. Sabiendo también que las palabras de Dios no pueden guardarse por la obediencia, a no ser que se vean con la inteligencia, añade esto también a su oración, y dice: *Retira el velo de mis ojos y consideraré las maravillas de tu ley.* Igualmente pertenece a esto lo que añade a continuación: *Inquilino soy en la tierra;* o como algunos códices dicen: *Morador soy en la tierra; no me escondas tus mandamientos.* Lo que anteriormente dice: *Retira el velo de mis ojos,* lo dijo también después al decir: *No me escondas tus mandamientos.* Y lo que consignó allí: *Las maravillas de tu ley,* lo repite aquí de otro modo, diciendo: *tus mandamientos.* Nada hay más admirable en los mandamientos de

qui fidem servavit, quando id faceret, nisi, ut ipse ait, misericordiam consecutus ut fidelis esset?

3. Nusquam ergo se extollat humana superbia: donis suis Deus retribuit bona praemia. Sed iste qui iam orat et dicit, *Retribue servo tuo, vivam;* si penitus esset mortuus, non oraret: sed ab illo accepit initium bonae concupiscentiae, a quo vitam poscit obedientiae. Habebant enim aliquam fidem, qui dicebant: *Domine, auge nobis fidem* (Lc 17,5). Ille vero et incredulitatem suam confitebatur, nec fidem diffitebatur, qui cum esset interrogatus utrum crederet, ait: *Credo, Domine; adiuva incredulitatem meam* (Mc 9,23). Iam utique vivere incipiens postulat vitam, qui credens orat obedientiam: non pro ea servata praemium; sed ut servetur, auxilium. Vita quippe crescente vivescit per omnem diem, qui renovatur de die in diem (2 Cor 4,16).

4 [v.18]. Sciens autem verba Dei non posse custodiri per obedientiam, nisi videantur per intelligentiam, hoc quoque orationi addit et dicit: *Revela oculos meos, et considerabo mirabilia de lege tua.* Ad hoc etiam illud pertinet, quod adiungit, *Inquilinus ego sum in terra:* sive, ut nonnulli codices habent, *Incola ego sum in terra; ne abscondas a me mandata tua.* Quod enim ait superius, *Revela oculos meos;* hoc postea dixit, *ne abscondas a me:* et quod ibi dixerat, *mirabilia de lege tua;* hoc alio

Dios que *amad a vuestros enemigos,* y esto es dar bienes por males. Pero sobre este inquilinato o *moramiento* no ha de abreviarse el discurso; por lo tanto, no pudiendo ser éste más largo, habrá de esperarse a otro, ayudándonos Dios, en el que se hable de El como conviene.

SERMÓN 8

1 [v.19]. He de pagar al ansia de vuestra caridad el sermón que debo de lo restante de este gran salmo comenzando por el versillo que dice: *Morador soy en la tierra; no me escondas tus mandamientos;* o como escriben muchos códices: *Inquilino soy en la tierra.* Lo que en griego se escribe *paroicos,* algunos intérpretes latinos lo tradujeron por *inquilinus,* inquilino; otros, por *incola,* morador de la tierra; y otros por *advena,* advenedizo o forastero. Son inquilinos los que no tienen casa propia y habitan en la ajena; los moradores y advenedizos son los extranjeros que vienen de fuera. De aquí se suscita una gran cuestión acerca del alma, puesto que, por lo que se refiere al cuerpo, parece que no puede decirse *morador, advenedizo* o *inquilino soy en la tierra,* ya que el cuerpo trae su origen de la tierra. Pero sobre esta cuestión no me atrevo a definir cosa alguna. Pues ya se hubiera podido decir con razón del alma, la cual de ninguna manera debemos pensar que se origina de la tierra, *inquilino, morador* o *advenedizo soy en la tierra;* ya se dijere de todo el hombre, porque en algún tiempo fue ciudadano del paraíso, en donde no estaba el

modo repetens ait, *mandata tua.* Nihil est autem mirabilius in mandatis Dei quam *Diligite inimicos vestros* (Mt 5,44); hoc est, retribuite bona pro malis. Sed de isto inquilinatu vel incolatu non est sermo coarctandus; et ideo non iste de hac re, sed alius exspectandus, et Domino adiuvante reddendus est.

SERMO VIII

1 [v.19]. Exspectationi Charitatis vestrae de sequentibus huius maximi psalmi sermo reddendus est, ab illo versu scilicet, ubi ait, *Incola ego sum in terra; non abscondas a me mandata tua:* sive, ut nonnulli codices habent, *Inquilinus ego sum in terra.* Quod enim est in graeco πάροικος, aliqui nostri *inquilinus,* aliqui *incola,* nonnunquam etiam *advena* interpretati sunt. Inquilini non habentes propriam domum, habitant in aliena; incolae autem vel advenae, utique adventitii perhibentur. Ubi magna de anima exoritur quaestio. Neque enim secundum corpus dictum videri potest, *Incola,* vel *advena,* vel *inquilinus sum in terra;* cum de terra corpus originem ducat. Sed in hac profundissima quaestione nihil audeo definere. Sive enim propter animam (quae absit ut putetur ex terra) merito dici potuerit, *Inquilinus,* vel *incola,* vel *advena ego sum in terra;* sive secundum totum hominem, quia paradisi aliquando civis fuit, ubi utique non erat qui ista dicebat; sive quod est ab omni controversia liberius, non omnis homo possit hoc dicere, sed

que decía estas cosas; o ya se dijere no de todo hombre, lo que está más exento de controversia, sino de aquel a quien se le prometió la eterna patria en los cielos, lo cierto es que la vida humana sobre la tierra es una continua tentación y que los hijos de Adán tienen un pesado yugo sobre sí. A mí me agrada más tratar este asunto conforme al dictamen que entiende que nos llamamos inquilinos o moradores en la tierra porque hemos hallado una patria superior, de la que hemos recibido fianza, y a la que, en llegando, jamás nos apartaremos de ella. Porque aquel que dice en otro salmo: *Inquilino soy delante de ti, y peregrino, como todos mis padres,* no dice "como todos los hombres". Por tanto, al decir *como todos mis padres,* sin duda quiere dar a entender que se trata de los justos que le precedieron en el tiempo y suspiraron en esta peregrinación por la patria eterna con piadoso gemido; de los cuales se escribió en la epístola a los Hebreos: *Todos éstos murieron en la fe, sin haber recibido las promesas, sino que, viéndolas y saludándolas de lejos, confesaron que son huéspedes y peregrinos sobre la tierra. Los que dicen tal cosa declaran que buscan la patria, pues, si se hubieran acordado de aquellas que habían abandonado, hubieran tenido tiempo de regresar; pero ahora apetecen una mejor, esto es, la celeste, y por esto Dios no se avergüenza de ser y de llamarse Dios de ellos, pues les preparó ciudad.* También aquello que leemos: *Mientras estamos avecindados en el cuerpo, somos forasteros del Señor,* puede entenderse que no se dice de todos, sino de los fieles. *Porque la fe no es de todos.* Además, observamos lo que añade el Apóstol a estas palabras, ya que, habiendo dicho:

cui patria promissa est aeterna in caelis: hoc scio, quia tentatio est vita humana super terram (Job 7,1); et iugum grave est super filios Adam (Eccli 40,1). Verum me plus delectat secundum istam disputare sententiam, ut ideo nos in terra inquilinos vel incolas esse dicamus, quia supernam patriam, unde pignus accepimus, et quo pervenientes nunquam inde migremus, invenimus. Nam et ille qui in alio psalmo dicit, *Inquilinus ego sum apud te et peregrinus, sicut omnes patres mei* (Ps 38,13); non ait, Sicut omnes homines; sed dicendo, *sicut omnes patres mei,* iustus procul dubio vult intelligi, qui eum tempore praecesserunt, et in hac peregrinatione gemitu pio supernae patriae suspirarunt. De quibus scriptum est ad Hebraeos: «Secundum fidem mortui sunt hi omnes, cum non accepissent promissiones, sed longe eas videntes et salutantes, et confitentes quia hospites et peregrini sunt super terram. Qui enim talia dicunt, ostendunt quia patriam quaerunt. Et si quidem eius memores essent a qua discesserant, habuissent tempus revertendi; nunc autem meliorem appetunt, id est caelestem: ideo non confunditur de his Deus vocari Deus eorum; praeparavit enim eis civitatem» (Hebr 11,13-16). Et illud quod legimus, *Quamdiu sumus in corpore, peregrinamur a Domino;* potest intelligi hoc non esse omnium, sed fidelium: *Non enim omnium est fides* (2 Thes 3,2). Et videmus quid his verbis Apostolus iungat.

Mientras estamos avecindados en el cuerpo, somos forasteros del Señor, escribe a continuación: *como que caminamos por la fe, no por la visión,* para que entendiésemos que esta peregrinación es de aquellos que caminan por la fe. Los infieles que Dios no previó ni predestinó a ser conformes con la imagen de su Hijo no pueden llamarse en realidad de verdad peregrinos en la tierra, ya que, estando allí en donde nacieron según la carne, no tienen ciudad en otra parte, y, por tanto, no están en la tierra como peregrinos, sino como hijos de ella. De aquí que dice la Escritura acerca de uno de ellos: *Puso en la muerte su casa, y en los infiernos sus quicios con los hijos de la tierra.* Con todo, también son estos mismos peregrinos e inquilinos, mas no tocante a esta tierra, sino al pueblo de Dios, del que son extraños. De aquí que el apóstol San Pablo dice a los creyentes y a los que comienzan a participar de la santa ciudad, que no es de este mundo: *Ya no sois peregrinos e inquilinos, sino que sois conciudadanos de los santos y domésticos de Dios.* Luego son ciudadanos de la tierra los que son peregrinos del pueblo de Dios; pero los que son ciudadanos del pueblo de Dios son peregrinos en la tierra, porque todo este pueblo, mientras está avecindado en el cuerpo, peregrina hacia Dios. Diga, pues: *Peregrino soy en la tierra; no me escondas tus mandamientos.*

2. Pero ¿quiénes son aquellos a quienes oculta Dios sus mandamientos? ¿Por ventura no quiso Dios que se predicasen en todas partes? ¡Ojalá que, siendo tan evidentes a muchos, sean igualmente amados por muchos! Pues ¿qué cosa más clara que *amarás al Señor, Dios tuyo, con todo tu corazón, con toda tu*

Cum enim dixisset, *Quamdiu sumus in corpore, peregrinamur a Domino: Per fidem enim ambulamus,* inquit, *non per speciem* (2 Cor 5,6.7); ut intelligeremus eorum esse istam peregrinationem, qui ambulant per fidem. Infideles autem, quos Deus non praescivit nec praedestinavit conformes fieri imaginis Filii sui (Rom 8,29), non possunt veraciter dicere se in terra peregrinos, quando ibi sunt, ubi secundum carnem nati sunt: non enim habent alibi civitatem; ac per hoc non sunt in terra alienigenae, sed terrigenae. Unde ait alia Scriptura de quodam: *Posuit enim apud mortem domum suam, et apud inferos cum terrigenis axes suos* (Is 28,15). Sunt autem et ipsi peregrini et inquilini, non huic terrae, sed populo Dei, a quo sunt alienigenae. Unde credentibus, et sanctam civitatem, quae non est de hoc mundo, habere incipientibus Apostolus dicit: *Igitur iam non estis peregrini et inquilini; sed estis cives sanctorum et domestici Dei* (Eph 2,19). Ipsi ergo sunt cives terreni, qui sunt Dei populo peregrini: qui vero cives sunt in populo Dei, ipsi sunt in terra peregrini; quia totus idem populus, quamdiu est in corpore, peregrinatur a Domino. Dicat itaque, *Incola ego sum in terra; ne abscondas a me mandata tua.*

2. Sed qui tandem sunt a quibus Deus abscondit mandata sua? Nonne illa ubique Deus voluit praedicari? Utinam quam multis clara sunt, tam multis chara sint. Nan quid est clarius quam *Diliges Dominum*

alma y con toda tu mente y *amarás a tu prójimo como a ti mismo, en* cuyos *dos mandamientos se basa la ley y los profetas?* ¿A quién son desconocidos estos madamientos? Todos los fieles y muchos infieles los conocen. ¿Por qué, pues, pide el fiel que no se le oculte a él lo que ve que no se le oculta al infiel? ¿Acaso será porque difícilmente se conoce a Dios, y, por consiguiente, es razonable que asimismo se entienda con dificultad *amarás al Señor, Dios tuyo,* puesto que puede amarse una cosa por otra? El conocimiento del prójimo es, sin duda, más fácil, ya que todo hombre es prójimo del hombre, y no debe pensarse en ninguna especie lejana en donde la naturaleza es común. Aun cuando no conocía al prójimo el que dijo al Señor: *Quién es mi prójimo,* sin embargo, cuando se le propuso a cierto hombre que bajaba de Jerusalén a Jericó y que cayó en manos de los ladrones, el mismo hombre que había preguntado, al ver que únicamente se comportó como prójimo aquel que ejecutó la misericordia con él, descubrió que quien ama al prójimo, a ninguno debe considerar extraño para obrar misericordia con él. Pero muchos ni a sí mismos se conocen, puesto que el conocerse a sí mismo, conforme debe conocerse el hombre, no es de todos los hombres; es cosa de pocos. Luego ¿cómo amará al prójimo como a sí mismo el que se desconoce a sí mismo? El hijo menor que marchó a una región lejana, en la que disipó toda su hacienda viviendo libertinamente, no en vano primero volvió sobre sí mismo, diciendo: *Me levantaré e iré a mi padre,* puesto que marchó tan lejos, que se había apartado de sí mismo. Sin embargo,

Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex tota mente tua; et, *Diliges proximum tuum tanquam teipsum? In* quibus *duobus mandatis tota lex pendet et Prophetae* (Mt 22,37.40). Et quis est quem lateant ista mandata? Nempe et omnibus fidelibus, et plurimis infidelibus nota sunt. Cur ergo poscit fidelis ne abscondatur sibi quod nec infideli cernit abscondi? An quia Deum nosse difficile est, consequens est utique ut, *Diliges Dominum Deum tuum,* difficile intelligatur, ne aliud pro alio diligatur? Nam proximi facilior esse videtur cognitio. Omnis quippe homo est omni homini proximus, nec ulla cogitanda est longinquitas generis, ubi est natura communis. Quanquam nec proximum noverat qui Domino ait: *Et quis est mihi proximus?* Quando illi est propositus homo quidam, qui descendens ab Ierusalem in Iericho incidit in latrones: cui proximum non fuisse, nisi qui cum illo fecit misericordiam, ipse qui interrogaverat iudicavit (Lc 10,29.37); patuitque in facienda misericordia neminem alienum esse deputandum ab eo qui diligit proximum. Sed multi nec seipsos noverunt; quia et seipsum nosse, quemadmodum homo sibi debet innotescere, non omnium hominum est. Quomodo ergo diligit proximum tanquam seipsum, qui nescit et seipsum? Non enim frustra ille filius iunior, qui profectus in regionem longinquam, ubi dissipavit substantiam suam vivens prodige, ut diceret, *Surgam, et ibo ad patrem meum,* prius reversus est in semetipsum (Lc 15,13-18), nisi quia tam longe pe-

no hubiera vuelto a sí si en absoluto se desconociera; ni hubiera dicho: *Me levantaré e iré a mi padre,* si por completo desconociera a Dios. De aquí que estas cosas se conocen hasta cierto punto; pero para conocerlas más y más, con razón se pide conocimiento. Por tanto, para que sepamos amar a Dios, ha de conocérsele; y para que el hombre sepa amar al prójimo como a sí mismo, debe primeramente, amando a Dios, amarse a sí mismo. ¿Y cómo podrá hacer esto si desconoce a Dios, si se ignora a sí mismo? Con razón se dice a Dios: *Morador soy en la tierra; no me ocultes tus mandamientos.* Justamente se ocultan estos mandamientos a los que no son moradores en la tierra, porque, aun cuando los oigan, no los entienden, ya que sólo perciben las cosas terrenas. Sin embargo, aquellos que tienen puesto su trato en el cielo, sin duda peregrinan en tanto en cuanto habitan en la tierra. Pidan, pues, que no se les escondan los mandamientos de Dios, por los cuales se libren de este inquilinato amando a Dios, con quien vivirán eternamente, y amando al prójimo, para que esté allí en donde ellos han de estar.

3 [v.20]. ¿Qué cosa se ama amando si no se ama el amor? De aquí que con toda razón este morador en la tierra, habiendo pedido que no se le ocultasen los mandamientos de Dios, en los cuales sólo o principalmente se prescribe el amor, publica a voz en cuello que quiere tener amor al amor, diciendo: *Mi alma deseó codiciar tus justificaciones en todo tiempo.* Esta codicia es laudable, no vituperable. Pues no se dijo de ella *no codiciarás,* sino de aquella por la que codicia la carne contra el espíritu. Busca algún testimonio en el que se consigne esta codicia buena,

regrinatus est, ut relinqueret etiam semetipsum. Nec tamen reverteretur ad se, si omni modo nesciret se; nec diceret, *Surgam, et ibo ad patrem meum,* si penitus ignoraret Deum. Quocirca et aliquatenus ista sciuntur, et ut magis magisque sciantur, non immerito scienda poscuntur. Quapropter ut sciamus diligere Deum, sciendus est Deus; et ut sciat homo diligere proximum tanquam seipsum, prius debet diligendo Deum diligere seipsum: quod unde poterit, si nescit Deum, si nescit et seipsum? Recte itaque dicitur Deo, *Incola ego sum in terra; ne abscondas a me mandata tua.* Merito namque absconduntur eis qui non sunt incolae in terra: haec enim mandata etsi audiunt, non sapiunt; quia terrena sapiunt. Quorum autem conversatio in caelis est (Phil 3,19.20), in quantum hic conversantur, profecto peregrinantur. Petant itaque ne abscondantur ab eis mandata Dei, per quae ab hoc incolatu liberentur, diligendo Deum, cum quo in aeternum erunt; et diligendo proximum, ut illic sit ubi et ipsi erunt.

3 [v.20]. Quid autem diligendo diligitur, si ipsa dilectio non diligitur? Unde consequenter iste incola in terra, cum Dei mandata ne sibi absconderentur orasset, in quibus dilectio praecipitur vel sola vel maxime; et ipsius dilectionis dilectionem se velle habere proclamat, dicens: *Concupivit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tempore.* Laudabilis est ista concupiscentia, non damnabilis. Non de hac dictum est, *Non*

con la cual codicie el espíritu contra la carne, y lo hallarás en donde se dice: *La codicia de la sabiduría conduce al reino;* y no hallarás sólo éste, sino otros muchos que confirmen la excelencia de esta buena codicia. Pero interesa saber que, cuando se conmemora la buena codicia, se expresa lo codiciado; mas, cuando no se indica lo codiciado, sino que se consigna únicamente la codicia, entonces se entiende la mala. Si en el testimonio aducido: *La codicia de la sabiduría conduce al reino,* no se hubiera añadido *de la sabiduría,* de ninguna manera hubiera dicho: *La codicia conduce al reino.* Por el contrario, cuando el Apóstol escribió: *Yo no conocería la codicia si la ley no dijese no codicies,* al no consignar la cosa codiciada o lo que no debes codiciar, sólo entendió la mala codicia al hablar de este modo. Luego ¿qué codició el alma de éste? *Desear*—dice—*tus justificaciones en todo tiempo.* Pienso que aún no las deseaba, ya que codició desearlas. Las justificaciones son los hechos justos, es decir, las obras de justicia. Por tanto, si aún no las posee el que las desea, ¡cuán apartado estaba de ellas el que aún codiciaba desearlas!, ¡y cuánto más distantes se hallan de ellas quienes ni aun esto codician!

4. Es admirable que se codicie el deseo y que no esté en nosotros cuando ya está en nosotros la codicia de él. El deseo no es un cuerpo hermoso, como el oro; o una mujer bella, que el hombre puede codiciar y no poseer, porque no se halla al alcance del hombre. ¿Quién ignora que la codicia y el deseo están en el

concupisces (Ex 20,17); sed de illa qua caro concupiscit adversus spiritum (Gal 5,17). De hac autem bona concupiscentia qua concupiscit spiritus adversus carnem, quaere ubi scriptum sit; et invenies, *Concupiscentia itaque sapientiae deducit ad regnum* (Sap 6,21): et multa alia reperiuntur bonae concupiscentiae testimonia. Sed hoc sane interest, quod non tacetur quid concupiscatur, quando bona commemoratur concupiscentia: cum autem non additur quid concupiscatur, sed sola ponitur, nonnisi mala intelligitur. Sicut in hoc quod commemoravi, *Concupiscentia itaque sapientiae deducit ad regnum;* si non adderet sapientiae, nullo modo diceret, Concupiscentia perducit ad regnum. At vero Apostolus quod posuit, *Concupiscentiam nesciebam, nisi Lex diceret, Non concupisces* (Rom 7,7); non utique addidit cuius rei concupiscentiam, vel quid non concupisces: certum est enim non intelligi, cum ita dicitur, nisi malam concupiscentiam. Quid ergo huius anima concupivit? *Desiderare,* inquit, *justificationes tuas in omni tempore.* Credo nondum eas desiderabat, quando concupivit desiderare. Iustificationes autem facta sunt iusta, id est, opera iustitiae. Cum itaque nondum habeat et qui iam desiderat, quam longe ab his erat qui adhuc eas desiderare concupiscebat? et quam longius ab eis sunt qui neque hoc adhuc concupiscunt?

4. Mirum est autem quomodo concupiscatur desiderium, nec sit in nobis cuius concupiscentia iam sit in nobis. Neque enim pulchrum aliquod corpus est, sicut aurum, vel caro aliqua speciosa, quam potest homo concupiscere, nec habere, quia extra posita non est in homine. Quis nesciat

hombre? Entonces ¿por qué se apetece tenerlo, como si viniere de fuera? ¿O cómo puede tenerse codicia de él sin tenerlo, siendo así que él no es más que codicia? Pues desear sin duda es codiciar. ¿Qué enfermedad tan admirable e inexplicable es ésta? Y, sin embargo, existe. El enfermo que padece fastidio y quiere echar de sí este mal, codicia o apetece desear el alimento cuando codicia no tener fastidio; pero este fastidio es enfermedad del cuerpo. La codicia por la que codicia desear el alimento es carecer de fastidio, y se halla en el alma, no en el cuerpo; y la posee no el deleite de la garganta y de las fauces, que se aminora con el fastidio, sino el incentivo de la recuperación de la salud, con el cual se provee a apartar el fastidio del alimento. Por esto no es de admirar que apetezca el ánimo para que apetezca el cuerpo cuando apetece el alma y no apetece el cuerpo. Pero cuando ambos apetitos se hallan en el alma y entrambos son codicia, ¿por qué codició el deseo de las justificaciones de Dios? ¿Cómo tengo en una y la misma alma la codicia de este deseo y no tengo el mismo deseo? ¿O cómo estas cosas son dos y no una sola? ¿Por qué codició desear las justificaciones y no codició más bien las justificaciones que el deseo de ellas? ¿O por qué razón pudo codiciar el deseo de las justificaciones y no codiciar las mismas justificaciones, siendo así que codició el deseo de ellas, porque deseó tenerlas? Si esto es así, ya las codició. ¿Qué necesidad hay de codiciar el deseo de ellas, cuando ya lo tengo y percibo que lo tengo? Pues no podría codiciar el deseo de justicia si no es codiciando la justicia. ¿Será, por ventura, esto lo que dije anteriormente, que debe ser amado el amor con el cual se ama lo que conviene amarse, así como ha

in homine esse concupiscentiam, in homine esse desiderium? Cur ergo concupiscitur ut habeatur, quasi forinsecus inferatur? Aut quomodo haberi eius concupiscentia sine ipso potest, cum non sit et ipsum quid aliud quam concupiscentia? Nam et desiderare procul dubio concupiscere est. Quis est iste mirabilis atque inexplicabilis languor? Et tamen est. Nam et aegrotus qui fastidio laborat, et vult evadere hoc malum, concupiscit utique desiderare cibum, dum concupiscit non habere fastidium: sed hoc fastidium morbus est corporis. Concupiscentia vero qua concupiscit desiderare cibum, hoc est carere fastidio, in animo est, non in corpore: et habet eam non gutturis et faucium delectatio, quae fastidio restringitur; sed recuperandae ratio sanitatis, qua pellendum escae fastidium providetur. Et ideo non mirum est si appetit animus ut appetat corpus, quando appetit animus nec appetit corpus. Cum autem utrumque animi est, et utrumque concupiscentia est, cur concupisco desiderium iustificationum Dei? Quomodo in uno eodemque animo meo habeo concupiscentiam desiderii huius, et ipsum non habeo desiderium? aut quomodo ista duo sunt, et non unum? Utquid enim concupisco desiderare iustificationes, ac non ipsas iustificationes potius quam earum desiderium concupisco? aut quo pacto possum iustificationum desiderium concupiscere, et ipsas iustificationes non concupiscere; cum ideo earum desiderium concupiscam,

de aborrecerse el amor con el que se ama lo que no es lícito amar? Efectivamente, aborrecemos a la codicia con la que la carne codicia contra el espíritu; pues ¿qué es esta codicia sino un mal amor? Sin embargo, amamos la codicia con la que el espíritu codicia contra la carne, porque ¿qué es esta codicia sino un amor bueno? Cuando se dice que debe ser amada, ¿qué otra cosa se dice sino que debe ser codiciada? Por tanto, como rectamente se codician las justificaciones de Dios, rectamente también se codicia la codicia de las mismas justificaciones de Dios, rectamente se ama el amor de estas justificaciones. ¿O, por ventura, codiciar es cosa distinta de desear? Mas no porque el deseo no sea codiciar, sino porque no toda codicia es deseo. Pues se codician las cosas que se tienen y las que no se tienen, y, codiciando, goza el hombre de las cosas que posee; pero, deseando, codicia las que le faltan. Luego ¿qué es el deseo? Una codicia de las cosas que faltan. Pero las justificaciones de Dios, ¿cuándo pueden faltar o hallarse ausentes si no es cuando se ignoran? ¿O es que también han de reputarse ausentes cuando se conocen y no se practican? Las justificaciones no son palabras, sino obras buenas; por tanto, pueden no desearse debido a la enfermedad del alma, y, no obstante, por la mente, en la que se ve cuán útiles y saludables son, puede codiciarse el deseo de ellas. Con frecuencia vemos qué se debe hacer y no obramos,

quia ipsas habere cupio? Quod si ita est, iam ipsas utique concupisco. Quid igitur opus est ut earum desiderium concupiscam, cum iam id habeam, et habere me sentiam? Non enim possem concupiscere desiderium iustitiae, nisi concupiscendo iustitiam. An hoc est quod superius dixi, quod diligenda sit etiam ipsa dilectio qua diligitur quod diligi oportet; sicut odio habenda est dilectio qua diligitur quod diligi non oportet? Odio quippe habemus concupiscentiam nostram qua caro concupiscit adversus spiritum: et quid est ista concupiscentia, nisi mala dilectio? Et diligimus concupiscentiam nostram qua spiritus concupiscit adversus carnem: et quid est ista concupiscentia, nisi bona dilectio? Cum autem dicitur, Diligenda est, quid aliud dicitur quam, concupiscenda est? Quocirca quoniam recte concupiscuntur iustificationes Dei, recte concupiscitur concupiscentia iustificationum Dei. Hoc enim alio modo sic potest dici: si recte diliguntur iustificationes Dei, recte diligitur dilectio iustificationum Dei. An aliud est concupiscere, aliud desiderare? Non quod non sit concupiscentia desiderium, sed quia non omnis concupiscentia desiderium est. Concupiscuntur enim et quae habentur, et quae non habentur: nam concupiscendo, fruitur homo rebus quas habet; desiderando autem, absentia concupiscit. Desiderium ergo quid est, nisi rerum absentium concupiscentia? Sed Dei iustificationes absentes esse quomodo possunt, nisi quando nesciuntur? An et quando sciuntur et non fiunt, absentes habendae sunt? Nam quid sunt iustificationes, nisi opera iusta, non verba? Ac per hoc possunt infirmitate animae non desiderari; et ratione mentis, ubi videtur quam sint utiles atque salubres, potest earum desiderium concupisci. Saepe enim quid agendum sit videmus, nec agimus; quia non delectat ut agamus, et cupimus ut delectet. Praevolat

porque no nos deleita el obrar, aunque deseamos que deleite. El entendimiento se anticipa volando, pero el humano y débil afecto se mueve con lentitud y algunas veces no se mueve. Por esto codiciaba desear lo que discernía que era bueno, deseando tener el amor de las cosas de las que pudo ver su conveniencia.

5. No dice "codicia", sino *codició mi alma desear tus justificaciones.* Quizás este morador en la tierra era tal, que ya hubiera llegado a conseguir lo que había codiciado, y, por tanto, deseaba las justificaciones, cuyo deseo codició en otro tiempo, según conmemora. Pero si las deseaba, ¿por qué no las tenía? Pues nada impide, en verdad, tener las justificaciones de Dios si no es el no desearlas cuando brilla su amor y falta el amor hacia ellas. Pero ¿acaso las tenía y las cumplía, ya que dice poco después: *Tu siervo se ejercitaba en tus justificaciones,* y, por tanto, sólo declara los grados por los que se llega a ellas? Primero es necesario saber cuán útiles y decorosas son; después, que se codicie su deseo; y, por fin, que, aumentando la luz y la sanidad, deleite el ejercicio de aquellas cosas de las que se deleitaba el solo conocimiento de ellas. Las cosas que siguen, como este sermón ya es largo, se tratarán más oportunamente en otro, ayudándonos el Señor.

SERMÓN 9

1 [v.21]. Las cosas que siguen y han de tratarse en este salmo nos aconsejan que recordemos la causa de nuestra miseria. Efectivamente, después de decir: *Mi alma codició desear en todo*

intellectus; et tarde sequitur, et aliquando non sequitur humanus atque infirmus affectus. Ideo ergo desiderare concupiscebat quae bona esse cernebat, cupiens eorum habere delectationem quorum potuit videre rationem.

5. Non autem, ait, concupiscit; sed, *Concupivit anima mea desiderare iustificationes tuas.* Fortasse quippe talis erat iste incola in terra, qui iam pervenerat ad id quod concupiverat, iamque desiderabat eas quarum se desiderium aliquando concupisse commemorat. Si autem iam desiderabat, cur non habebat? Non enim aliquid impedit quominus habeantur iustificationes Dei, nisi quia non desiderantur, dum non in eas charitas fervet, quarum charitas lucet. An habebat eas, atque faciebat? Nam paulo post dicit: *Servus autem tuus exercebatur in iustificationibus tuis.* Sed quibus quasi gradibus ad eas perveniatur, ostendit. Prius est enim ut videatur quam sint utiles et honestae; deinde, ut earum desiderium concupiscatur; postremo, ut proficiente lumine atque sanitate delectet earum et operatio, quarum sola ratio delectabat. Sed ea quae sequuntur, quoniam iam iste prolixus est, alio sermone, adiuvante Domino, commodius disserentur.

SERMO IX

1 [v.21]. Psalmi huius quae tractanda subsequuntur, admonent nos causam nostrae miseriae recordari. Etenim cum dixisset, *concupivit anima*

tiempo tus justificaciones, tanto en los acontecimientos prósperos como en los adversos, porque la justicia debe deleitarnos también en los trabajos y en los sufrimientos, y no la debemos amar únicamente en la bonanza y abandonarla en la adversidad, sino que en todo tiempo debe ser abrazada, a continuación añade: *Increpaste a los soberbios; malditos los que se desvían de tus mandamientos.* Los soberbios se alejan de los mandamientos de Dios. Una cosa es no cumplir los mandamientos de Dios por flaqueza o ignorancia, y otra apartarse de ellos por soberbia, como lo hicieron los que nos engendraron mortalmente para estos males. Pues les deleitó el *seréis como dioses,* y así por la soberbia se desviaron del precepto de Dios, que no ignoraban habérselo puesto el Señor, y que facilísimamente podrían haberlo cumplido sin debilidad alguna disuadente, impediente o retardante. He aquí cómo toda esta pesada e infeliz desgracia de los mortales viene a ser, en cierto modo, una hereditaria increpación de los soberbios. Cuando Dios dijo a Adán: *¿En dónde estás?,* no ignoraba en dónde estaba, sino que como a soberbio le increpaba; y no anhelaba saber en dónde se hallaba entonces, es decir, a qué miseria vino a parar, sino que, increpándole con la pregunta, se la hacía ver. Observa cómo, habiendo dicho: *Increpaste a los soberbios,* no añadió: Malditos los que se *apartaron* de tus preceptos, como si se acordase únicamente de aquel solo pecado de los primeros hombres, sino que dice: *Malditos los que se apartan.* Convenía, pues, que todos se atemorizasen con aquel ejemplo para que no se apartasen del cumplimiento de los preceptos divinos, y así, amando la justicia en todo tiempo, recibiésemos, en medio de los

mea desiderare iustificationes tuas in omni tempore; sive scilicet in rebus prosperis, sive in adversis, quia et in laboribus et doloribus debet delectare iustitia, nec ita est tempore diligenda tranquilo, ut turbulento tempore deseratur, sed amplectenda est in omni tempore: continuo subiecit, *Increpasti superbos; maledicti qui declinant a mandatis tuis.* Superbi enim declinant a mandatis Dei. Aliud est quippe mandata Dei per infirmitatem vel ignorantiam non implere: aliud ab eis per superbiam declinare; sicut fecerunt qui nos mortaliter in haec mala genuerunt. Delectavit enim eos, *Eritis sicut dii;* ac sic a mandato Dei, quod sibi eum mandasse sciebant, et quod facillime, nulla infirmitate revocante, impediente, tardante, implere poterant, per hanc superbiam declinarunt. Et ecce tota ista dura et infelix aerumna motarlium, quodam modo haereditaria est increpatio superborum. Quando enim dixit Deus, *Adam, ubi es?* (Gen 3,5.9) non ubi esset ignorabat, sed superbum increpabat; et ubi tunc esset, id est, ad quam miseriam pervenisset, non scire cupiebat, sed interrogando increpans admonebat. Vide autem quemadmodum, cum dixisset, *Increpasti superbos,* non ait, Maledicti qui declinaverunt a mandatis tuis; ut illud tantum primorum hominum peccatum veniret in mentem: sed ait, *Maledicti qui declinant.* Oportebat enim ut omnes illo terrerentur exemplo a divinis non declinare mandatis, et diligendo

sufrimientos de este mundo, lo que perdimos en las delicias del paraíso.

2 [v.22]. Pero como los soberbios ni aun con tan gran increpación doblegan la cerviz; es más, hallándose abatidos con el suplicio de los sufrimientos y de la muerte, se engríen con la hinchazón de la soberbia, imitando la altivez de los que caen y burlándose de la humildad de los que se levantan, ruega por ellos el cuerpo de Cristo cuando dice: *Aparta de mí el oprobio y el menosprecio, porque inquirí tus testimonios.* En griego, los testimonios se denominan *martirios.* En latín se usa ya esta palabra. Por esto, quienes fueron humillados con diversos sufrimientos por el testimonio de Cristo y pelearon por la verdad hasta la muerte, no son llamados *testes* (testigos), como pudiéramos hacerlo en latín, sino *mártires* en lengua griega. Como oís esta palabra griega más familiarmente y con más gusto, tomemos las palabras anteriores como si se dijera: *Aparte de mí el oprobio y el menosprecio, porque inquirí tus martirios.* Al decir esto el Cuerpo de Cristo, ¿por ventura reputará como pena oír el oprobio y el desprecio infligido por los soberbios e impíos, siendo así que más bien por ellos llega a recibir la corona? ¿Por qué, pues, pide que le sea quitado como algo grave e intolerable? Porque, como dije, ruega por sus enemigos, para quienes ve que es dañoso que echen en cara a los cristianos como oprobio el nombre de Cristo, y su cruz, que fue despreciada por los judíos y que es la universal medicina de la humanidad cristiana, por la cual únicamente se sana de aquella hinchazón, por la que, soberbios, caímos, y, caídos, nos en-

iustitiam in omni tempore, in huius mundi etiam labore recipere quod in paradisi amisimus voluptate.

2 [v.22]. Sed quoniam superbi nec in tanta deponunt increpatione cervicem, et cum sint deiecti laboris mortisque supplicio, extolluntur superbiae typho, imitantes elationem cadentium, irridentes humilitatem surgentium; pro eis orat corpus Christi, cum dicit: *Aufer a me opprobrium et contemptum, quoniam testimonia tua exquisivi.* Testimonia graece martyria nuncupantur, quo verbo iam utimur pro latino: unde illos qui propter testimonium Christi diversis passionibus humiliati sunt, et usque ad mortem pro veritate certarunt, non testes, quod latine utique possemus, sed graece martyres appellamus. Quoniam hoc ergo familiarius auditis et dulcius, sic accipiamus haec verba tanquam dictum sit, *Aufer a me opprobrium et contemptum, quoniam* martyria *tua exquisivi.* Christi corpus ista cum dicit, numquid ab impiis et superbis audire opprobrium atque contemptum ullam deputat poenam, cum potius inde perveniat ad coronam? Cur ergo quasi grave aliquid et intolerabile a se poscit auferri, nisi quia, ut dixi, orat pro ipsis inimicis suis, quibus esse perspicit noxium, obiicere sanctum nomen Christi tanquam opprobrium Christianis, et eius a Iudaeis irrisam crucem totamque humilitatis christianae medicinam, qua sola tumor ille sanatur quo inflati cecidimus et iacentes amplius intumuimus, eadem superbia permanente et crescente

tumecimos aún más, persistiendo y acrecentándose la misma soberbia tenida en poco. Diga, pues, el Cuerpo de Cristo, puesto que ya aprendió a amar a sus enemigos; diga a su Señor Dios: *Aparta de mi el oprobio y el menosprecio, porque inquirí tus martirios;* es decir, aparta de mí el oprobio que oigo y el desprecio con que soy vilipendiado, porque busqué tus martirios; pues mis enemigos, a quienes me mandas amar, que mueren y perecen más y más cada día despreciando y recriminando tus martirios en mí, sin duda revivirán y encontrarán el camino si veneran tus martirios en mí. Así sucedió y lo comprobamos. Ved que el martirio de Cristo no sólo ya no es oprobio entre los hombres en este mundo, sino que es un gran distintivo. Ved que ya no sólo ante el Señor, sino también ante los hombres, es preciosa la muerte de sus santos. Ved que no sólo ya no son despreciados sus mártires, sino que son venerados con grandes honores. Ved a aquel hijo joven, que por los puercos que apacentaba, es decir, por los demonios que adoraba, iba, en pos de su precedente partecilla de persecución, contra los pocos cristianos, cómo revive después de haber muerto y es encontrado después de haber perecido, y se halla ya predicando con gran fervor en muchos y grandes pueblos de gentiles, ensalzando con las más encarecidas alabanzas a los mártires a quienes en otro tiempo infirió el oprobio y desprecio. El Cuerpo de Cristo, por este tan inmenso fruto de corrección, de conversión y de redención de sus enemigos, dijo a Dios: *Aparta de mí el oprobio y el desprecio;* y como si se le preguntase por qué se le infería el oprobio y el desprecio, añade: *porque busqué tus martirios.*

contemnere? Dicat itaque corpus Christi; iam enim diligere didicit inimicos suos: dicat Domino Deo, suo, *Aufer a me opprobrium et contemptum, quia* martyria *tua exquisivi:* id est, opprobrium quod ideo audio, et contemptum quo ideo contemnor, quia martyria tua exquisivi, aufer a me. Inimici enim mei, quos a me praecipis diligi, qui magis magisque moriuntur et pereunt, cum martyria tua contemnunt et criminantur in me, profecto reviviscent et invenientur, si martyria tua venerentur in me. Ita factum est; hoc videmus. Ecce martyrium Christi, et apud homines et in hoc mundo, non solum non est opprobrium, sed magnum est ornamentum: ecce non solum in conspectu Domini, verum etiam in conspectu hominum iam pretiosa est mors sanctorum eius (Ps 115,15); ecce non solum non contemnuntur, verum etiam magnis honoribus praeferuntur martyres eius. Ecce filius ille iunior qui pro porcis quos pascebat, id est, pro immundis daemonibus quos colebat, particulam suam in paucissimis Christianis praecedentem persequebatur; iam nunc in tam multis et magnis populis gentium martyres, quibus ingerebat opprobrium, religiosissime praedicans, et maximis laudibus quos contemnebat exaltans, mortuus erat et revixit, perierat et inventus est (Lc 15,12-24). Hoc tam magno lucro correctionis, conversionis et redemptionis inimicorum suorum corpus Christi Deo dixit, *Aufer a me opprobrium et contemptum:* et quasi quaereretur de qua re approbrium, de qua re contemptum, subiungit, *Quoniam* martyria *tua exquisivi.*

3 [v.23-24]. ¿En dónde se halla ahora aquel oprobio, en dónde aquel menosprecio? Se alejaron y pasaron; y porque fueron encontrados los que habían perecido, perecieron también el oprobio y el menosprecio. Mas, cuando la Iglesia hacía estas plegarias, los sufría, *pues los príncipes*—dice—*se sentaron y hablaron contra mí.* De aquí que era grave la persecución, puesto que los príncipes la declaraban sentados, es decir, dotados de eminente potestad judiciaria. Aplica esto a la Cabeza, y verás que los príncipes de los judíos se sentaron buscando un motivo para perder a Cristo. Aplícalo a su Cuerpo, es decir, a la Iglesia, y hallarás que los reyes de la tierra discurrieron y decretaron el modo de acabar con los cristianos. Efectivamente, *los príncipes se sentaron y hablaron contra mí; pero tu siervo se ejercitaba en tus justificaciones.* Si deseas conocer cuál fue este ejercicio, atiende a lo que sigue: *Porque mi meditación son tus testimonios, y mi designio tus justificaciones.* Recuerda lo que anteriormente consigné: que los testimonios son los martirios. Acuérdate también que, entre las justificaciones del Señor, ninguna hay más difícil y admirable como amar cada hombre a sus propios enemigos. Con todo, el Cuerpo de Cristo de tal modo se ejercitaba en esto, que meditaba en sus martirios y amaba a los que le perseguían con oprobios y desprecios por sus mismos martirios. Pues no oraba por sí, como ya recordé, sino más bien por ellos al decir: *Aparta de mí el oprobio y el desprecio, pues los príncipes hablaban contra mí; pero tu siervo se ejercitaba en tus justificaciones.* ¿De qué modo? *Siendo mi meditación tus testimonios, tus martirios, tus justificaciones mi*

3 [v.23.24]. Ubi est nunc illud opprobrium? ubi ille contemptus? Abierunt atque transierunt; et quia inventi sunt qui perierant, illa perierunt. Sed quando Ecclesia talia precabatur, illa patiebatur. *Etenim sederunt principes,* inquit, *et adversum me loquebantur.* Inde persecutio gravis erat, quia eam sedentes, hoc est iudiciariis sedibus eminentes, principes decernebant. Refer hoc ad ipsum caput; invenies sedisse principes Iudaeorum, consilium quaerentes quomodo Christum perderent (Mt 26,3). Refer hoc ad corpus eius, id est Ecclesiam; invenies reges terrae excogitasse atque iussisse quomodo Christiani nusquam essent. *Etenim sederunt principes, et adversum me loquebantur: servus autem tuus exercebatur in tuis iustificationibus.* Qualis exercitatio haec fuerit, qui nosse desideras, quod adiunxit intellige: *Nam et testimonia tua meditatio mea est, et consilium meum iustificationes tuae.* Recole quod superius commendavi testimonia esse martyria. Recole in iustificationibus Domini nullam esse difficiliorem et mirabiliorem, quam ut suos quisque diligat inimicos. Sic ergo exercebatur corpus Christi, ut et martyria eius meditaretur, et diligeret eos a quibus opprobrantibus et contemnentibus propter ipsa martyria persecutiones patiebatur. Non enim pro se, sicut iam commendavimus, sed pro ipsis potius orabat dicens, *Aufer a me opprobrium et contemptum. Sederunt* ergo *principes, et adversum me loquebantur: servus autem tuus exercebatur in iustificationibus tuis.* Quonam modo? *Nam et testi-*

designio. Designio que se opone a otro designio. El designio de los príncipes que se sentaron fue perder a los encontrados testigos, a los mártires; el designio de los pacientes mártires fue ganar a los perdidos enemigos. Aquéllos devolvían males por bienes; éstos, bienes por males. ¿Por qué nos admiramos de que aquéllos matando se acabasen y éstos muriendo viviesen? ¿De qué nos admiramos de que los mártires recibiesen con paciencia la muerte temporal al encruelecerse los gentiles, y los gentiles, orando los mártires, pudieron alcanzar la vida eterna, siendo así que el Cuerpo de Cristo se ejercita meditando los martirios y pidiendo bienes para los perversos perseguidores de los mártires?

SERMÓN 10

1 [v.25]. Se prosigue considerando, conforme nos concede el Señor, lo que debemos tratar en este gran salmo. *Se pegó al suelo mi alma; vivifícame según tu palabra.* ¿Qué significa *se pegó al suelo mi alma?* Al añadir y decir: *vivifícame según tu palabra,* expresa por qué pide que sea vivificada su alma: *mi alma se pegó al suelo.* Luego, si pide ser vivificado porque se pegó al suelo su alma, no es de extrañar que quiera se entienda aquí algo malo. Efectivamente, toda esta sentencia viene a decir: Estoy muerto; vivifícame. ¿Qué es el suelo? Si consideramos el mundo como una gran casa, tendremos que el cielo es su techo, y la tierra su suelo. Así, pues, por lo que dijo, pretendió separarse de lo te-

monia tua meditatio mea est, et consilium meum iustificationes tuae. Consilium contra consilium: consilium sedentium principum fuit inventos martyres perdere; consilium patientium martyrum fuit inimicos perditos invenire. Reddebant illi mala pro bonis: isti, bona pro malis. Quid ergo mirum si illi occidendo defecerunt, isti moriendo vicerunt? Quid, inquam, mirum si martyres saevientibus Gentibus temporalem mortem patientissime pertulerunt, et Gentes martyribus orantibus ad aeternam vitam pervenire potuerunt; dum corpus Christi sic exercetur, ut et martyria meditetur, et malis martyrum persecutoribus bona precetur?

SERMO X

1 [v.25]. Sequitur in isto psalmo maiore, quod considerare, et sicut Dominus dederit, pertractare debemus, *Adhaesit pavimento anima mea; vivifica me secundum verbum tuum.* Quid est, *Adhaesit pavimento anima mea?* Nam cum adiungit et dicit, *Vivifica me secundum verbum tuum;* quare se vivificari poscat, utique causam praemisit, dicendo, *Adhaesit pavimento anima mea.* Ergo quia propterea se vivificari petit, quia pavimento adhaesit anima eius; mirum si boni aliquid hinc vult intelligi. Ita quippe se habet tota ista sententia, tanquam diceret: Mortuus sum; vivifica me. Quid est ergo pavimentum? Si tanquam unam quamdam domum magnam universum mundum velimus accipere, videmus velut eius cameram caelum: terra erit igitur pavimentum. Vult itaque terrenis

rreno y decir con el Apóstol: *Nuestro trato está en el cielo.* Por tanto, estar pegado a las cosas terrenas es la muerte del alma; y como remedio efectivo para este mal se pide la vida cuando se dice: *vivifícame.*

2. Pero ha de examinarse si convienen estas palabras al que anteriormente había dicho otras por las que parece se pegó más a Dios que al suelo, puesto que su trato no se hallaba en tierra, sino en el cielo. Porque ¿cómo puede entenderse que se pegó a las cosas terrenas el que poco antes dice: *Tu siervo se ejercitaba en tus justificaciones, porque tus testimonios son mi meditación, y tus justificaciones mi designio?* Estas son, ciertamente, sus palabras antecedentes, a las cuales siguen: *Mi alma se pegó al suelo.* ¿Acaso debemos entender por esto que por mucho que alguno adelante en las justificaciones del Señor, con todo, no ha de carecer de la inclinación de la carne mortal hacia las cosas terrenas, en medio de las cuales la vida humana es una continua tentación sobre la tierra; y que, si adelanta continuamente, revive todos los días de esta muerte, vivificándole Aquel con cuya gracia se renueva nuestro hombre interior de día en día? Cuando el Apóstol decía: *Mientras estamos avecindados en el cuerpo, peregrinamos hacia el Señor,* y deseaba morir y estar con Cristo, tenía pegada su alma al suelo. Por tanto, rectamente puede entenderse por suelo el mismo cuerpo, ya que procede de la tierra; en el cual, por ser aún corruptible y entorpecer al alma, se gime y se dice a Dios: *Mi alma se pegó al suelo; vivifícame según tu palabra.* Con todo, ha de llegar algún tiempo en que estemos con nuestros cuer-

erui, et cum Apostolo dicere, *Conversatio nostra in caelis est* (Phil 3,20). Proinde terrenis adhaerere mors animae est; cui malo contraria poscitur vita, cum dicitur, *Vivifica me.*

2. Sed vivendum est utrum congruant huic verba ista, qui superius talia dixerat, quibus magis Deo videatur adhaesisse quam pavimento, ut conversatio eius non in terrenis, sed in caelestibus haberetur. Quomodo enim potest intelligi terrenis adhaesisse qui dicit: *Servus autem tuus exercebatur in tuis iustificationibus; nam et testimonia tua meditatio mea est, et consilium meum iustificationes tuae?* Haec sunt enim verba eius antecedentia, quorum antecedentium ista sunt consequentia, *Adhaesit pavimento anima mea.* An ex hoc intelligere debemus, quantumlibet quisque proficiat in iustificationibus Domini, habere eum mortalis carnis affectum circa ista terrena, in quibus vita humana tentatio est super terram (Iob 7,1); et ab hac morte si perseveranter proficit, quotidie reviviscere, vivificante illo, cuius gratia homo noster interior renovatur de die in diem? (2 Cor 4,16). Nam et illud Apostolus cum dicebat, *Quamdiu sumus in corpore, peregrinamur a Domino* (ib. 5,6), et concupiscebat dissolvi, et esse cum Christo (Phil 1,23); adhaeserat pavimento anima eius. Unde et corpus ipsum, quia ex terra est, non absurde intelligitur pavimentum; quod adhuc quia corruptibile est et aggravat animam (Sap 9,15), recte in illo congemiscitur et dicitur Deo, *Adhaesit pavi-*

pos siempre con Dios. Pero entonces, como ya no serán corruptibles, si lo consideramos con diligencia, ni agravarán al alma, ni estaremos pegados nosotros a ellos, sino más bien ellos estarán pegados a nosotros, y nosotros a Dios. De aquí que se dice en otro salmo: *Es un bien para mí adherirme a Dios.* Así, pues, los cuerpos vivan por nosotros, estando unidos a nosotros; y nosotros vivamos por Dios, *porque nos es un bien estar unidos a El.* A mí me parece que esta unión, de la que se dice *se pegó al suelo mi alma,* no significa la unión del cuerpo y el alma, aunque algunos la entendieron así; sino más bien el afecto carnal del alma, por el cual la carne codicia contra el espíritu. Si esto es así, sin duda el que dice: *Se pegó al suelo mi alma; vivifícame según tu palabra,* no pide ser libertado del cuerpo de esta muerte por la muerte del cuerpo, lo cual tendrá lugar el último día de esta vida, que, por ser breve, no puede estar muy distante, sino que disminuya cuanto sea posible la codicia por la que se codicia contra el espíritu y aumente cada vez más la codicia que codicia contra la carne, hasta que aquélla queda aniquilada en nosotros y ésta se perfeccione por el Espíritu Santo, que nos ha sido dado.

3 [v.26]. No dijo, y con razón: *Vivifícame* según mi mérito, sino *según tu palabra.* Y esto, ¿qué es sino "según tu promesa"? Quiere ser hijo de la promesa, no de la soberbia, para que por la gracia sea firme la promesa a toda la descendencia. Pues ésta es la palabra de promisión: *En Isaac te será bendecido el linaje.*

mento anima mea, vivifica me secundum verbum tuum. Neque enim non cum corporibus nostris semper cum Domino erimus (1 Thess 4, 12-16); sed tunc quia non erunt corruptibilia nec animas aggravabunt, si diligenter consideremus, non eis nos, sed ipsa nobis potius adhaerebunt, nos autem Deo. Unde alterius psalmi verba illa sunt, *Mihi autem adhaerere Deo bonum est* (Ps 72,28): ut vivant corpora ex nobis, adhaerendo nobis; nos autem vivamus ex Deo, quia nobis *adhaerere Deo bonum est.* Adhaesio quippe ista de qua dictum est, *Adhaesit pavimento anima mea,* non coniunctionem carnis et animae, quamvis et ipsam quidam intellexerint; sed carnalem magis animae affectum, quo caro concupiscit adversus spiritum (Gal 5,17), significare mihi videtur. Quod si recte accipitur, profecto qui dicit, *Adhaesit pavimento anima mea, vivifica me secundum verbum tuum,* non id orat, ut de corpore mortis huius, morte ipsius corporis interveniente solvatur; quod dies ultimus vitae huius, qui propter eius brevitatem non potest esse diuturnus, quandoque facturus est: sed ut concupiscentia qua concupiscitur adversus spiritum, magis magisque minuatur, et concupiscentia qua concupiscitur adversus carnem, magis ac magis augeatur; donec ista consumatur in nobis, et illa consummetur per Spiritum sanctum qui datus est nobis.

3 [v.26]. Bene autem non ait, *Vivifica me* secundum meritum meum; sed ait, *secundum verbum tuum:* quod quid est aliud, nisi, secundum promissum tuum? Filius promissionis vult esse, non filius elationis; ut secundum gratiam firma sit promissio omni semini. Hoc est enim verbum promissionis: *In Isaac vocabitur tibi semen: hoc est, Non qui filii car-*

Esto es, no son los hijos de la carne hijos de Dios, sino que los hijos de la promesa son los contados por descendencia. Así, pues, confiesa lo que él era por sí mismo en lo que sigue: *Te manifesté "mis" caminos, y me oíste.* Muchos códices escriben "*tus*" *caminos;* pero otros muchos, y principalmente los griegos, "*mis*" *caminos,* es decir, los malos. A mí me parece que dice: "Confesé mis pecados, y me oíste", es decir, y me los perdonaste. *Enséñame tus justificaciones.* Confesé mis caminos; los destruiste; enséñame los tuyos. Enséñame de suerte que obre, no que aprenda únicamente lo que debo hacer. Así como se dijo del Señor que *no conocía el pecado,* y se entendía que no lo había cometido, así ha de decirse que conoce verdaderamente la justicia aquel que la practica. Esta es oración del que aprovecha. Porque, si ciertamente en modo alguno la hubiese practicado, sin duda no diría lo anterior: *Tu siervo se ejercitaba en tus justificaciones.* Luego no quiere aprender del Señor las justificaciones en las cuales se ejercitaba, sino que desea, aprovechando y creciendo, pasar de éstas a otras.

4 [v.27-28]. A continuación añade y dice: *Insinúame el camino de tus justicias;* o como no pocos códices escriben: *Instrúyeme;* lo cual, traducido del griego, se dice con más precisión: *Hazme entender. Y me ejercitaré en tus maravillas.* Llama maravillas de Dios a las justificaciones más grandes que anhela aprender aprovechando. Hay justificaciones de Dios tan maravillosas, que quienes no las experimentan piensan que no puede llegar a ellas la flaqueza humana. De aquí que éste, trabajando y fatigado en cierto modo por esta dificultad, añade: *Mi alma se adormeció*

nis, hi filii Dei, sed filii promissionis deputantur in semine (Rom 9,7.8). Nam quid erat ipse per seipsum, in eo quod sequitur, confitetur: *Vias meas enuntiavi, et exaudisti me.* Nonnulli quidem codices habent, *vias tuas;* sed plures, et maxime graecis, *vias meas,* hoc est, malas. Nam hoc mihi videtur dicere, Peccata mea confessus sum, et exaudisti me, hoc est, ut dimitteres ea. *Doce me iustificationes tuas.* Confessus sum vias meas, delesti eas; doce me tuas. Sic doce me, ut agam; non ut tantummodo sciam quid agere debeam. Sicut enim dictum est de Domino quod *non noverat peccatum* (2 Cor 5,21), et intelligitur, non fecerat; sic et iustitiam ille vere dicendus est nosse, qui facit. Proficientis haec oratio est. Nam utique si omnino non faceret, profecto illa superiora non diceret: *Servus autem tuus exercebatur in tuis iustificationibus.* Non ergo in quibus exercebatur, has vult a Domino discere; sed ab istis ad alias proficiendo, velut crescendo, desiderat pervenire.

4 [v.27.28]. Denique adiungit et dicit, *Viam iustificationum tuarum insinua mihi;* vel, sicut nonnulli codices habent, *instrue me:* quod expressius de graeco dicitur, *fac me intelligere. Et exercebor in mirabilibus tuis.* Ipsas iustificationes ampliores, quas proficiendo cupit apprehendere, mirabilia Dei vocat. Sunt ergo quaedam Dei iustificationes ita mirabiles, ut humana infirmitas ab eis qui experti non sunt, non ad eas posse pervenire credatur. Unde laborans iste, et earum difficultate quodam modo fatigatus, adiungit: *Dormitavit anima mea prae taedio; con-*

por el hastío; fortifícame con tus palabras. ¿Qué quiere decir *se adormeció?* Se entibió en la esperanza, por la que creía que las había de conseguir. Pero *fortifícame*—dice—*con tus palabras* para que no pierda, adormitándome, aquellas que percibo haber adquirido. Fortifícame con tus palabras en las que ya tengo y practico para que pueda, aprovechando, pasar de éstas a otras.

5 [v.29] ¿Y qué es lo que en el camino de las justificaciones de Dios entorpece progresar, de tal modo que el hombre pueda llegar a otras maravillas? ¿Qué ha de ser sino lo que pide en el siguiente versillo que le sea apartado de él, diciendo: *Aparta de mí el camino de la iniquidad?* Y como *la ley* de los hechos *se introdujo, de suerte que abundó el delito,* prosigue y dice: *Por tu ley compadécete de mí.* ¿Por qué ley? Por la ley de la fe. Oye al Apóstol: *¿En dónde está, pues, el gloriarse? Excluido ha sido. ¿Por qué ley? ¿Por la de las obras? No por cierto, sino por la de la fe.* La ley de la fe es aquella por la que pedimos y creemos que nos ha de ser dado por la gracia que hagamos lo que no podemos ejecutar por nosotros; no suceda que, desconociendo la justicia de Dios, queriendo establecer la nuestra, no nos sometamos a la justicia de Dios. De este modo, en la ley de los hechos se halla la justicia de Dios, que manda; y en la ley de la fe, la misericordia de Dios, que socorre.

6 [v.30-32]. Después de haber dicho: *Y por tu ley compadécete de mí,* determina o señala en cierta manera, si así puede decirse, los beneficios que ya consiguió, a fin de impetrar otros que aún no ha conseguido, pues dice: *Elegí el camino de la verdad.*

firma me in verbis tuis. Quid est, *dormitavit,* nisi ab spe refriguit qua eas se apprehensuram esse crediderat? Sed, *confirma me,* inquit, *in verbis tuis,* ne ab eis quoque ad quae pervenisse me iam sentio, decidam dormitando: confirma itaque me in eis verbis tuis quae iam teneo, quae iam facio, ut ex eis ad alia possim proficiendo pertendere.

5 [v.29]. Et quid impedit in via iustificationum Dei sic ambulare, ut homo facile possit ad illa etiam mirabilia pervenire? Quid putamus, nisi quod a se amoveri in consequentibus rogat dicens: *Viam iniquitatis amove a me?* Et quia *lex* factorum *subintravit, ut abundaret delictum* (Rom 5,20); sequitur, et dicit, *Et lege tua miserere mei.* Qua lege, nisi lege fidei? Audi Apostolum: *Ubi est ergo gloriatio tua? Exclusa est. Per quam legem? factorum? Non; sed per legem fidei* (ib. 3,27). Haec est lex fidei, qua credimus et oramus per gratiam nobis donari, ut faciamus quod per nosmetipsos implere non possumus; ne ignorantes Dei iustitiam, et nostram volentes constituere, iustitiae Dei non simus subiecti (ib. 10,3). In lege itaque factorum est Dei iubentis iustitia; in lege autem fidei, subvenientis misericordia.

6 [v.30.32]. Cum autem dixisset, *Et lege tua miserere mei;* de beneficiis eius quae iam consecutus est, quodammodo, si dici potest, praescribit, ut impetret caetera quae nondum est consecutus. Ait enim: *Viam veritatis elegi: iudicia tua non sum oblitus. Adhaesi testimoniis tuis;*

No me olvidé de tus juicios. Me uní a tus testimonios, Señor; no me confundas. Es decir, *elegí el camino de la verdad* en donde correr; *no me olvidé de tus juicios* para correr; *me uní a tus testimonios* para que siga por donde corro y llegue a donde intento, *porque no depende esto del que quiere ni del que corre, sino de Dios, que se compadece.* Después prosigue, diciendo: *Corrí el camino de tus mandamientos al ensanchar tú mi corazón.* No hubiera corrido si no hubieses dilatado tú mi corazón. Sin duda, en este versillo expone la razón de haber dicho: *Elegí el camino de la verdad; no me olvidé de tus juicios; me uní a tus testimonios.* Este camino es el de los mandamientos de Dios. Pero como más bien expone al Señor sus beneficios que sus propios méritos, como si se le preguntase: "¿Cómo corriste el camino? ¿Eligiendo, no olvidando los juicios de Dios, y uniéndote a sus testimonios? ¿Acaso pudiste hacer por tí mismo estas cosas? Responde: "No". Entonces ¿cómo? *Corrí*—dice—*el camino de tus mandamientos cuando dilataste mi corazón.* Es decir, no lo hice por mi propio querer, como si no necesitase de ningún auxilio tuyo, sino que lo ejecuté *cuando ensanchaste mi corazón.* El ensanchamiento del corazón es el deleite de la justicia; y éste es un don que Dios nos concede para que no nos encojamos en sus preceptos por el temor de la pena, sino que nos ensanchemos con el amor y la complacencia de la justicia. Este ensanchamiento de él nos lo promete cuando dice: *Habitaré en ellos y andaré en medio de ellos.* ¡Qué ancho es el lugar en donde Dios pasea! En esta anchura se difunde la caridad en nuestros corazones por el Espíritu Santo, que nos ha sido dado. De aquí que se dijo: *Corran*

Domine, noli me confundere. Viam veritatis elegi, ubi currerem: *iudicia tua non sum oblitus,* ut currerem. *Adhaesi testimoniis tuis,* cum currerem: *Domine, noli me confundere;* quo curro pertendam, quo tendo perveniam. Non enim volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei (ib. 9,16). Denique sequitur: *Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum.* Non currerem, nisi dilatasses cor meum. Prorsus isto versu exponitur quemadmodum dictum sit, *Viam veritatis elegi, iudicia tua non sum oblitus, adhaesi testimoniis tuis.* Cursus est quippe iste viae mandatorum Dei. Et quia potius eius beneficia quam sua merita Domino allegat; tanquam diceretur ei, Quomodo istam viam cucurristi, eligendo, et Dei iudicia non obliviscendo, et eius testimoniis adhaerendo, an per teipsum ista potuisti? Non, ait. Quid ergo? *Viam mandatorum tuorum,* inquit, *cucurri cum dilatasti cor meum.* Non ergo per proprium, et quasi nillius tuae opis indigum arbitrium meum; sed *cum dilatasti cor meum.* Cordis dilatatio, iustitiae est delectatio. Haec munus est Dei, ut in praeceptis eius non timore poenae angustemur, sed dilectione, et delectatione iustitiae dilatemur. Hanc enim nobis promittit latitudinem eius dicens: *Habitabo in eis, et deambulabo* (2 Cor 6,16). Quam enim latum est ubi deambulat Deus! in hac latitudine diffunditur charitas in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis (Rom 5,5). Unde etiam

tus aguas por tus plazas. La palabra latina *platea,* plaza, se deriva del griego *plati,* que significa anchura. Estas son las aguas de las que el Señor exclama: *El que tenga sed, que venga a mí. El que cree en mí, ríos de agua viva manarán de su vientre.* Declarando esta sentencia el evangelista, dice: *Y esto lo decía del Espíritu, que habían de recibir los que habían de creer en El.* Muchas cosas se pudieran decir sobre esta anchura del corazón, pero se opone a ello la extensión de este sermón.

SERMÓN 11

1 [v.33]. Prosigue en este gran salmo lo que, ayudándonos Dios, hemos de considerar y de tratar. *Ponme por ley, ¡oh Señor!, el camino de tus justificaciones, y siempre lo buscaré.* El Apóstol dice: *La ley no se estableció para el justo, sino para los inicuos e insubordinados* y para los demás de los que allí habla, y concluye diciendo: *Y para cualquier otra persona que se oponga a la sana doctrina, y que es según el Evangelio de la gloria del bienaventurado Dios, que a mí me fue confiado.* ¿Por ventura este que dice: *Ponme la ley, ¡oh Señor!,* era como aquellos para quienes dice el apóstol San Pablo que fue establecida la ley? No hay tal cosa. Si así fuese, anteriormente no hubiera dicho: *Corrí el camino de tus mandamientos cuando ensanchaste mi corazón.* ¿Qué es lo que pide cuando pide al Señor que le ponga ley, si no se pone al justo, como dice San Pablo? ¿O es que no se pone al justo del modo que se pone al pueblo contumaz, en tablas de piedra,

dictum est, *Et in plateis tuis discurrant aquae tuae* (Prov 5,16): platea quippe de verbo graeco a latitudine nomen accepit; quoniam graece πλατὺ dicitur latum. Hae sunt aquae de quibus Dominus clamat. *Qui sitit veniat ad me. Qui credit in me, flumina aquae vivae fluent de ventre eius:* et exponens Evangelista quid dixerit, *Hoc autem,* inquit, *dicebat de Spiritu quem accepturi erant qui credituri erant in eum* (Io 7,37-39). Multa dici possent de ista cordis latitudine, sed huius sermonis iam contradicitur longitudini.

SERMO XI

1 [v.33]. In psalmo isto magno sequitur quod nobis, adiuvante Domino, considerandum atque tractandum est: *Legem pone mihi, Domine, viam iustificationum tuarum, et exquiram eam semper.* Apostolus dicit, *Iusto lex non est posita, iniustis autem et non subditis,* et caetera, quae ibi concludens ait, *Etsi quid aliud sanae doctrinae adversatur, quae est secundum Evangelium gloriae beati Dei, quod creditum est mihi* (1 Tim 1,9-11). Numquid ergo talis erat iste qui dicit, *Legem pone mihi, Domine,* qualibus beatus Paulus dicit positam legem? Absit. Si enim talis esset, non superius dixisset, *Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum.* Quid est ergo quod orat ut sibi lex a Domino ponatur, si non ponitur iusto? An eo modo non ponitur iusto, quomodo

sino en tablas de corazón de carne? Es decir, no conforme al Viejo Testamente del monte Sinaí, que engendra para servidumbre, sino conforme al Nuevo, del cual se escribió por Jeremías profeta: *He aquí que vendrán días, dice el Señor, y haré nueva alianza con la casa de Israel y con la casa de Judá, no según el Testamento que establecí con sus padres en el día que les tomé de la mano para sacarlos de la tierra de Egipto; porque ellos no permanecieron en mi Testamento, yo no me preocupé de ellos. dice el Señor. Este es, pues, el Testamento que estableceré con la casa de Israel: después de aquellos días pondré, dice el Señor, mis leyes en sus mentes y las escribiré en sus corazones.* He aquí cómo quiere éste que el Señor le ponga la ley; no en tablas de piedra como se puso a los inicuos y rebeldes, que pertenecen al Viejo Testamento, sino como se escribe en los corazones y se graba por el Espíritu Santo, dedo del Altísimo, en la mente de los hijos santos de la libre, esto es, de la Jerusalén excelsa, de los hijos de la promesa, de los hijos de la heredad eterna. Mas no para que la tengan en la memoria y la descuiden en la vida, sino para que la conozcan entendiendo y la practiquen amando en la anchura del amor, no en la angostura del temor. Puesto que quien obra por temor y no por amor a la justicia, sin duda obra por la fuerza; y el que obra por la fuerza, si pudiera suceder, preferiría no ser mandado; y, por lo mismo, al no querer la ley, no es amigo de la ley, sino mas bien enemigo de ella; y por tanto, no se purifica por la obra, porque es impuro en el querer. El que es así no puede

posita est populo contumaci, in tabulis lapideis (Ex 31,18), non in tabulis cordis carnalibus (2 Cor 3,3); secundum testamentum vetus ex monte Sina, quod in servitutem generat (Gal 4,24), non secundum testamentum novum, de quo scriptum est per Ieremiam prophetam, *Ecce dies veniunt, dicit Dominus, et consummabo domui Israel et domui Iuda testamentum novum, non secundum testamentum quod disposui patribus eorum in die qua apprehendi manum eorum, ut educerem eos de terra Aegypti: quoniam ipsi non permanserunt in Testamento meo; et ego neglexi eos, dicit Dominus. Quoniam hoc est testamentum quod constituam domui Israel: Post dies illos, dicit Dominus, dabo leges meas in mentibus eorum, et in cordibus eorum scribam eas?* (Ier 31,31.33). Ecce quomodo vult iste legem sibi poni a Domino; non sicut iniustis et non subditis, ad vetus testamentum pertinentibus posita est, in tabulis lapideis; sed sicut sanctis filiis liberae, hoc est supernae Ierusalem, filiis promissionis, filiis haereditatis aeternae, sancto Spiritu tanquam digito Dei in mente datur, et in cordibus scribitur: non quam memoria teneant, et vita negligant; sed quam sciant intelligendo, faciant diligendo, in latitudine amoris, non in timoris angustiis. Nam qui timore poenae, non amore iustitiae opus legis facit, profecto invitus facit. Quod autem invitus facit, si posset fieri, mallet utique non iuberi: ac per hoc legis, quam vellet non esse, non est amicus, sed potius inimicus; nec mundatur opere, qui immundus est voluntate. Talis non potest dicere quod iste dixit in superioribus versi-

decir lo que dijo éste en los versillos anteriores: *Corrí el camino de tus mandamientos cuando ensanchaste mi corazón,* porque aquel ensanchamiento designa la caridad, la cual, según el Apóstol, es la plenitud de la ley.

2. Luego ¿por qué pide aún éste que le sea establecida la ley, siendo así que, si no se le hubiere establecido, no hubiera corrido el camino de Dios con la amplitud del corazón? Como habla aprovechando y conoce que debe a la gracia de Dios el que aproveche, por lo mismo, cuando pide que se le imponga la ley, pide únicamente aprovechar más y más en ella. Esto sucede a la manera que si, teniendo un vaso lleno de agua, se lo alargas al sediento, y, al comenzar a dársela, va bebiendo y, al mismo tiempo, deseando, pide. Pero la ley que se pone en tablas de piedra a los inicuos y rebeldes constituye reos de prevaricación, no hijos de promisión. También es reo aquel que se acuerda de ella y no la ama, porque su memoria le viene a ser piedra escrita que le oprime y no le realza, carga pesada y no título de honor. Pero el justo llamó a la ley camino de las justificaciones de Dios, y no es distinto este camino del camino de los mandamientos del Señor, el cual ya dijo que corrió cuando se dilató su corazón. Luego corrió y corre hasta tanto que llegue a la palma de la suprema vocación de Dios. En fin, habiendo dicho: *Ponme por ley ¡oh Señor!, el camino de tus justificaciones,* añade: *y le buscaré siempre.* ¿Por qué busca lo que tiene? Porque lo tiene practicando y lo busca adelantando.

3. ¿Qué significa *siempre?* ¿Acaso no tendrá fin este buscar;

bus, *Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum;* quia illa dilatatio charitatem significat, quae secundum Apostolum legis est plenitudo (Rom 13,10).

2. Cur ergo iste adhuc poscit sibi legem poni; quae utique si non ei posita fuisset, non viam mandatorum Dei in cordis latitudine cucurrisset? Sed quia proficiens loquitur, et Dei donum novit esse quod proficit; quid aliud petit, cum sibi legem poni petit, nisi ut in ea magis magisque proficiat. Quemadmodum si poculum plenum teneas, et sitienti dare incipias; et haurit bibendo, et poscit desiderando. Quibus autem iniustis et non subditis lex in lapideis tabulis ponitur, praevaricationis reos, non promissionis efficit filios. Sed et ille qui eius meminit, nec eam diligit, eo modo reus est; quia memoria eius lapis illi est quodammodo scriptus, non quo adornetur, sed quo prematur; pondus oneris, non titulus honoris. Hanc autem legem iste viam iustificationum Dei vocavit; nec alia via est mandatorum eius, quam se cucurrisse iam dixerat, cum dilatatum est cor eius. Ergo et cucurrit, et currit, donec perveniat ad palmam supernae vocationis Dei. Denique cum dixisset, *Legem pone mihi, Domine, viam iustificationum tuarum;* addidit, *et exquiram eam semper.* Quid enim exquirit quod habet, nisi quia et habet agendo, et exquirit proficiendo?

3. Sed quid est, *semper?* Utrum exquirendi non erit finis; sicut dic-

y, por tanto, se consignó, como se dijo, *siempre estará en mi boca su alabanza,* ya que no tendrá fin el alabar, puesto que no dejaremos de alabar a Dios cuando lleguemos a su reino eterno, pues leemos: *Bienaventurados los que habitan en tu casa; por los siglos de los siglos te alabarán?* ¿O se dijo *siempre* refiriendo esta palabra al tiempo en que vivimos en el mundo, porque en él sólo se progresa, y, después de esta vida, el que aquí progresaba en el bien, allí concluye de progresar? Así como se dice de ciertas mujeres: *Siempre aprendiendo;* pero mal, porque a continuación añade el Apóstol: *y jamás llegando al conocimiento de la verdad.* Pero el que en este mundo siempre aprovecha mejorando, viene a parar, aprovechando, al sitio en el que ya no aprovecha, porque, perfecto, descansa sin fin. Tampoco se dijo de aquellas mujeres *siempre aprendiendo* de suerte que prosigan después de la muerte aprendiendo cosas vanas e inútiles, puesto que a tales doctrinas no suceden estudios, sino eternos suplicios. Luego aquí se busca la ley de Dios mientras se adelanta en ella, ya sea conociendo o amando, y allí sólo permanece su plenitud para ser gozada, no para ser buscada. En el mismo sentido se dijo: *Buscad siempre mi rostro.* ¿En dónde siempre? Aquí. Allí no buscaremos el rostro de Dios, ya que le veremos cara a cara. Pero, si rectamente se dice que se busca lo que se ama sin repugnancia, y esto hace que no se pierda, siempre y sin fin buscaremos el rostro de Dios, es decir, su verdad, porque en este mismo salmo se dice: *Y tu ley es la verdad.* Ahora se busca para tenerla; entonces se tendrá para no perderla, al modo que del Espíritu de Dios se dice que todo lo

tum est, *Semper laus eius in ore meo* (Ps 33,2); quia laudandi non erit finis: neque enim Deum non laudabimus, cum ad eius regnum pervenerimus aeternum, cum legamus, *Beati qui habitant in domo tua, in saecula saeculorum laudabunt te?* (Ps 83,5). An, *semper,* dictum est, quamdiu hic vivitur, quia tamdiu proficitur; post hanc autem vitam qui bene hic proficiebat, ibi perficitur? Sicut de quibusdam feminis dictum est, *semper discentes:* sed illae male, quia secutus adiunxit, *Et ad veritatis scientiam nunquam pervenientes* (2 Tim 3,7). Qui vero in melius semper hic proficit, quo proficiendo nititur, pervenit, ubi iam non proficiat, quia perfectus sine fine consistit. Nec de illis tamen ita dictum est, *semper discentes,* ut et post mortem discere perseverent vana et infructuosa; cum talibus doctrinis successerint non studia, sed supplicia sempiterna. Hic ergo exquiritur Dei lex, quamdiu in ea proficitur, et sciendo et diligendo; ibi autem plenitudo eius manet ad fruendum, non remanet ad quaerendum. Sic etiam illud dictum est, *Quaerite faciem eius semper* (Ps 104,4). Ubi *semper,* nisi hic? Non enim et ibi quaeremus Dei faciem, ubi videbimus facie ad faciem (1 Cor 13,12). Aut si recte dicitur exquiri quod sine fastidio diligitur, et id agitur ne amittatur; semper omnino sine fine quaeremus legem Dei, hoc est veritatem Dei: in hoc quippe ipso dicitur psalmo, *Et lex tua veritas.* Quaeritur nunc, ut teneatur; tunc tenebitur, ne derelinquatur: sicut de Spiritu Dei dictum est quod

escudriña, aun las profundidades de Dios; mas no ciertamente para saber lo que ignora, sino porque nada hay que no sepa.

4 [v.34]. El que ya conocía la ley en cuanto a la letra, nos recomienda de modo especial la gracia de Dios cuando pide al Señor que le ponga la ley. Pero como la letra mata y el espíritu vivifica, ruega para hacer, mediante el espíritu, lo que sabía debido a la letra, no sucediese que por el conocimiento del mandato no observado incurriese en el crimen de prevaricación. Pero como nadie, a no ser que Dios lo dé a entender, comprende el sentido de la ley como debe ser entendido, es decir, que se entienda lo que quiere decir, a saber, por qué fue impuesta a los que no la habían de observar, y la utilidad que lleva consigo *el haber entrado la ley para que abundase el delito,* por eso añade éste y dice: *Dame entendimiento y escudriñaré tu ley y la guardaré con todo mi corazón,* porque, cuando alguno hubiese escudriñado la ley y hubiere llegado a lo más elevado de ella, en lo que radica toda ley, sin duda debe amar a Dios con todo el corazón, con toda el alma y con toda la mente, y al prójimo como a sí mismo. Pues en estos dos preceptos se compendia toda ley y los profetas. Esto parece haber prometido cuando dijo: *Y la guardaré con todo mi corazón.*

5 [v.35]. Pero como el hombre es incapaz por sus propias fuerzas de ejecutar lo que se manda a no ser que el mismo que manda le ayude, dice: *Guíame por la senda de tus mandamientos, porque la quise.* De nada sirve mi voluntad si tú no me guías

omnia scrutetur, etiam altitudines Dei (ib. 2,10); non utique ut quod nescit inveniat, sed quia nihil relinquat omnino quod nesciat.

4 [v.34]. Gratia itaque Dei nobis praecipue commendatur, quando sibi legem poni poscit a Domino, qui utique iam legem secundum litteram noverat. Sed quia littera occidit, spiritus autem vivificat (2 Cor 3,6); orat ut per Spiritum faciat quod per litteram sciebat; ne per scientiam mandati non observati etiam praevaricationis ei crimen accedat. Quanquam etiam ut sciatur lex quomodo scienda est, id est, ut intelligatur quid sibi velit, quare sit eis posita qui eam non erant servaturi, quid habeat utilitatis etiam hoc ipsum quod *lex subintravit, ut abundaret delictum* (Rom 5,20), nemo comprehendit, nisi a Domino acceperit intellectum: unde iste adiungit et dicit, *Da mihi intellectum, et scrutabor legem tuam, et custodiam illam in toto corde meo.* Cum enim quisque legem scrutatus fuerit, et ad eius alta pervenerit, in quibus tota pendet; profecto debet Deum diligere ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente; et proximum suum tanquam seipsum. In his enim duobus praeceptis tota Lex pendet et Prophetae (Mt 22,37-40). Hoc videtur promisisse, cum dixit, *Et custodiam illam in toto corde meo.*

5 [v.35]. Sed quia et hoc minus valet viribus propriis, nisi adiuvetur ab illo qui iubet, ut faciat quod iubet, *Deduc me,* inquit, *in semita mandatorum tuorum, quia ipsam volui.* Parum est mihi voluntas mea, nisi in eo quod volui, me ipse deducas. Et certe ipsa est semita; hoc est

en lo que quiero. Ciertamente, esta senda es el camino de los mandamientos de Dios, que ya dijo haber recorrido *cuando Dios le dilató su corazón.* Y la llama senda porque es estrecho el camino que conduce a la vida; y, siendo angosto, no se corre por él si no es teniendo el corazón dilatado.

6 [v.36]. Pero como aún aprovecha, aún corre, y, por lo mismo, busca el auxilio divino, por el que sea guiado, porque *esto no depende del que quiere ni del que corre, sino de Dios, que se apiada;* y, en fin, como Dios obra en nosotros el mismo querer, ya que el Señor prepara en nosotros la voluntad, prosigue y dice: *Inclina mi corazón a tus testimonios y no a la avaricia.* ¿Qué significa tener el corazón inclinado hacia algo? Quererlo. Luego lo quiso y ruega para quererlo. Lo quiso al decir: *Guíame por la senda de tus mandamientos, porque la quise.* Ruega para quererlo cuando dice: *Inclina mi corazón a tus testimonios y no a la avaricia.* Pide, pues, aprovechar en el querer. ¿Cuáles son los testimonios de Dios sino aquellos con los que Dios a sí mismo se testifica? Los testimonios prueban; por eso las testificaciones de Dios y los mandamientos de Dios se prueban por sus testimonios. Todo lo que Dios quiere hacernos creer, nos lo confirma por sus testimonios. Hacia éstos pide ser inclinado, y no a la avaricia. Dios procura con sus testimonios que le sirvamos gratuitamente; a esto se opone la avaricia, raíz de todos los males. La palabra griega empleada aquí, *pleonesia,* puede significar la avaricia general, por la que cualquiera apetece más de lo justo, pues *pleon* se traduce al latín por *plus,* más, y *esis* por *habitus,* tenido, derivado del verbo *habere,* tener. Luego la palabra *pleo-*

via mandatorum Dei, quam se, dilatato ab illo corde suo, cucurrisse iam dixerat. Quam propterea etiam semitam vocat, quia angusta est via quae ducit ad vitam (ib. 7,14); et cum sit angusta, nisi dilatato corde non curritur.

6 [v.36]. Sed quoniam adhuc proficit, adhuc currit; et ideo divinum auxilium quo deducatur inquirit, quia neque volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei (Rom 9,16): denique quia et ipsum velle Deus operatur in nobis (Phil 2,13), praeparatur enim voluntas a Domino; sequitur et dicit, *Inclina cor meum in testimonia tua, et non in avaritiam.* Quid est inclinatum cor ad aliquid habere, nisi hoc velle? Et voluit ergo, et orat ut velit. Voluit, cum dicit, *Deduc me in semita mandatorum tuorum, quia ipsam volui:* orat autem ut velit, cum dicit, *Inclina cor meum in testimonia tua, et non in avaritiam.* Hoc itaque orat, ut in ipsa voluntate proficiat. Quae sunt autem Dei testimonia, nisi quibus sibi ipse attestatur? Testimoniis enim aliquid probatur; ac per hoc iustificationes Dei et mandata Dei tesmoniis Dei probantur; et quidquid nobis persuadere vult Deus, suis testimoniis persuadet: in quae iste petit inclinari cor suum, et non in avaritiam. Testimoniis quippe suis agit nobiscum Deus, ut eum gratis colamus; quod impedit avaritia radix omnium malorum. Tali verbo graeco hic appellat, a quo possit intelligi generalis

nesia, avaricia, se deriva del concepto *plus habendo,* de tener más, que algunos traductores latinos la vertieron por *emolumentum,* emolumento, y otros por *utilitatem,* utilidad; pero se traduce mejor por *avaritiam,* avaricia. El Apóstol dice: *La raíz de todos los males es la avaricia.* Pero en el texto griego, del que se trasladaron al latín estas palabras, no se lee en el Apóstol *pleonesia,* avaricia, como en este salmo, sino *filargiria,* que significa amor al dinero. Con todo, ha de entenderse que el Apóstol por esta palabra designó el género por la especie; es decir, por el amor del dinero entendió la universal y general avaricia, la cual ciertamente es la raíz de todos los males, porque los primeros hombres no hubieran sido engañados y vencidos por la serpiente si no hubieran querido tener más de lo que recibieron y ser más de lo que eran, ya que la serpiente les prometió: *Seréis como dioses.* Luego por esta *pleonesia,* avaricia, cayeron. Quisieron, pues, tener más de lo que recibieron, y perdieron lo que recibieron. Huellas de esta verdad se hallan por todas las partes en el derecho forense, pues en él se establece que, pidiéndose más de la cuenta, se pierde el pleito; es decir, que aquel que pidiese más de lo que se le debe, pierda también lo que se le debía. Deje de cercarnos toda avaricia si queremos servir a Dios sin interés. A esto incitaba el demonio al santo Job en la lucha de la tentación cuando decía de él: *¿Por ventura sirve Job gratuitamente a Dios?* El diablo pensaba que el justo varón tenía en el servicio de Dios inclinado su corazón a la avaricia y que por motivo de

avaritia, qua plus appetit quisque quam sat est: πλέον enim latine plus est: ἕξις habitus est, ab eo quod est habere. Ergo a plus habendo appellata est πλεονεξία, quam latini interpretes in hoc loco nonnulli interpretati sunt *emolumentum,* quidam vero *utilitatem;* sed melius qui *avaritiam.* Dicit autem Apostolus: *Radix enim omnium malorum avaritia est* (1 Tim 6,10). Sed in graeco, unde in nostram linguam verba ipsa translata sunt, non legitur apud Apostolum πλεονεξία, quod in loco isto psalmi huius; sed φιλαργυρία, quo verbo significatur amor pecuniae. Verum Apostolus intelligendus est isto nomine genus significasse per speciem, id est, per amorem pecuniae universalem generalemque avaritiam, quae vere radix est malorum omnium. Nam ipsi primi homines per serpentem decepti et deiecti non fuissent, nisi plus quam acceperant habere, et plus quam facti fuerant esse voluissent. Hoc quippe ille promiserat dicens: *Eritis sicut dii* (Gen 3,5). Ergo ista πλεονεξία subversi sunt. Plus enim volentes habere quam acceperant, et quod acceperant amiserunt. Cuius vestigium veritatis quae ubique dispersa est, et in forensi iure deprehensum est, quo institutum est ut plus petendo causa cadat: id est, ut qui plus petierit quam ei debetur, et quod ei debebatur amittat. Omnis autem a nobis circumciditur avaritia, si gratis colatur Deus. Ad quod sanctum Iob in agone tentationis ipse provocat inimicus, cum de illo dicit: *Numquid gratis colit Iob Deum?* (Iob 1,9). Putabat enim Diabolus quod in Deo colendo vir iustus cor inclinatum haberet in avaritiam, et causa emolumenti vel utilitatis rerum temporalium qui-

la remuneración y de la utilidad de los bienes temporales, con los que Dios le había enriquecido, le servía como mercenario por este estipendio; pero se vio con qué desinterés servía a Dios al ser tentado. Si no tenemos inclinado el corazón a la avaricia, serviremos a Dios por Dios, y la paga de este servicio es El. Amemos a Dios en sí mismo, le amemos en nosotros, amémosle en nuestros prójimos, a los que amamos como a nosotros o porque ya le posean o para que le posean. Pero porque El nos lo da le decimos: *Inclina mi corazón a tus testimonios y no a la avaricia.* Lo que sigue se tratará en otro sermón.

SERMÓN 12

1 [v.37]. Prosigue el salmo del que emprendimos su exposición y dice: *Aparta mis ojos para que no vean la vanidad; vivifícame en tu camino.* La verdad y la vanidad difieren entre sí por oposición. La codicia de este mundo es vanidad; pero Cristo, que nos libra de este mundo, es verdad. El es también camino, en el que pretende éste ser vivificado, porque también es vida, pues El mismo dice: *Yo soy el camino, la verdad y la vida.* Pero ¿qué quiere decir: *Aparta mis ojos para que no vean la vanidad?* ¿Por ventura, mientras estamos en este mundo, podemos dejar de ver la vanidad? *Toda criatura,* la cual se entiende hallarse comprendida en el hombre, *está sujeta a la vanidad* y *todas las cosas son vanidad. ¿Qué otra riqueza es la del hombre que trabaja con todo su esfuerzo debajo del sol?* ¿Quizás pide éste que no esté su vida debajo del sol, en donde todo es vanidad, sino en Aquel en quien desea ser vivificado? Pues El subió no sólo más

bus eum ditaverat Dominus, velut mercenarius ei pro tali mercede serviret: sed quam gratis Deum coleret, tentatus apparuit. Si ergo cor non habeamus inclinatum in avaritiam, Deum non colimus nisi propter Deum, ut sui cultus ipse sit merces. Ipsum diligamus in se ipso, ipsum diligamus in nobis, ipsum in proximis nostris quos diligimus sicut nosmetipsos, sive habeant eum, sive ut habeant eum. Quod nobis quoniam ipso donante confertur, ideo illi dicitur. *Inclina cor meum in testimonia tua, et non in avaritiam.* Sed quae sequuntur, alio sermone tractanda sunt.

SERMO XII

1 [v.37]. Sequitur in psalmo quem suscepimus disserendum, *Averte oculos meos, ne videant vanitatem; in via tua vivifica me.* A contrario differunt inter se vanitas et veritas. Huius autem mundi cupiditas, vanitas: sed Christus, qui ex hoc mundo liberat, veritas. Ipse est et via in qua se vult iste vivificari, quia ipse est et vita; ipse quippe ait: *Ego sum via, veritas et vita* (Io 14,6). Sed quid est, *Averte oculos meos, ne videant vanitatem?* Numquid quamdiu sumus in hoc mundo, possumus non videre vanitatem? *Omnis enim creatura vanitati subiecta est,* quae

alto que el sol, *sino sobre todos los cielos, para llenar todas las cosas.* Y en El viven, más bien que debajo del sol, los que no oyen en vano lo que dice el Apóstol: *Buscad las cosas de arriba, en donde se halla Cristo sentado a la diestra de Dios; gustad las cosas de arriba, no las que están sobre la tierra. Pues estáis muertos y vuestra vida está escondida con Cristo en Dios.* Por tanto, si nuestra vida se halla en donde está la verdad, no se encuentra debajo del sol, en donde está la vanidad. Pero este bien tan inmenso más bien lo tenemos en esperanza que en la realidad; y según nuestra esperanza habló el Apóstol sobre esto, porque cuando dijo: *La criatura está sometida a vanidad,* añadió: *no por su voluntad, sino por Aquel que la sometió en esperanza.* Luego, mientras estamos sujetos a la vanidad, aguardamos en esperanza que nos hemos de unir a la contemplación de la verdad. La criatura espiritual, animal y corporal, que se halla toda en el hombre, mejor dicho, todo esto es el hombre, pecó libremente y se hizo enemiga de la verdad; mas, para que fuese castigada proporcionalmente, fue sometida por fuerza a la vanidad. En fin, después de pocas palabras añade el Apóstol: *No sólo (la creación gime y está sometida),* sino también nosotros mismos, que tenemos las primicias del espíritu; es decir, que no estamos sometidos a la vanidad por todo lo que somos, puesto que, por la parte por la cual somos mejores que las bestias, lo estamos a Dios, no a la vanidad; es decir, por las primicias del espíritu. Con todo, también *nosotros mismos gemimos dentro de nosotros mismos esperando la adopción de hijos y la redención de nuestro cuerpo.* Porque con la esperanza hemos sido salvados, *y la esperanza que se*

intelligitur esse in homine; et, *Omnia vanitas: quae abundantia hominis in omni labore suo, quo ipse laborat sub sole?* (Eccl 1,2 et 3). An iste fortassis hoc orat, ut non sit eius vita sub sole, ubi omnia vanitas; sed in illo sit, in quo se vivificari petit? Ille quippe *ascendit* non super solem tantum, sed *super omnes caelos, ut adimpleret omnia* (Eph 4,10). Et in illo magis quam sub sole vivunt qui non inaniter audiunt quod dixit Apostolus: «Quae sursum sunt quaerite, ubi Christus est in dextera Dei sedens; quae sursum sunt sapite, non quae super terram. Mortui enim estis, et vita vestra abscondita est cum Christo in Deo» (Col 3,1-3). Ac per hoc si vita nostra ibi est ubi veritas, non est vita nostra sub sole ubi vanitas. Sed hoc tam magnum bonum magis habemus in spe, non tenemus in re: et secundum spem nostram beatus Apostolus ista locutus est; quia et illud cum dixisset, *Vanitati creatura subiecta est,* adiecit atque ait, *Non sponte, sed propter eum qui subiecit in spe.* Ergo in spe, qua speramus nos adhaesuros contemplandae veritati, subiecti sumus interim vanitati. Creatura quippe ista spiritualis, animalis, corporalisque omnis in homine est; imo homo est. Sponte peccavit, et inimica facta est veritati: sed ut merito puniretur, non sponte subiecta est vanitati. Denique post pauca. *Non solum autem,* inquit, *sed et nos ipsi primitias spiritus habentes,* id est, qui nondum quidem ex toto quod sumus, sed

ve no es esperanza, puesto que lo que uno ve, ¿a qué lo espera? Si lo que no vemos esperamos, con paciencia aguardamos. Así, pues, mientras estamos aquí, según la carne, esperamos la adopción de la misma por la paciencia de la esperanza; por tanto, nos hallamos también sometidos a la vanidad por lo que se refiere a estar debajo del sol. Así, pues, mientras vivimos aquí de este modo, ¿cómo no hemos de ver la vanidad, a la cual estamos sujetos en esperanza? Luego ¿qué expresa éste cuando dice: *Aparte mis ojos para que no vean la vanidad?* ¿Acaso pide que no se cumpla en esta vida lo que soporta en esperanza, sino que sea de tal suerte o condición, que pueda cumplirse en él en algún tiempo, en cuanto al espíritu, al alma y al cuerpo, que no vea la vanidad, siendo libertado de la servidumbre de la corrupción y llevado (en cuanto al espíritu, al alma y al cuerpo) a la libertad de la gloria de los hijos de Dios?

2. Estas palabras pueden entenderse ciertamente así sin salirse de la norma de la fe. Pero tienen otro sentido, que a mí me agrada más. El Señor dice en el Evangelio: *Si tu ojo fuese puro, todo tu cuerpo será resplandeciente; pero, si tu ojo fuese malo, todo tu cuerpo será tenebroso. De suerte que, si la luz que hay en ti son tinieblas, las mismas tinieblas, ¡cuán grandes no serán!* Por tanto, interesa sobremanera que, al hacer alguna cosa buena, veamos con qué intención la hacemos, ya que la acción no se pesa por la obra, sino por el fin con que se hace. Por tanto, no debemos pensar únicamente si es buena la obra, sino principalmente si es

ex ea parte qua pecoribus meliores sumus, Deo, non vanitati subditi sumus, hoc est, per primmitias spiritus: «et ipsi in nobismetipsis ingemiscimus, adoptionem exspectantes redemptionem corporis nostri. Spe enim salvi facti sumus. Spes autem quae videtur, non est spes: quod enim videt quis, quid sperat? Si autem quod non videmus speramus, per patientiam exspectamus.» Quamdiu itaque hic secundum carnem sumus, cuius adoptionem et redemptionem per patientiam spei adhuc exspectamus; tamdiu secundum id per quod sub sole sumus, vanitati subiecti sumus. Quandiu igitur ita sumus, unde possumus non videre vanitatem, cui etiam subiecti sumus in spe? Quid est ergo quod iste dicit, *Averte oculos meos, ne videant vanitatem?* An hoc petit, ut non quidem in hac vita quod in spe gerimus impleatur, sed ut in ea sorte sit, quae in illo quandoque possit impleri, cum *liberabitur a servitute corruptionis,* et spiritu et anima et corpore, *in libertatem gloriae filiorum Dei* (Rom 8, 20-25), ubi iam non videat vanitatem?

2. Possunt quidem verba ista sic intelligi, non praeter regulam fidei; sed est hic alius sensus quem mihi fateor plus placere. Dominus in Evangelio dicit: «Si fuerit oculus tuus simplex, totum corpus tuum lucidum erit. Si autem oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit. Si ergo lumen quod in te est tenebrae sunt, ipsae tenebrae quantae erunt?» Proinde magni interest, cum aliquid boni facimus, cuius rei contemplatione faciamus. Officium quippe nostrum, non officio, sed fine pensandum est; ut scilicet non tantum si bonum est quod faci-

bueno el fin por el cual la ejecutamos. Estos ojos con los que contemplamos por qué hacemos lo que hacemos, son los que pide se aparten para que no vean la vanidad y obre arrastrado por ella al ejecutar el bien. El deseo de la alabanza humana ocupa el primer puesto en esta vanidad; por lo cual hicieron muchas cosas grandes los que se llamaron grandes en el mundo, los cuales, buscando la gloria ante los hombres, no ante Dios, grandemente alabados en las ciudades de los gentiles y viviendo por ella como justos, prudentes, fuertes y morigerados, recibieron su galardón vano estos vanos. Queriendo el Señor apartar los ojos de los suyos de esta vanidad, dice: *Mirad no hagáis vuestras obras buenas delante de los hombres, para que os vean, pues de este modo no tendréis recompensa de vuestro Padre, que está en los cielos.* A continuación, tratando de algunas divisiones del bien obrar y preceptuando sobre la limosna, el ayuno y la oración, encarga en todo instante que no se haga ninguna de estas obras por la gloria humana, y continuamente dice que quienes obran por ella recibieron ya su galardón; es decir, no el eterno, que para los santos se guarda junto al Padre, sino el temporal, que buscan los que obran poniendo la mirada en la vanidad de su obrar; no porque sea mala la alabanza humana, pues ¿qué cosa ha de desearse con más ahínco por los hombres como el que les agraden las cosas que deben imitar, sino porque el obrar bien únicamente por ser alabados de los hombres es atender sólo a la vanidad de sus obras? Así, pues, por grande que sea la alabanza que se le derive al justo de sus obras, no debe poner en ellas el fin de sus buenas acciones, sino referirlas a la gloria de Dios, por el cual

mus, sed praecipue si bonum est propter quod facimus, cogitemus. Hos oculos quibus contemplamur quare faciamus quod facimus, averti poscit ne videant vanitatem; id est, ne hanc attendat, propter quam faciat, cum boni aliquid facit. In qua vanitate praecipuum locum obtinet amor laudis humanae, propter quam multa magna fecerunt qui magni in hoc saeculo nominati sunt, multumque laudati in civitatibus gentium, quaerentes non apud Deum, sed apud homines gloriam, et propter hanc velut prudenter, fortiter, temperanter, iusteque viventes; ad quam pervenientes perceperunt mercedem suam, vani vanam. Ab hac vanitate volens Dominus avertere oculos suorum: «Attendite», inquit «ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis; alioquin mercedem non habebitis apud Patrem vestrum, qui in caelis est». Deinde cum ipsius iustitiae quasdam partes exsequeretur, praecipiens de eleemosynis, de oratione, de ieiunio, ubique id admonuit, ne aliquid eorum propter gloriam hominum fiat, et ubique dicit eos qui propterea faciunt, percepisse mercedem suam (Mt 6,1-23), id est non aeternam quae sanctis reposita est apud Patrem, sed temporalem quam quaerunt qui contemplantur in suis operibus vanitatem: non quia ipsa laus humana culpanda est (nam quid tam optandum est hominibus, quam ut eis placeant quae debeant imitari?), sed propter ipsam laudem

obran bien los buenos, puesto que no obran por ellos mismos, sino por El. En fin, en el mismo sermón del Monte había dicho ya el Señor: *Brille vuestra luz delante de los hombres de modo que vean vuestras obras buenas, y glorifiquen a vuestro Padre, que está en los cielos.* Por tanto, si queremos que nuestros ojos se aparten de la vanidad, debemos mirar, cuando hacemos alguna obra buena, a aquello en que puso el fin, es decir, a la gloria de Dios. No sea, pues, el fin de las obras las alabanzas de los hombres, sino enderecemos estas alabanzas y ordenemos todas las cosas a la alabanza de Dios, por quien, sin error del que alaba, se nos da todo lo que se alaba en nosotros. Si es vano obrar bien por las alabanzas de los hombres, ¡cuánto más vano no será obrar bien por conseguir dinero, o aumentarlo, o retenerlo; o por cualquiera otra comodidad temporal que nos viene de fuera, puesto que *¡son vanidad todas las cosas! ¿Y qué otra riqueza es la del hombre que trabaja con todo su esfuerzo debajo del sol?* En fin, no debemos hacer buenas obras por esta salud temporal, sino más bien por la eterna que esperamos, en la que gozaremos del bien inmutable que nos ha de venir de parte de Dios. ¿Qué digo? Que ha de ser Dios. Si los santos de Dios hubieran ejecutado sus buenas obras por esta salud temporal, jamás los mártires de Cristo hubieran llevado a cabo la buena obra de la confesión con la pérdida de esta salud temporal. Pero, no atendiendo a la vanidad, *porque vana es la salud de los hombres,* recibieron el auxilio en la tribulación; y tampoco *codiciaron el día (la vida) de los*

bene operari, hoc est vanitatem in suis operibus intueri. Quandoquidem et ipsa ab hominibus laus homini iusto quantacumque provenerit, non ibi esse debet eius finis boni, sed etiam ipsa referenda est ad laudem Dei, propter quem bona faciunt vere boni; quoniam non a seipsis, sed ab illo fiunt boni. Denique in eodem sermone Dominus iam dixerat eis: *Luceat lumen vestrum coram hominibus, ut videant vestra opera bona, et glorificent Patrem vestrum, qui in caelis est* (ib. 5,16). Ubi finem posuit, hoc est in gloria Dei, hoc debemus quando aliquid boni facimus intueri, si avertuntur a vanitate oculi nostri. Non ergo sit finis boni operis in laudibus hominum, sed ipsas laudes hominum corrigamus, et ad Dei laudes omnia referamus, a quo nobis datur quidquid in nobis sine laudantis errore laudatur. Porro si vanum est propter hominum laudes bona facere, quanto vanius propter adipiscendam pecuniam, vel augendam, sive retinendam, et si quid huiusmodi est commodi temporalis, quod nobis accedit extrinsecus? Quia *omnia vanitas: quae abundantia hominis in omni labore suo, quo ipse laborat sub sole?* Propter ipsam denique temporalem salutem non debemus facere bona opera nostra, sed potius propter illam quam speramus aeternam, ubi bono immutabili perfruamur, quod nobis erit ex Deo, imo quod nobis est ipse Deus. Si enim sancti Dei propter hanc temporalem salutem bona opera facerent, nunquam martyres Christi bonum opus confessionis in eiusdem salutis amissione perficerent. Sed acceperunt auxilium de tribulatione, non intuentes vanitatem, quia vana salus hominis (Ps 59,13); et diem

hombres, porque el hombre se asemejó a la vanidad y sus días pasan como sombra.

3 [v.38]. Cuando se pide a Dios que se nos conceda lo que parece que está en nuestro poder, es decir, el apartar los ojos para no ver la vanidad, ¿qué otra cosa se hace sino avalorar su gracia? Algunos, siendo hombres que se lisonjearon demasiado y presumieron de las fuerzas de su propio albedrío, no apartaron sus ojos de aquella vanidad, porque pensaron que se harían justos y buenos por sí mismos, y así amaron la gloria de los hombres más que la de Dios. Pero *ésta es vanidad y presunción de espíritu.* Por eso, después de haber dicho: *Aparta mis ojos para que no vean la vanidad; vivifícame en tu camino,* y este camino es la verdad, no la vanidad, añadió a continuación: *Establece en tu siervo tu palabra mediante tu temor.* ¿Y qué otra cosa es sino darme hacer lo que dices? La palabra de Dios no se halla establecida en aquellos que, obrando oponiéndose a ella, la remueven en sí mismos, sino en aquellos en quienes permanece inmóvil. Así, pues, Dios estableció su palabra mediante su temor en aquellos a quienes da el espíritu de su temor; pero no de aquel temor del cual dice el Apóstol: *No recibisteis el espíritu de servidumbre por segunda vez en temor,* pues a este temor lo arroja fuera la caridad perfecta, sino de aquel temor a quien llama el profeta *espíritu de temor de Dios;* del temor ciertamente casto, que permanece por los siglos de los siglos; del temor por el cual se teme ofender al amado. Pues de un modo teme la mujer adúltera a su

hominum non concupierunt (Ier 17,16), quia homo vanitati similatus est, dies eius sicut umbra praetereunt (Ps 143,4).

3 [v.38]. Cum autem Deus rogatur, ut ea quae videntur esse in nostra potestate, id est, oculorum aversio a videnda vanitate ab illo nobis concedatur, quid nisi eius gratia commendatur? Nonnulli enim ab ea vanitate non averterunt oculos suos, quia putaverunt a seipsis se fieri iustos et bonos, et dilexerunt gloriam hominum magis quam Dei (Io 12,43); quia et ipsi homines sunt, qui sibi nimium placuerunt, et de sui arbitrii viribus praesumpserunt: sed etiam haec vanitas et praesumptio spiritus est (Eccl 6,9): Cum ergo dixisset, *Averte oculos meos, ne videant vanitatem; in via tua vivifica me;* quae via non vanitas, sed veritas est: deinde subiunxit, *Statue servo tuo eloquium tuum in timorem tuum.* Quod quid est aliud quam, Da mihi ut faciam quod eloqueris? Neque enim statutum est eloquium Dei his qui in se movent illud contra faciendo; eis autem statutum est in quibus immobile est. Statuit itaque Deus eloquium suum in timorem suum eis quibus dat spiritum timoris sui: timoris autem non illius de quo dicit Apostolus. *Non enim accepistis spiritum servitutis iterum in timore* (Rom 8,15); hunc enim consummata charitas foras mittit timorem (1 Io 4,18): sed illius timoris quem dicit propheta spiritum timoris Dei (Is 11,3); timoris utique casti, permanentis in saeculum saeculi (Ps 18,10), timoris quo timetur offendi

marido, y de otro la casta; la adúltera teme que se le presente en casa, la casta que la abandone.

4 [v.39]. *Amputa el oprobio mío que sospeché, porque tus juicios son agradables.* ¿Quién hay que tenga meras sospechas de su oprobio, y no más bien conozca cada uno el suyo antes que el de cualquier otro extraño? El hombre puede más bien tener sospechas del ajeno, pero no del suyo, porque lo que se sospecha se ignora. En donde habla la conciencia no hay conjeturas de su propio oprobio, sino ciencia. ¿Qué quiere decir, pues, *el oprobio mío que sospeché?* Sin duda ha de deducirse el sentido de esta frase del sentido anterior, porque mientras el hombre no aparte sus ojos para no ver la vanidad, sospecha de otros lo que él ejecuta en su interior, y cree que los demás sirven y obran por el mismo motivo por el cual él sirve a Dios o hace el bien. Los hombres pueden ver lo que hacemos, pero les es oculto el fin de nuestro obrar; por esto se da lugar a la sospecha, y así se atreve el hombre a juzgar las cosas ocultas de los hombres, y muchas veces falsamente; y si lo hace algunas con verdad, con todo, lo hace sin suficiente motivo. Por esto, el Señor, al hablar del fin por el cual debemos obrar el bien para apartar nuestros ojos de la contemplación de la vanidad, nos amonestó que no debemos hacer las buenas obras por las alabanzas de los hombres, diciéndonos: *Mirad no hagáis vuestras buenas obras delante de los hombres, para ser vistos por ellos.* También nos encargó que no se hagan por el dinero, diciéndonos: *No atesoréis en la tierra;* y asimismo:

qui amatur. Aliter quippe timet adultera virum suum, aliter casta: adultera, ne veniat; casta, ne deserat.

4 [v.39]. *Amputa,* inquit, *opprobrium meum quod suspicatus sum, quia iudicia tua suavia.* Quis est qui suum opprobrium suspicatur, et non magis novit suum quisque opprobrium, quam cuiuslibet alienum? Suspicari enim potius alienum potest homo, non suum; quoniam quod suspicatur, ignorat: in suo autem opprobrio non est cuiusque suspicio, sed scientia, ubi loquitur conscientia. Quid est ergo quod ait, *Opprobrium meum quod suspicatus sum?* Nimirum de superiore sensu etiam iste ducendus est: quoniam quamdiu non averti homo oculos suos ne videant vanitatem, quod in seipso agitur, hoc de aliis suspicatur; ut propter quod ipse colit Deum, vel propter quod bona opera facit, propter hoc credat et alterum facere. Possunt quippe homines videre quod agimus; cuius autem rei contemplatione agamus occultum est: et ideo datur suspicionibus locus, ut audeat homo iudicare de occultis hominum, et falsa plerumque, et, si vera, tamen incognita temere suspicari. Propterea Dominus cum de ipso fine loqueretur propter quem iustitiam facere debemus, ut oculos nostros a contemplatione averteret vanitatis, monuit ne propter laudes hominum bona opera faciamus, dicens: *Attendite ne faciatis iustitiam vestram coram hominibus, ut videamini ab eis.* Mo-

No podéis servir a Dios y a las riquezas. Nos aconsejó que no las hagamos por el vestido y la comida que necesitamos, diciendo: *No os preocupéis por vuestra vida, pensando en lo que habéis de comer; ni por vuestro cuerpo, cavilando qué habéis de vestir.* Después de habernos aconsejado todas estas cosas, como podemos sospechar que aquellos a quienes vemos vivir bien, y de quienes no vemos el motivo de su obrar, obraban por algunas de ellas, añadió a continuación: *No juzguéis para que no seáis juzgados.* De aquí que, cuando dijo aquí: *Aparta el oprobio mío que sospeché,* añadió: *porque tus juicios son agradables,* esto es, son verdaderos. El amador de la verdad llama agradable a lo verdadero. Pero los juicios de los hombres sobre lo oculto de otros hombres, por ser temerarios, no son agradables. Por esto llamó oprobio suyo a lo que había sospechado de los otros. También dice el Apóstol que no entienden *los que se comparan a sí mismos consigo mismos.* Y el hombre es muy inclinado a sospechar de otro lo que experimenta en sí. Este oprobio suyo, el haber sospechado de otros lo que percibía en sí, pedía que le fuese quitado para no ser semejante al diablo, que sospechó del interior del santo Job que no servía a Dios gratuitamente, por lo cual pidió tentarle para descubrir en él el crimen que le echaba en cara.

5 [v.40]. Pero como la emulación o codicia es la que sospecha con placer el oprobio ajeno, al no poder censurar la buena obra, porque lo que está a la vista ello mismo se defiende o justifica, reprocha el fin con que se hace, porque lo que está ocul-

nuit, ne propter pecuniam, dicens: *nolite vobis thesaurizare in terra;* et, *Non potestis Deo servire et mammonae.* Monuit, ne propter ipsum necessarium victum atque vestitum, dicens: *Ne solliciti sitis animae vestrae quid manducetis, neque corpori vestro quid induamini* (Mt 6,1.19. 24.25). Et cum haec omnia monuisset, quia possumus suspicari eos quos iuste vivere videmus, et quo fine faciant non videmus, propter aliquid huiusmodi benefacere; continuo subiecit: *Nolite iudicare, ne iudicemini* (ib. 7,1). Unde et hic cum dixisset, *Amputa opprobrium meum quod suspicatus sum;* addidit, *quia iudicia tua suavia,* id est, iudicia tua vera. Veritatis enim amator suave clamat esse quod verum est. Hominum autem iudicia de occultis hominum, non suavia, quia temeraria. Et ideo suum dixit opprobrium quod de aliis est suspicatus; quia et hoc quod Apostolus ait, *Comparantes semetipsos sibimetipsis* (2 Cor 10,12), non intelligunt: hoc enim proclivius homo suspicatur in alio, quod sentit in seipso. Hoc itaque opprobrium suum petebat auferri, quod in se senserat, et in aliis fuerat suspicatus; ut non esset diabolo similis, qui de occultis sancti Iob suspicatus est quod non gratis Deum coleret, quem poposcit tentandum, ut crimen quod obiiceret inveniret (Iob 1,9-11).

5 [v.40]. Sed cum libenter alterius opprobrium nonnisi aemulatio suspicetur, dum bonum opus reprehendi non potest, quia se asserit quod

to no se manifiesta; y así, no viendo lo que está oculto y envidiando lo que está a la vista, sospecha mal a su gusto cuando le viene en gana. Contra esta perversidad, por la que de buen grado sospecha el hombre del hombre un mal que no vio, ha de ejercitarse *la caridad, que no es envidiosa,* y que el Señor recomienda de modo especial, diciendo: *Os doy un mandamiento nuevo: que os améis mutuamente; en esto conocerán todos que sois mis discípulos: en que os amáis unos a otros.* Y, hablando del amor de Dios y del prójimo, dice: *En estos dos preceptos se basa toda la ley y los profetas.* De aquí que también dice éste contra el oprobio de su sospecha, que anhela le sea cercenada: *Ve que codicié tus mandamientos; vivifícame con tu justicia.* Deseé amarte con todo el corazón, con toda el alma y con toda la mente, y al prójimo como a mí mismo; vivifícame con tu justicia, no con la mía; esto es, lléname de aquella caridad que deseé. Ayúdame para hacer lo que ordenas y dame lo que mandas. *Vivifícame con tu justicia.* En mí estuvo el morir, pero el vivir no lo encuentro sino en ti. Tu justicia es Cristo, *que fue hecho por Dios Sabiduría para nosotros, y justicia, y santificación, y redención; para que, según está escrito, "el que se gloría, se glorie en el Señor".* En El encuentro los mandamientos que anhelé, para que en tu justicia, es decir, en El, me vivifiques. El es el Verbo de Dios, y el Verbo que se hizo carne para ser también mi prójimo.

apertum est; et quo fine fiat reprehenditur, quia non se exserit quod occultum est; atque ita male suspicari eum libet cui libet, non videndo quod latet, et invidendo quod eminet: profecto contra hoc malum, quo quisque libenter de homine malum quod non perspicit suspicatur, charitas habenda est, quae non aemulatur (1 Cor 13,4); quam Dominus praecipue commendat, dicens, *Mandatum novum do vobis, ut vos invicem diligatis;* et, *In hoc scient omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis in invicem* (Io 13,34.35): et de dilectione Dei et proximi loquens, *In his,* inquit, *duobus mandatis tota Lex pendet et Prophetae* (Mt 22,40). Unde et iste contra suae suspicionis opprobrium quod desiderat amputari, *Ecce,* inquit, *concupivi mandata tua; in tua iustitia vivifica me.* Ecce concupivi ex todo corde, ex tota anima, ex tota mente diligere te, et proximum sicut me: non in mea, sed *in tua iustitia vivifica me,* hoc est, ista charitate quam concupivi, imple me. Adiuva ut faciam quon commendas, dona ipse quod mandas. *In tua iustitia vivifica me:* quia in me unde morerer habui; unde autem vivam non invenio nisi in te. Iustitia tua Christus est, «qui factus est nobis sapientia a Deo, et iustitia, et sanctificatio, et redemptio; ut, quemadmodum scriptum est, Qui gloriatur, in Domino glorietur» (1 Cor 1,30.31). Et in illo invenio mandata tua quae concupivi, ut in tua iustitia, hoc est in illo, vivifices me. Ipse est enim Verbum Deus; et Verbum caro factum est, ut esset et proximus meus (Io 1,14).

SERMÓN 13

1 [v.41]. El sermón de hoy ha de unirse al que tuvimos ayer sobre el salmo más largo de todos los demás. El versillo del que hemos de hablar comienza así: *Y venga sobre mí tu misericordia, ¡oh Señor!* Este versillo parece que se une con el antecedente, pues no dijo: "Venga sobre mí", sino: *Y venga sobre mí.* El anterior es: *Ve que codicié tus mandamientos; vivifícame con tu justicia;* y a continuación prosigue: *Y venga sobre mí, ¡oh Señor! tu misericardia.* Luego ¿qué es lo que pide sino cumplir los mandamientos que anheló mediante la misericordia de Aquel que ordenó? Cuando añade: *Y venga sobre mí, Señor, tu misericordia; tu salud, según tu palabras,* es decir, según tu promesa, declara en cierto modo lo que había dicho. *Vivifícame con tu justicia.* De aquí que el Apóstol quiere que entendamos que somos hijos de la promesa, para que no creamos que es nuestro lo que somos, sino que se lo atribuyamos todo a la gracia de Dios, pues *Cristo fue hecho sabiduría por Dios para nosotros, y justicia y santificación, y redención, para que, según está escrito, "el que se gloría, se glorie en el Señor".* Al decir *vivifícame con tu justicia,* desea ciertamente ser vivificado por Cristo, y ésta es la misericordia que pide venga sobre él. El mismo Cristo es *la salud* de Dios. Con esta palabra declaró de qué misericordia hablaba cuando dijo: *Y venga sobre mí tu misericordia.* Si deseamos conocer qué misericardia es ésta, oigamos lo

SERMO XIII

1 [v.41]. Sermoni pristino, quem de psalmo qui est omnium prolixissimus, nuper habuimus, de verbis eius quae sequuntur iste iungendus est. Haec verba sunt: *Et veniat super me misericordia tua, Domine.* Quae sententia superiori videtur annexa: non enim ait, *Veniat super me;* sed ait, *Et veniat.* Est autem illa superior, *Ecce concupivi mandata tua; in tua iustitia vivifica me;* deinde sequitur, *Et veniat super me misericordia tua, Domine.* Quid hic ergo poscit, nisi ut mandata quae concupivit, per eius misericordiam faciat, qui mandavit? Exponit enim quodammodo quid dixerit, *In tua iustitia vivifica me;* cum subiungit, *Et veniat super me misericordia tua, Domine, salutare tuum secundum eloquium tuum:* hoc est secundum promissionem tuam. Unde nos vult Apostolus filios promissionis intelligi (Rom 9,8); ne arbitremur nostrum esse quod sumus, sed totum Dei gratiae retribuamus. *Factus est* enim *nobis* Christus *sapientia a Deo, et iustitia, et sanctificatio, et redemptio; ut, quemadmodum scriptum est, Qui gloriatur, in Domino glorietur* (1 Cor 1,30 et 31). Quod ergo ait, *In tua iustitia vivifica me;* in Christo utique vivificari cupit, et ipsa est misericordia quam super se poscit venire. Ipse Christus est et *salutare* Dei; quo verbo exposuit quam misericordiam diceret ubi ait, *Et veniat super me misericordia tua, Domine.* Si ergo quaerimus quae sit ista misericordia, audiamus quod sequitur:

que sigue: *Tu salud, según tu palabra.* Esta promesa se hizo por Aquel *que denomina las cosas que no son como si fuesen.* Pues todavía no existían aquellos a quienes se prometía, para que nadie se gloriase de sus méritos. Es más, aquellos a quienes se prometió, también fueron prometidos, para que todo el Cuerpo de Cristo diga: *Por la gracia de Dios soy lo que soy.*

2 [v.42]. *Y responderé*—dice—*a los que me ultrajan la palabra.* Es ambiguo si ha de entenderse *a los que me ultrajan la palabra o responderé la palabra.* Pero cualquiera de estos dos sentidos declara o señala a Cristo, porque aquellos para quienes Cristo crucificado es escándalo o necedad, nos echan en cara a Cristo, es decir, ultrajan la Palabra, ignorando que el Verbo o la Palabra se hizo carne y habitó entre nosotros y que esta Palabra o Verbo ya existía en el principio y estaba en Dios y era Dios. Pero, dado caso que aquellos que desprecian su flaqueza en la cruz no ultrajen la Palabra, que les está oculta, porque no conocen su divinidad, sin embargo, nosotros respondamos la Palabra, es decir les arguyamos con la Palabra o Verbo para que no nos acobarden o confundan con sus ultrajes, *ya que, si hubiesen conocido al Verbo, jamás hubieran crucificado al Señor de la gloria.* Por tanto, aquel sobre quien vino la misericordia de Dios, es decir, su Salud, para protegerle, no para destruirle, responde con la Palabra a los que ultrajan. Porque ha de venir para pulverizar a los que ahora, despreciando su humildad, se quiebran, tropezando en El, pues así dice en el Evangelio: *Quien cayere sobre esta piedra se quebrará, pero aquel sobre quien ella cayere será pulverizado.*

Salutare tuum secundum eloquium tuum. Ab eo quippe hoc promissum est, qui *vocat ea quae non sunt, tamquam sint* (Rom 4,17). Nondum enim erant quibus promitteretur, ne quisquam de meritis gloriaretur. Et quibus promissum est etiam ipsi promissi sunt; ut totum corpus Christi dicat, *gratia Dei sum id quod sum* (1 Cor 15,10).

2 [v.42]. *Et respondebo,* inquit, *exprobrantibus mihi verbum.* Utrum, *verbum exprobrantibus;* an, *verbum respondebo,* ambiguum est: sed quodlibet eorum Christum sonat. Ipsum enim nobis exprobrant, quibus est crucifixus vel scandalum, vel stultitia (ib. 1,23): ignorantes quia Verbum caro factum est, et habitavit in nobis; quod Verbum in principio erat, et apud Deum erat, et Deus erat (Io 1,14.1). Sed etsi non ipsi Verbum exprobrent quod eos latet, quia divinitas eius ab eis non cognoscitur a quibus eius infirmitas in cruce contemnitur; nos tamen Verbum respondeamus, nec exprobratione terreamur aut confundamur. Verbum enim si cognovissent, nunquam Dominum gloriae crucifixissent (1 Cor 2,8). Ille autem respondet Verbum exprobrantibus, super quem venit misericordia Dei; hoc est, ipsum salutare eius venit ut protegat, non ut conterat. Nam super quosdam conterendos venturus est, qui nunc in eum, dum spernunt eius humilitatem, offendendo quassantur. Sic enim dicit in Evangelio: *Qui ceciderit super lapidem istum, conquassabitur; super quem vero ceciderit, conteret eum* (Lc 20,18). Qui

Los que nos ultrajan tropiezan y caen sobre la piedra. Nosotros, para que no tropecemos y caigamos, no temamos sus ultrajes, sino que les respondamos la palabra, esto es, *la palabra de la fe que predicamos.* Porque dice el mismo Apóstol: *Si creyeses en tu corazón que Jesús es el Señor y confesases con tu boca que Dios le resucitó de entre los muertos, te salvarás, porque con el corazón se cree para justicia y con la boca se confiesa para salud.* Poco es tener en el corazón a Cristo si al mismo tiempo no quieres confesar por temer el oprobio. Por tanto, ha de responderse la palabra a los ultrajadores. Para que los mártires pudieran hacer esto, se les prometió y se les dijo: *No sois vosotros los que habláis, sino el Espíritu de vuestro Padre es el que habla en vosotros.* Por eso, habiendo dicho éste: *Responderé a los que me ultrajan la palabra,* a continuación añade: *porque esperé en tus palabras,* es decir, esperé en tus promesas.

3 [v.43]. Pero como muchos, aunque pertenecían a su Cuerpo, del cual son estas palabras, al apremiar el ingente peso de la persecución, no tuvieron fuerzas para soportar los ultrajes, y, desfalleciendo, negaron a Cristo, por eso prosigue: *Y no apartes de mi boca la palabra de la verdad hasta el extremo.* Dice *de su boca* porque habla un solo Cuerpo, en cuyos miembros también se encuentran aquellos que negando desfallecieron a la hora de la hora, pero que después revivieron por la penitencia o porque por una nueva confesión alcanzaron la palma del martirio que habían perdido. Por eso *no hasta el extremo,* o, como escriben otros códices, *no del todo,* es decir, no fue quitada en absoluto

ergo nobis exprobrant, offendunt, et cadunt in eum. Nos autem ne offendamus, et cadamus, opprobria eorum ne timeamus, sed respondeamus eis verbum. «Hoc est verbum fidei quod praedicamus. Quia si credideris», inquit, «in corde tuo quia Dominus est Iesus, et confessus fueris in ore tuo quia Deus illum suscitavit a mortuis; salvus eris. Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit in salutem (Rom 10,8-10). Parum est ergo in corde habere Christum, et nolle confiteri dum timetur opprobrium: sed exprobrantibus respondendum est verbum. Ut autem hoc martyres possent, promissum est eis, et dictum, *Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis* (Mt 10,20). Ideo et iste cum dixisset, *Respondebo exprobrantibus mihi verbum;* continuo sequitur, *Quoniam speravi in verbis tuis:* quod est utique, in promissis tuis.

3 [v.43]. Sed quoniam plurimi quamvis ad ipsum corpus, cuius haec verba sunt, pertinentes, gravi pondere persecutionis urgente non valuerunt sustinere exprobrationem, et Christum deficiendo negaverunt; ideo sequitur, *Et ne auferas de ore meo verbum veritatis usque valde.* Ex ore suo quippe dicit, quia unitas corporis loquitur, in cuius membris etiam illi deputantur qui defecerunt ad horam negando, sed poenitendo postea revixerunt, vel etiam martyrii palmam quam perdiderant, reparata confessione sumpserunt. Non igitur *usque valde,* vel, sicut qui-

la palabra de la verdad de la boca de Pedro, que representaba a la Iglesia; porque si, turbado por el temor, negó de momento, sin embargo, se restableció llorando; y, confesando, fue después coronado. Habla, pues, todo el Cuerpo de Cristo, es decir, la Iglesia universal; y de la boca de todo este Cuerpo no fue quitada la palabra de la verdad *hasta el extremo,* ya sea porque, aun negando muchos, permanecieron los firmes, que lucharon por la verdad hasta la muerte, ya sea porque de aquellos que negaron, muchos se restablecieron. Lo que dice *no apartes* ha de entenderse "no permitas que se aparte", pues así decimos al orar: *No nos introduzcas en la tentación.* En el mismo sentido dijo el Señor a Pedro: *Rogué por ti para que tu fe no desfallezca,* esto es, para que no se aparte de tu boca la palabra de la verdad *hasta el extremo.* Prosigue y dice: *porque esperé en tus juicios,* o como algunos, con más diligencia, lo expresaron, según el texto griego, diciendo *supersperavi,* sobreesperé. Este verbo, aunque compuesto y menos usado, cumple, sin embargo, a las mil maravillas la necesidad que exige la precisa interpretación de la verdad. Debemos investigar con el mayor cuidado el sentido de este pasaje para que entendamos, en cuanto nos ayude el Señor, lo que significa *esperé en tus palabras, sobreesperé en tus juicios.* Dice, pues, "Responderé a los que me ultrajan la palabra, *porque esperé en tus palabras",* es decir, porque tú mismo me prometiste esto. *Y no apartes de mi boca la verdad hasta el extremo, porque sobreesperé en tus juicios,* es decir, porque tus juicios, con los que me

dam codices habent, non *usquequaque,* hoc est non omnimodo, ex ore Petri, in quo erat typus Ecclesiae, verbum veritatis ablatum est: quia etsi ad horam negavit timore turbatus, tamen flendo est reparatus (ib. 26, 70-75), et confitendo est postea coronatus. Totum itaque corpus Christi loquitur, id est, Ecclesiae sanctae universitas: in quo toto corpore sive quia, negantibus plurimis, remanserunt fortes qui usque ad mortem pro veritate certarent, sive quia et ex iis qui negaverant multi reparati sunt, non est ablatum ex eius ore verbum veritatis *usque valde.* Quod autem ait, *ne auferas,* intelligendum est, ne auferri sinas; propter quod orando dicimus, *Ne nos inferas in tentationem* (ib. 6,13). Et ipse Dominus ad Petrum, *Rogavi,* inquit, *pro te, ne deficiat fides tua* (Lc 22,32); hoc est, ne auferatur ex ore tuo verbum veritatis *usque valde.* Sequitur, *Quia in iudiciis tuis speravi;* vel, sicut de graeco quidam diligentius expresserunt, *supersperavi:* quod verbum etsi minus usitate compositum est, tamen implet veritatis interpretandae necessitatem. Attentius ergo nobis loci huius rimandus est sensus, ut intelligamus, quantum Deus adiuvat, quid sibi velit, *In verbis tuis speravi, In iudiciis tuis supersperavi. Respondebo,* inquit, *exprobrantibus mihi verbum, quoniam speravi in verbis tuis:* id est, quoniam mihi hoc ipse promisisti. *Et ne auferas ex ore meo verbum veritatis usque valde, quoniam in iudiciis tuis supersperavi:* id est, quoniam iudicia tua, quibus me corripis et flagellas, non solum mihi non auferunt spem, verum augent etiam: quoniam quem diligit Dominus corripit; flagellat autem omnem fiilium quem recipit (Hebr 12,6). Ecce

corriges y castigas, no sólo no me quitan la esperanza, sino que me la aumentan, *ya que el Señor ama a quien corrige y castiga a todo aquel que recibe por hijo.* Ve que los santos y humildes de corazón, presumiendo de ti, no desfallecieron en las persecuciones. Ve también que quienes presumieron de sí mismos desfallecieron; pero, con todo, por pertenecer al mismo Cuerpo y llorar al conocerse, consiguieron con más firmeza tu gracia, porque perdieron su soberbia. Luego *no apartes de mi boca la palabra de la verdad hasta el extremo, porque sobreesperé en tus juicios.*

4 [v.44]. *Y guardaré siempre tu ley;* es decir, si no apartas de mi boca la palabra de la verdad, *guardaré siempre tu ley por el siglo y por los siglos.* Al añadir esto, declaró que quiso decir *siempre.* Algunas veces se entiende por *siempre* mientras se vive en este mundo. Pero no significa esto *por el siglo y por los siglos.* Con todo, mejor se expresó el *siempre* diciendo por *el siglo y por los siglos* que como lo consignaron algunos códices: *Por la eternidad y por los siglos de los siglos,* ya que no pudieron decir en latín *et aeternum aeterni* y "por eternidad de eternidad". La ley que se menciona aquí es aquella de la cual dice el Apóstol: *La plenitud de la ley es la caridad.* Esta la guardarán los santos, es decir, la Iglesia de Cristo, de cuya boca *no se aparta la palabra de la verdad, no sólo en este siglo, es decir, mientras se termina este mundo, sino también en el otro, que se llama "siglo del siglo".* Tampoco hemos de recibir allí preceptos de ley que tengamos que guardar como aquí, sino que, como dije, observaremos la misma plenitud de la ley, o sea, la caridad, sin temor alguno

enim sancti et humiles corde de te praesumendo, in persecutionibus non defecerunt; ecce etiam qui de se praesumendo defecerunt, et tamen ad ipsum corpus pertinuerunt, sibi innotescendo fleverunt, et tuam gratiam solidius invenerunt, quia suam superbiam perdiderunt. Ergo *ne auferas ex ore meo verbum veritatis usque valde, quia in iudiciis tuis supersperavi.*

4 [v.44]. *Et custodiam legem tuam semper:* id est, si non abstuleris ex ore meo verbum veritatis, *custodiam legem tuam semper. In saeculum et in saeculum saeculi:* ostendit quid dixerit, *semper.* Aliquando etenim *semper* intelligitur, Quamdiu hic vivitur; sed hoc non est, *in saeculum et in saeculum saeculi:* melius quippe ita interpretatum est, quam, sicut quidam codices habent, *in aeternum et in saeculum saeculi;* quia non potuerunt dicere, et in aeternum aeterni. Lex itaque ista intelligenda est de qua dicit Apostolus, *Plenitudo legis charitas* (Rom 13,10). Haec enim a sanctis quorum ex ore non aufertur verbum veritatis, hoc est, ab ipsa Christi Ecclesia custodietur, non solum in hoc saeculum, id est, donec finiatur hoc saeculum; sed etiam in alterum, quod appellatur *saeculum saeculi.* Neque enim praecepta legis, sicut hic, etiam ibi accepturi sumus quae custodiamus, sed ipsam legis, ut dixi, plenitudinem sine ullo peccandi timore servabimus: quia et Deum plenius, cum vide-

de pecar. Porque, cuando veamos a Dios, le amaremos de lleno, y también al prójimo, porque Dios será *todas las cosas en todos* y nadie habrá que sospeche falsamente del prójimo, porque todo será allí patente.

SERMÓN 14

1 [v.45]. Los anteriores versillos de este salmo tan largo contienen una oración; los siguientes, de los que ahora he de hablar, una naración o exposición. Anteriormente pedía el hombre de Dios el auxilio de la divina gracia cuando decía: *Vivifícame con tu justicia y venga sobre mí tu miseria, ¡oh Señor!,* y las demás cosas semejantes que anteceden o que siguen a ésta. Pues bien, ahora dice: *Y caminaba en anchura, porque investigué tus mandamientos. Y hablaba de tus testimonios delante de los reyes, y no me avergonzaba. Y meditaba en tus preceptos, que amé. Y alcé mis manos a tus mandamientos, que amé; y me ejercitaba en tus justificaciones.* Estas son palabras del que narra, no del que pide; es decir, son palabras como de aquel que, habiendo alcanzado lo que pidió, confiesa, en alabanza de Dios, cuál fue la misericordia que, pidiendo viniese sobre él, le había hecho el Señor. Pues no unió estas cosas a las anteriores de tal modo, que dijese: "Y no apartes de mi boca la palabra de verdad hasta el extremo, porque sobreesperé en tus juicios. Y guardaré siempre tu ley por el siglo y por los siglos; *y caminé* en la anchura, porque investigué tus mandamientos. Y hablaré de tus testimonios en presencia de los reyes, y no me avergonzaré", y las demás cosas semejantes. De este modo, parece que debía haber unido lo antecedente a lo siguiente.

rimus, amabimus, et proximum, quia Deus erit omnia in omnibus (1 Cor 15,28); nec falsae cuiquam de proximo suspicioni erit locus, ubi nullus ulli erit occultus.

SERMO XIV

1 [v.45]. Superiores versus prolixi psalmi huius orationem habent; hi autem qui sequuntur, de quibus nunc disputandum est, narrationem. Petebat enim homo Dei superius adiutorium gratiae Dei, cum dicebat, *In tua iustitia vivifica me; et veniat super me misericordia tua, Domine:* et alia similia vel supra vel infra. Nunc autem dicit: *Et ambulabam in latitudine, quoniam mandata tua exquisivi. Et loquebar in testimoniis tuis in conspectu regum, et non confundebar. Et meditabar in mandatis tuis, quae dilexi. Et levavi manus meas ad mandata tua, quae dilexi; et exercebar in iustificationibus tuis.* Ubi narrantis verba sunt, non petentis; velut, impetratis quae petiverat, confiteatur in Dei laudibus qualem illum fecerat misericordia Domini, quam super se venire poposcerat. Neque enim haec ita superioribus coniunxit, ut diceret, Et ne auferas ex ore meo verbum veritatis usque valde, quia in iudiciis tuis supersperavi, Et custodiam legem tuam semper, in saeculum et in saeculum saeculi, Et ambulabo in latitudine, quia mandata tua exquisivi, Et loquar in

Pero dice: "*Y caminaba*" *en la anchura.* Aquí la conjunción copulativa *y* se consignó sin relación alguna a lo anterior, porque no dice *y caminaré,* en el mismo tiempo verbal que había dicho anteriormente *y guardaré siempre tu ley.* O si quizás se dijo en modo optativo, *guarde tu ley,* tampoco dice, uniendo, "y camine en anchura", como si desease y pidiese ambas cosas, sino que dice: *y caminaba en anchura.* Si faltase aquí la conjunción *y* y, como deduciéndose de los antecedentes, se consignase libre y absolutamente *caminaba en anchura,* en nada debía inquietarse el lector por el modo inusitado de hablar, pensando que debía buscarse aquí un oculto sentido. Luego, sin duda, aquí quiso que se entendiese lo que no se dijo, a saber, que fue oído. Y a continuación relata cuál fue hecho por la misericordia de Dios, esto es, como si dijera: "habiendo pedido estas cosas, me oíste, *y caminaba en anchura*", y las demás cosas que consignó y entretejió de la misma manera.

2. ¿Qué significa *y caminaba en la anchura?* Que caminaba en la caridad, que se difundió en nuestros corazones por el Espíritu Santo, que nos ha sido dado. En esta anchura caminaba el que decía: *Nuestra boca se abrió a vosotros, ¡oh corintios!, nuestro corazón se ensanchó.* Esta caridad se contiene íntegra y totalmente en los dos mandamientos de la ley; del amor de Dios y del prójimo, en los cuales se encierra la ley y los profetas. De aquí que, habiendo dicho: *Y caminaba en la anchura,* añadió a continuación la causa, diciendo: *porque investigué tus mandamientos.* Algunos códices no dicen "mandamientos", sino *testimonios.* Pero en la mayoría de ellos, y principalmente en los

testimoniis tuis in conspectu regum, et non confundar; et caetera isto modo; sic enim videtur sequentia praecedentibus debuisse connectere: sed ait, *Et ambulabam in latitudine.* Ubi copulativa coniunctio, id est, *Et,* velut inconsequens posita est; quia non ait, Et ambulabo, quomodo dicebat, *Et custodiam legem tuam semper.* Aut certe si optativo modo dictum est, *Custodiam legem tuam;* non ait, Et ambulem in latitudine, quasi utrumque optaverit, et poposcerit: sed ait, *Et ambulabam in latitudine.* Ubi si coniunctio ista non esset, sed a superiorum connexione libera inferretur et soluta sententia, *Ambulabam in latitudine;* nihil de inusitato loquendi modo hic deberet movere lectorem, ut occultus sensus quaerendus hic aliquis putaretur. Nimirum ergo quod non dixit intelligi voluit, id est, exauditum se fuisse; ac deinde subiunxit qualis factus fuerit: tanquam diceret, Haec cum orarem, exaudisti me, *Et ambulabam in latitudine;* et caetera quae isto modo dicta contexuit.

2. Quid est igitur, *Et ambulabam in latitudine,* nisi, ambulabam in charitate, quae diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis? (Rom 5,5). In hac latitudine ambulabat ille qui dicebat, *Os nostrum patet ad vos, o Corinthii; cor nostrum dilatatum est* (2 Cor 6,11). Haec autem charitas duobus illis mandatis tota atque integra continetur, dilectione scilicet Dei, et dilectione proximi, in quibus tota Lex pendet et Prophetae (Mt 22,40). Unde et hic cum dixisset, *Et*

griegos, se consigna *mandamientos.* ¿Y quién se halla indeciso en dar más fe a esta lengua, siendo ella la primera, de la cual se tradujeron a la nuestra estas cosas? Si queremos conocer de qué modo buscó estos mandamientos o cómo han de ser buscados, atendamos a lo que nos dice el buen Maestro, que enseña y da: *Pedid, y recibiréis; buscad, y encontraréis; llamad, y se os abrirá.* También poco después dice: *Si vosotros, siendo malos, sabéis dar cosas buenas a vuestros hijos, ¿cuánto más vuestro Padre, que está en los cielos, dará bienes a los que se los piden?* Con esto declara abiertamente que lo que había dicho: *pedid, llamad* y *buscad,* pertenecía a la insistencia en el pedir, es decir, en el orar. Otro evangelista no dice "dará cosas buenas a los que se las piden", las cuales pueden entenderse de muchas maneras, o corporales o espirituales, sino que suprimió de allí lo nombrado en general y expresó con sumo cuidado y determinadamente lo que el Señor quiso que le pidiésemos con insistencia y con ardor, diciendo: *¡Cuánto más dará vuestro Padre celestial el Espíritu bueno a los que se lo piden!* Este es aquel Espíritu por el que se difunde la caridad en nuestros corazones para que, amando a Dios y al prójimo, cumplamos los mandamientos divinos. Este es aquel Espíritu en el que clamamos: *Abba, Pater!,* y, por lo mismo, El nos hace pedir a quien deseamos recibir, El nos hace buscar al que deseamos encontrar, El nos hace llamar al que nos proponemos llegar. Esto es lo que nos enseña el Apóstol, el cual, después de habernos dicho que clamamos por el Espíritu Santo *Abba,*

ambulabam in latitudine; causam subiunxit atque ait, *Quia mandata tua exquisivi.* Nonnulli autem codices non habent *mandata,* sed *testimonia;* sed *mandata* in pluribus invenimus, et maxime graecis: cui linguae tanquam praecedenti, unde ad nos ista translata sunt, magis credendum esse quis ambigat? Si ergo scire volumus quomodo haec mandata quaesierit, vel quaerenda sint, illud intueamur quod dicit magister bonus, et doctor, et dator: *Petite, et accipietis; quaerite, et invenietis; pulsate, et aperietur vobis.* Et paulo post: *Si ergo vos,* inquit, *cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris; quanto magis Pater vester qui in caelis est, dabit bona petentibus se?* (ib. 7,7.11). Ubi evidenter ostendit quod dixerat, *Petite, quaerite, pulsate,* nonnisi ad poscendi, hoc est, orandi instantiam pertinere. Alius porro evangelista non ait, *Dabit bona petentibus se,* quae multipliciter possunt intelligi, vel corporalia, vel spiritualia; sed circumcidit inde alia, satisque diligenter expressit quid nos vehementer atque instanter voluerit poscere Dominus, et ait: *Quanto magis Pater vester de caelo dabit Spiritum bonum petentibus se?* (Lc 11,13). Hic est ille Spiritus per quem diffunditur charitas in cordibus nostris, ut Deum proximumque diligendo divina mandata faciamus. Hic est ille Spiritus in quo clamamus, *Abba, Pater!* (Rom 8,15). Ac per hoc ipse nos facit petere, quem desideramus accipere; ipse nos facit quaerere, quem cupimus invenire; ipse nos facit pulsare, ad quem nitimur pervenire. Hoc docet Apostolus, qui cum dicat in Spiritu sancto nos clamare, *Abba, Pater!;* rursus alio loco dicit, *Dedit Deus Spiritum*

Padre!, de nuevo nos dice en otro lugar: *Dios dio a vuestros corazones el Espíritu de su Hijo, que clama: Abba, Padre!* ¿Cómo es que clamamos nosotros, si El es el que clama en nosotros, si no es porque nos hizo clamar al comenzar a habitar en nosotros? También hace, tan pronto como le recibimos, que, pidiendo, llamando y buscando, se exija su recepción con mayor abundancia, pues ya se pida una buena vida o se pida el bien vivir, cuantos obran movidos por el espíritu de Dios son hijos de Dios. Luego *caminaba en la anchura*—dice—, *porque busqué tus mandamientos.* Buscó y encontró, porque había pedido y recibido el Espíritu bueno, por el que, hecho bueno, hiciera bien lo bueno por la fe, que obra por el amor.

3 [v.46]. *Y hablaba*—dice—*de tus testimonios delante de los reyes, y no me avergonzaba.* Este se nos presenta como aquel que había pedido y recibido responder a los que le ultrajaban la palabra y no le había sido apartada de su boca la palabra de la verdad. Así, pues, luchando por ella hasta la muerte, ni aun delante de los reyes se avergonzaba de expresarla. Los *testimonios* de los que dice que hablaba se denominan *martirios* en griego. Esta palabra se usa como si fuese ya latina. De aquí que Jesús usó de esta palabra mártires o testigos para designar a los que predijo que le habían de confesar delante de los reyes.

4 [v.47-48]. *Y meditaba*—dice—*en tus preceptos, que amé; y alcé mis manos a tus mandamientos, que amé,* o como dicen algunos códices en ambos verbos: *que amé mucho,* o demasiado, o vehementemente, según les agradó traducir la palabra griega *es-*

Filii sui in corda nostra clamantem, Abba, Pater! (Gal 4,6). Quomodo nos clamamus, si ipse clamat in nobis, nisi quia clamare nos fecit, dum habitare coepit in nobis? Etiam hoc itaque agit acceptus, ut largius accipiendus petendo, quaerendo, pulsando, poscatur. Sive enim ut vita bona petatur, sive ut bene vivatur; quotquot Spiritu Dei aguntur, hi filii sunt Dei (Rom 8,14). Ergo, *Ambulabam,* inquit, *in latitudine, quoniam mandata tua exquisivi.* Exquisierat et invenerat, quoniam petierat et acceperat Spiritum bonum, quo factus bonus bene faceret bona, ex fide quae per dilectionem operatur (Gal 5,6).

3 [v.46]. *Et loquebar,* inquit, *in testimoniis tuis in conspectu regum, et non confundebar:* tanquam ille qui petierat et acceperat, ut responderet exprobrantibus sibi verbum, et non auferretur ex ore eius verbum veritatis. Itaque pro illa usque ad mortem certans, nec in conspectu regum confundebatur eam loqui. Testimonia quippe, in quibus dicit quod loquebatur, graece martyria nuncupantur; quo verbo iam utimur pro latino. Unde dictum est etiam vocabulum Martyrum, quibus praedixit Iesus quod et ante reges eum fuerant confessuri (Mt 10,18).

4 [v.47,48]. *Et meditabar,* inquit, *in mandatis tuis, quae dilexi, et levavi manus meas ad mandata tua, quae dilexi:* sive, quod nonnulli codices habent in utroque versu, *dilexi valde,* aut *nimis,* aut *vehementer,*

fodra. Amó los mandamientos de Dios por lo mismo por lo que caminaba en la anchura, a saber, por el Espíritu Santo, por el cual se difunde la misma caridad y se dilata el corazón de los fieles. Y los amó pensando y obrando, pues al pensamiento pertenece lo que dijo: *Y meditaba en tus preceptos;* y a la obra: *Y alcé las manos a tus mandamientos.* A una y a otra sentencia añadió *que amé,* porque *el fin del precepto es la caridad, que procede de un corazón puro.* Cuando por este fin, es decir, por la contemplación de este deber, se cumple el mandamiento de Dios, entonces se hace verdaderamente una buena obra y entonces se alzan las manos, porque está elevado aquello hacia donde se levantan. Por esto, habiendo de hablar el Apóstol de la caridad, dice: *Os manifestaré un camino excelentísimo;* y en otro lugar dice: *Conocer la excelentísima caridad de la ciencia de Cristo (sobrepuja a todo conocimiento),* puesto que si por el cumplimiento de los preceptos de Dios se pide el premio de la felicidad terrena, entonces más bien se bajan las manos que se alzan, ya que por aquella obra se reclaman las conveniencias terrenas, que no están arriba, sino abajo. A entrambos, al pensamiento y a la obra, pertenece lo que sigue: *Y me ejercitaba en tus justificaciones.* Así prefirieron traducir muchos intérpretes, antes que *y me alegraba o parlaba,* como lo hicieron otros al verter la palabra griega *edolesjoun.* Con todo, alegre y en cierto modo parlero, se ejercita en las justificaciones de Dios el que guarda, con delectación en el obrar y en el pensar, los mandamientos que ama.

sicut interpretari placuit quod graece dicitur σφόδρα. Mandata ergo Dei dilexit per hoc per quod ambulabat in latitudine; per Spiritum scilicet sanctum, per quem dilectio ipsa diffunditur, et dilatat corda fidelium. Dilexit autem, et cogitando et operando. Nam quod ad cogitationem pertinet, ait, *Et meditabar in mandatis tuis:* quod autem ad operationem, *Et levavi manus meas ad mandata tua.* Utrique autem sententiae addidit, *quae dilexi:* finis enim praecepti est charitas de corde puro (1 Tim 1,5). Quando isto fine, id est, huius rei contemplatione fit mandatum Dei, tunc fit vere opus bonum; et tunc levantur manus, quia supernum est quo levantur. Propterea de ipsa charitate locuturus Apostolus ait, *Supereminentem viam vobis demonstro* (1 Cor 12,31): et alio loco, *Cognoscere,* inquit, *etiam supereminentem scientiae charitatem Christi* (Eph 3,19). Nam si de opere mandatorum Dei merces terrenae felicitatis expetitur, deponuntur manus potius quam levantur; quia terrena emolumenta quae non sursum, sed deorsum sunt, illo opere requiruntur. Ad utrumque autem pertinet quod sequitur, *Et exercebar in iustificationibus tuis:* quod plures interpretes dicere maluerunt, quam *laetabar,* aut *garriebam,* quod aliqui interpretati sunt ex eo quod graecus habet ἠδολέσχουν. Exercetur quippe in iustificationibus Dei laetus, et quodam modo garrulus, qui mandata eius quae diligit, et cogitandi et operandi delectatione custodit.

SERMÓN 15

1 [v.49]. Consideremos y expongamos, cuanto nos conceda el Señor, los versillos siguientes de este gran salmo. *Acuérdate de tu palabra (dada) a tu siervo, con la que me infundiste esperanza. Esta me consoló en mi abatimiento, porque tu palabra me vivificó.* ¿Por ventura se da el olvido en Dios, como en los hombres? ¿Por qué se le dice *acuérdate*? Aunque en otros lugares de la Sagrada Escritura se emplee la misma palabra, por ejemplo: *¿Por qué te olvidaste de mí?,* y hasta el mismo Dios diga por el profeta: *Me olvidaré de todas sus iniquidades,* y se lea en otros muchos pasajes frecuentemente la palabra *olvidar,* ha de tenerse en cuenta que esto no se entiende de Dios del mismo modo que tiene lugar en los hombres. Porque a la manera que se dice de Dios que se arrepiente cuando, sin haberlo esperado los hombres, muda las cosas sin mudar de consejo, porque *el consejo de Dios permanece eternamente,* del mismo modo se dice que se olvida cuando parece que retarda el auxilio o la promesa o no da el merecido a los pecadores, o cualquiera otra cosa semejante, creyéndose entonces que se le olvidó lo que se esperaba o se temía y no aconteció. Todas estas cosas se dicen atendiendo a una locución usual por la que obra o se mueve el afecto humano, aunque Dios las haga por una invariable disposición, sin que falte la memoria, ni se oscurezca la inteligencia, ni se cambie la voluntad. Cuando se le dice *acuérdate,* se declara y se acrecienta el deseo del que ora, porque pide lo que se le ha prometido, mas no se le recuerda a Dios como si se le

SERMO XV

en este abatimiento, dice. *Mira mi abatimiento y líbrame, porque no me olvidé de tu ley.* Ninguna otra ley se entiende más aptamente en este lugar fuera de aquella por la cual se estableció inconmoviblemente que *todo el que se exalta será humillado y todo el que se humilla será ensalzado.* Así el soberbio es acorralado por males para ser humillado y el humilde es librado de ellos para ser ensalzado.

2 [v.154]. *Juzga*—dice—*mi juicio y redímeme.* En cierto modo repitió la sentencia anterior, pues lo que dice: *Mira mi abatimiento,* es lo mismo que *juzga mi juicio;* y *líbrame* es igual que *y redímeme.* Lo que dijo anteriormente: *Porque no me olvidé de tu ley,* conviene con lo que ahora dice: *Vivifícame por tu dicho,* pues el dicho de Dios es su ley, de la cual no se olvidó, humillándose para ser exaltado. Y a la misma exaltación pertenece lo que dice: *Vivifícame,* porque la exaltación de los santos es la vida eterna.

3 [v.155]. *Lejos de los pecadores*—dice—*está la salud, porque no buscaron tus justificaciones.* Pero ¿quién te separa, ¡oh tú!, que dijiste: *Lejos está de los pecadores la salud?* ¿Quién te separa de los pecadores para que no esté lejos de ti, sino contigo, la salud? Lo que te separa ciertamente es que tú hiciste lo que ellos no hicieron, esto es, que buscaste las justificaciones de Dios. Pero ¿qué tienes que no hayas recibido? ¿Por ventura no eres tú el que poco antes decías: *Clamé con todo mi corazón, ¡oh Señor!, buscaré tus justificaciones?* Luego recibiste de Aquel a quien cla-

legem tuam non sum oblitus. Hoc loco nullam Dei legem convenientius intelligimus, nisi qua immobiliter fixum est ut omnis qui se exaltat, humilietur, et omnis qui se humiliat, exaltetur (Lc 14,11; et 18,14). Superbus ergo malis, ut humilietur, innectitur; humilis a malis, ut exaltetur, eripitur.

2 [v.154]. *Iudica,* inquit, *iudicium meum, et redime me.* Superior quodammodo sententia repetita est. Quod enim ait, *Vide humilitatem meam;* hoc est, *Iudica iudicium meum:* et quod ait, *et eripe me;* hoc est, *et redime me.* Quod vero supra dictum est, *quia legem tuum non sum oblitus;* huic congruit quod infra est, *propter eloquium tuum vivifica me.* Ipsum enim eloquium est lex Dei, quam non est oblitus, ut se exaltandus humiliaret. Ad ipsam vero exaltationem pertinet quod ait, *Vivifica me;* quia sanctorum exaltatio vita aeterna est.

3 [v.155]. *Longe est,* inquit, *a peccatoribus salus; quia iustificationes tuas non exquisierunt.* Quis enim te discernit, o tu qui dixisti, *Longe est a peccatoribus salus?* quis te discernit a peccatoribus, ut non a te longe, sed tecum sit salus? Hoc te nempe discernit, quia id quod isti non egerunt, ipse fecisti, hoc est, Dei iustificationes exquisisti. Quid autem habes quod non accepisti? (1 Cor 4,7). Nonne tu es qui paulo ante dicebas, *Clamavi in toto corde meo; exaudi me, Domine: iustificationes tuas exquiram?* Ergo ab illo ad quem clamasti, ut eas exquireres

maste para buscarlas. El, pues, te separa de aquellos de quienes está lejos la salud, porque no buscaron las justificaciones de Dios.

4 [v.156]. Esto ya lo vio él mismo. Pero yo no lo vería si no lo viese en él y si no estuviese en él, porque estas palabras son del Cuerpo de Cristo, del cual nosotros somos miembros. Vio esto, diré, y a continuación añade: *Muchas son, Señor, tus misericordias.* Luego también el buscar tus justificaciones pertenece a tus misericordias. *Vivifícame según tu juicio.* Conocí también que tu juicio no se haría sobre mí sin tu misericordia.

5 [v.157]. *Muchos me persiguen y atribulan, pero yo no me separé de tus testimonios.* (Esto) aconteció, lo sabemos, lo recordamos, lo vemos. Toda la tierra se enrojeció con la sangre de los mártires; el cielo está lleno de flores con las coronas de ellos; las iglesias se adornaron con sus monumentos; los tiempos se jalonan con sus fiestas; la salud se restablece por sus merecimientos. ¿Y de dónde proviene todo esto si no es de que se cumplió lo que se predijo de este *hombre* extendido por todo el orbe de la tierra: *Muchos me persiguen y atribulan, pero yo no me separé de tus testimonios?* Lo vemos y damos gracias al Señor, Dios nuestro. Tú efectivamente, hombre; tú en otro salmo, tú mismo dijiste. *A no ser porque el Señor estaba en nosotros, quizás nos hubieran tragado vivos.* He aquí por qué no te apartaste de sus testimonios y llegaste a la palma de la suprema vocación entre las manos de muchos que te perseguían y atribulaban.

6 [v.158]. *Vi*—dice—*a los insensatos, y me repudría,* o según otros códices escriben, y que por cierto son muchos: *Vi a los*

accepisti. Ipse te igitur discernit ab eis a quibus propterea longe est salus, quia iustificationes Dei non exquisierunt.

4 [v.156]. Vidit hoc etiam ipse. Neque enim ego id viderem, nisi in ipso viderem, nisi in ipso essem. Corporis enim Christi verba ista sunt, cuius membra sumus. Vidit hoc, inquam, continuoque subiecit: *Miserationes tuae multae, Domine.* Etiam hoc ergo quod exquirimus iustificationes tuas, pertinet ad miserationes tuas. *Secundum iudicium tuum vivifica me.* Novi enim quia et iudicium tuum sine tua miseratione non erit super me.

5 [v.157]. *Multi persequentes me et tribulantes me; a testimoniis tuis non declinavi.* Factum est, novimus, recolimus, agnoscimus. Purpurata est universa terra sanguine martyrum; floret caelum coronis martyrum, ornatae sunt Ecclesiae memoriis martyrum, insignita sunt tempora natalibus martyrum, crebrescunt sanitates meritis martyrum. Unde hoc, nisi quia completum est quod praedictum est de homine isto toto terrarum orbe diffuso, *Multi persequentes me et tribulantes me; a testimoniis tuis non declinavi?* Agnoscimus, et gratias agimus Domino Deo nostro. Tu namque homo, tu in alio psalmo, tu ipse dixisti: *Nisi quia Dominus erat in nobis, fortasse vivos absorbuissent nos* (Ps 123,2.3). Ecce quare ab eius testimoniis non declinasti, et ad palmam supernae vocationis inter manus multorum persequentium tribulantiumque venisti.

6 [v.158]. *Vidi,* inquit, *insensatos, et tabescebam:* vel, sicut alii

que no guardaban el pacto. Pero ¿quiénes son los que no guardaron el pacto? Los que se apartaron de los testimonios del Señor al no soportar las tribulaciones de muchos perseguidores. El pacto es éste: quien venza sea coronado. Este pacto no lo guardaron los que, no tolerando las persecuciones, negando se apartaron de los testimonios de Dios. Este vio a éstos y se consumía, porque amaba. Pues el celo que no dimana de la envidia, sino del amor, es bueno. A continuación expone en qué consistió no guardar el pacto: *Porque no guardaron tus dichos,* ya que los negaron en las tribulaciones.

7 [v.159]. Este, distinguiéndose de aquéllos, se recomienda y dice: *Ve que amé tus mandamientos.* No dice: "No negué tus dichos o testimonios", lo que se forzaba a los mártires a ejecutar, y no haciéndolo soportaban tormentos insufribles; pero dijo aquello, en lo que se halla el fruto de todos los sufrimientos: *Porque, si entrego mi cuerpo a las llamas y no tengo caridad, de nada me sirve.* Por eso éste, recomendándola, dice: *Ve que amé tus mandamientos.* A continuación pide el premio, diciendo: *Señor, vivifícame con tu misericordia.* Estos matan; vivifica tú. Si se pide, en virtud de la misericordia, el premio que debe pagar la justicia, ¿cuánto más gratuitamente se había de otorgar la misericordia para conseguir la victoria, a la cual se debe el premio?

8 [v.160]. *El principio de tus palabras*—dice—*es la verdad, y todos los juicios de tu justicia son para siempre.* Tus palabras, dice, proceden de la verdad, y, por tanto, son veraces y a nadie engañan. Con ellas se decreta vida para el justo y castigo para

codices habent, *Vidi non servantes pactum;* et hoc plures habent. Sed qui sunt qui pactum non servaverunt, nisi qui declinaverunt a testimoniis Dei, tribulationes multorum persequentium non ferentes? Hoc est autem pactum, ut qui vicerit, coronetur. Hoc pactum non servaverunt qui persecutionem non tolerantes, a testimoniis Dei negando declinaverunt. Hos ergo iste vidit, et tabescebat, quia diligebat. Zelus ille est enim bonus, de amore veniens, non livore. In quo enim non servaverunt pactum, secutus adiunxit: *Quia eloquia tua non custodierunt.* Ea quippe in tribulationibus negaverunt.

7 [v.159]. Et commendat se iste differens ab eis, ac dicit, *Vide quoniam mandata tua dilexi.* Non ait, Eloquia vel testimonia tua non negavi, quod martyres facere cogebantur, et non facientes intolerabilia patiebantur; sed hoc dixit ubi fructus est omnium passionum; quia si tradidero corpus meum ut ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest (1 Cor 13,3). Hanc iste commendans ait, *Vide quoniam mandata tua dilexi.* Deinde postulavit praemium: *Domine, in tua misericordia vivifica me.* Isti mortificant, tu vivifica. Sed si praemium poscitur in misericordia, quod reddere debet iustitia; quanto magis impensa est misericordia, ut obtineretur cui praemium deberetur, ipsa victoria?

8 [v.160]. *Principium,* inquit, *verborum tuorum veritas, et in aeternum omnia iudicia iustitiae tuae.* A veritate, inquit, tua verba proce-

el impío. Estos, sin duda, son eternamente los juicios de la justicia de Dios.

SERMÓN 31

1 [v.161]. Sabemos las persecuciones que soportó el Cuerpo de Cristo, es decir, la santa Iglesia, de parte de los reyes de la tierra. Luego reconozcamos también aquí sus palabras, las cuales suenan así: *Los príncipes me persiguieron sin causa, y mi corazón temió tus palabras.* ¿En qué perjudicaron los cristianos los reinos de la tierra, cuando a ellos les había prometido su Rey el reino del cielo? ¿En qué, repetiré, habían perjudicado los reinos de la tierra? ¿Por ventura el Rey de los cristianos prohibió a sus soldados pagar y entregar lo que se debe a los reyes terrenos? ¿Acaso, cuando los judíos se presentaron a calumniarle sobre esto, no dijo: *Dad al César lo que es del César, y a Dios lo que es de Dios?* ¿No pagó también El el tributo, sacándolo de la boca del pez? ¿Por ventura su precursor, a los soldados que preguntaban qué debían hacer para conseguir la salud eterna, les dijo: "Desligaos del compromiso, arrojad las armas, abandonad a vuestro rey, para que podáis poneros a las órdenes de Dios"? No, antes bien les dijo: *A nadie maltratéis, a ninguno calumniéis; os baste con vuestra paga.* ¿Acaso no dijo uno de sus soldados, y en verdad amigo fidelísimo de El, a sus conmilitones, y en cierto modo a sus correligionarios: *Toda alma (todo hombre) se someta a las potestades supremas?* ¿Y no dice también poco después: *Pagad a todos las*

dunt, et ideo veracia sunt, et neminen fallunt, quibus praenuntiatur vita iusto, poena impio. Haec sunt quippe in aeternum iudicia iustitiae Dei.

SERMO XXXI

1 [v.161]. Quas persecutiones a regibus terrae corpus Christi, hoc est sancta Ecclesia pertulerit, novimus. Agnoscamus ergo hic etiam eius verba dicentis, *Principes persecuti sunt me gratis, et a verbis tuis formidavit cor meum.* Quid enim Christiani laeserant regna terrena, quamvis eis regnum caelorum promiserit rex eorum? quid, inquam, laeserant regna terrena? Numquid eorum rex milites suos prohibuit impendere et exhibere quae debentur regibus terrae? Nonne de hoc sibi calumniam molientibus Iudaeis ait: *Reddite Caesari quae Caesaris sunt, et Deo quae Dei sunt?* (Mt 22,21). Nonne tributum de ore piscis etiam ipse persolvit? (ib. 17,23-26). Nonne praecursor eius, militibus regni huius quid facere deberent pro aeterna salute quaerentibus, non ait, Cingulum solvite, arma proiicite, regem vestrum deserite, ut possitis Domino militare; sed ait, *Neminem concusseritis, nulli calumnias feceritis; sufficiat vobis stipendium vestrum?* (Lc 3,14). Nonne unus militum eius et dilectissimus comes eius, commilitonibus suis, et quodammodo Christi provincialibus dixit: *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit?* Et paulo post ait: *Reddite omnibus debita: cui tributum, tributum; cui vectigal,*

deudas: a quien tributo, tributo; a quien alcabala, alcabala; a quien temor, temor; a quien honor, honor. No debáis nada a nadie, sino el amaros unos a otros? ¿Acaso no mandó también que la Iglesia rogase por los mismos reyes? ¿En qué, pues, les ofendieron los cristianos? ¿Qué deuda no pagaron? ¿En qué no obedecieron los cristianos a los reyes de la tierra? Luego los reyes terrenos persiguieron sin motivo a los cristianos. Pero atiende a lo que sigue: *Y mi corazón temió tus palabras.* Ellos usaron también de palabras conminatorias, tales como "destierro, confisco, mato, atormento con garfios, quemo al fuego, entrego a las bestias, despedazo los miembros"; pero más que estas palabras me atormentaron las suyas: *No temáis a los que matan el cuerpo, sin que puedan hacer otra cosa; sino temed a Aquel que tiene poder para arrojar a la perdición del fuego del infierno el alma y el cuerpo. Estas palabras tuyas fueron las que temió mi corazón,* y por eso desprecié al hombre, mi perseguidor, y vencí al diablo, mi seductor.

2 [v.162]. A continuación prosigue: *Yo me regocijaré en tus dichos como el que encontró muchos despojos.* Venció por las misma palabras que temió. A los vencidos se les arrebata el botín, así como, una vez vencido, fue despojado aquel de quien se dice en el Evangelio: *Nadie entra en la casa del fuerte para arrebatarle sus enseres a no ser que primero hubiere sujetado al fuerte.* Se recogió inmenso botín cuando, admirados de la paciencia de los mártires, creyeron también los que les persiguieron, siendo conquistados de este modo por Cristo aquellos que pretendieron dañar a nuestro Rey con el detrimento de sus soldados. Luego todo

vectigal; cui timorem, timorem; cui honorem, honorem. Nemini quidquam debeatis, nisi ut invicem diligatis (Rom 13,1.7 et 8). Nonne praecepit ut pro ipsis etiam regibus oraret Ecclesia? (1 Tim 2,1.2). Quid ergo eos Christiani offenderunt? quod debitum non reddiderunt? in quo Christiani non sunt terrenis regibus obsecuti? Ergo terreni reges Christianos gratis persecuti sunt. Sed quod subiecit, attende: *Et a verbis tuis formidavit cor meum.* Habuerunt quidem et illi verba minacia, Expello, proscribo, occido, ungulis torqueo, ignibus torreo, bestiis subrigo, membra dilanio: sed tua me potius verba terruerunt, *Nolite timere eos qui corpus occidunt, et postea non habent quid faciant; sed eum timete qui habet potestatem et corpus et animam perdere in gehennam* (Mt 10,28). *Ab* his *verbis tuis formidavit cor meum;* et contempsi hominem persecutorem meum, et vici diabolum seductorem meum.

2 [v.162]. Denique sequitur: *Exsultabo ego super eloquia tua, sicut qui invenit spolia multa.* Per ea verba vicit, a quibus formidavit. Victis enim spolia detrahuntur; sicut victus et spoliatus est ille de quo dicitur in Evangelio, *Nemo intrat in domum fortis, ut vasa eius diripiat, nisi prius alligaverit fortem* (ib. 12,29). Sed spolia multa inventa sunt, quando patientiam mirati martyrum, etiam qui persecuti sunt crediderunt; et qui regem nostrum detrimento militum eius sunt damnificare

el que, para no ser vencido en el combate, teme las palabras del Señor, se regocija en ellas victorioso.

3 [v.163]. Para que no pensásemos que podía originarse por aquel temor odio a las palabras de Dios, aun cuando ya había dicho *me regocijé,* en lo cual no hubiera prorrumpido si las aborreciese, con todo, añade aún: *Odié la injusticia y la abominé, pero amé tu ley.* Es decir, que aquel temor de las palabras de Dios no engendró aborrecimiento de ellas, sino que conservó íntegra la caridad, pues, siendo la ley de Dios sus palabras y sus dichos, no hay peligro que perezca el amor por el temor cuando el temor es casto. Así, los hijos buenos temen y aman a sus padres; así, la mujer casta teme que su varón la abandone y ama por gozarle. Luego si el padre, hombre, y el marido, hombre, deben ser temidos y amados, muchos más lo debe ser nuestro Padre, que está en los cielos; y aquel Esposo, que es más bello, no por la hermosura de la carne, sino de la virtud, que todos los hijos de los hombres. Pero ¿quiénes aman la ley de Dios? Los que aman a Dios. Y ¿qué tiene de triste la ley del padre para los buenos hijos? ¿Acaso el corregir al que ama y el azotar a todo aquel a quien recibe por hijo? Ten en cuenta que quien rehúsa estos juicios, no consigue las promesas. Luego alábense los juicios paternos en cuanto al castigo si se aman las promesas en cuanto al premio.

4 [v.164]. Así, pues, obra este que dice: *Te alabé al día siete veces por los juicios de tu justicia.* Siete veces al día quiere decir siempre, ya que este número suele simbolizar la universalidad. Por esto, a los seis días de las obras de Dios se añadió el sép-

moliti, ab illo sunt insuper acquisiti. Quisquis ergo a verbis Dei, ne in certamine vincatur formidat, super eadem verba victor exsultat.

3 [v.163]. Nam ne putaremus ex illa formidine odium verborum Dei potuisse subrepere; quamvis iam dixerit, *Exultavi super eloquia tua,* quod utique non diceret, si odisset ea; tamen adhuc addidit, et dicit: *Iniustitiam odio habuit, et abominatus sum; legem autem tuam dilexi.* Nempe a verbis eius illa formido non fecit eorumdem verborum odium, sed integram tenuit charitatem. Neque enim lex Dei non sunt verba et eloquia Dei. Absit ergo ut timore pereat amor, ubi castus est timor. Sic patres a filiis piis et timentur et amantur; sic pudica coniux virum et timet, ne ab illo diseratur, et amat, ut fruatur. Si ergo et pater homo, coniux homo, et timeri et amari debet; multo magis Pater noster qui in coelis est (Mt 6,9), et ille sponsus, non carne prae filiis hominum, sed virtute formosus (Ps 44,3). A quibus enim diligitur lex Dei, nisi a quibus diligitur Deus? Et quid habet bonis filiis triste lex patris? An quoniam quem diligit corripit, et flagellat omnem filium quem recipit? (Hebr 12,6). At qui haec iudicia respuit, promissa non recipit. Paterna ergo iudicia laudentur et in flagello, si promissa diligantur in praemio.

4 [v.164]. Ita plane facit iste, qui dicit, *Septies in die laudavi te, super iudicia iustitiae tuae. Septies in die* quod ait, significat Semper. Solet esse quippe iste numerus universitatis indicium: propter quod sex

timo día de descanso y así el tiempo total se desenvuelve pasando y volviendo a pasar estos siete días. En el mismo sentido de universalidad se dijo también: *Siete veces caerá el justo, y se levantará.* Es decir, el justo que no prevarica, pues de lo contrario ya no sería justo; de cualquier modo que sea humillado, no perece. Se dijo *caerá siete veces* atendiendo a toda clase de tribulaciones con las que a la vista de los hombres es abatido; y se añadió *se levantará* teniendo en cuenta que por las mismas tribulaciones aprovecha. Esta sentencia la aclara suficientemente la que sigue a continuación en el mismo libro: *Pero los impíos perecerán en los males.* Así, pues, el caer y levantarse siete veces el justo es no precipitarse en el mal. Con razón la Iglesia alabó a Dios siete veces al día por los juicios de su justicia, porque, habiendo llegado el tiempo de comenzar el juicio por la casa de Dios, no pereció en todas sus tribulaciones, sino que fue glorificada con los triunfos de los mártires.

5 [v.165]. *Mucha paz*—dice—*para los que aman tu ley, y no hay para ellos tropiezo.* ¿Esto quiere decir que no es tropiezo la ley para ellos o que quienes, en manera alguna tropiezan, la aman? Ambas cosas pueden entenderse rectamente, pues el que ama la ley de Dios enaltece también lo que en ella no entiende; y, cuando le parece que le suena mal algo, más bien juzga que no lo entiende y que allí se oculta algún gran misterio. Por esto la ley de Dios no le sirve de tropiezo. Mas para que de ninguna manera tropiece, no mire a los hombres de cualquier profesión, por santa que sea, de suerte que penda su fe de las costumbres de ellos, no

diebus divinae operationis, septimus adiectus est quietis (Gen 2,2); et per septem dies currentes et recurrentes, tempora universa volvuntur. Nec ob aliud dictum est, *Septies cadet iustus, et resurget:* id est, non perit iustus, modis omnibus humiliatus, sed non praevaricatus, alioquin non erit iustus. Nam pro omni genere tribulationis, qua in conspectu hominum deiicitur, positum est, *septies cadit;* et pro eo quod ex ipsis omnibus tribulationibus proficit, positum est, *resurget.* Satis illustrat in eo libro consequens sententia praecedentem: ibi enim sequitur, *Impii autem infirmabuntur in malis* (Prov 24,16). Hoc est itaque iusto septies cadere et resurgere, in omnibus malis non infirmari. Merito igitur septies in die laudavit Ecclesia Deum super iudicia iustitiae ipsius; quia cum tempus esset ut iudicium inciperet a domo Domini (1 Petr 4,17), in omnibus tribulationibus suis non infirmata, sed coronis martyrum glorificata est.

5 [v.165]. *Pax multa,* inquit, *diligentibus legem tuam, et non est scandalum.* Utrum ipsa lex diligentibus se scandalum non est, an diligentibus eam nullum est undecumque scandalum? Sed utrumque recte intelligitur. Qui enim diligit Dei legem, etiam quod in ea non intelligit honorat; et quod ei sonare videtur absurde, se potius non intelligere, et aliquid magnum latere ibi iudicat: ideo lex Dei non est ei scandalum. Ut autem nullum scandalum omnino patiatur, non sic homines sanctae cuiusque professionis attendat, ut fides eius ex eorum moribus pendeat;

acontezca que, cayendo algunos de aquellos a quienes tenía en gran concepto, perezca él por el tropiezo; sino ame la misma ley de Dios, y tendrá mucha paz y para él no habrá tropiezo. Ame la ley con seguridad, que no sabe inducir al pecado aunque muchos pequen con ella.

6 [v.166]. *Esperaba*—dice—*tu salud, ¡oh Señor!, y amé tus mandamientos.* ¿Qué les hubiera aprovechado a los justos antiguos el haber amado los preceptos de Dios si Cristo, con cuyo espíritu dado a ellos pudieron amar los mandamientos de Dios, y que es la salud de Dios, no les hubiera librado? Luego si esperaban la salud de Dios los que amaron sus mandamientos, ¿cuánto más necesario era Jesús, es decir, la salud de Dios, para salvar a los que no los amaron? Puede también convenientemente aplicarse esta profecía a los santos de estos tiempos, contados desde que, revelada la gracia, se predica el Evangelio, pues esperan a Cristo quienes aman los mandamientos de Dios, a fin de que, cuando aparezca Cristo, nuestra vida, entonces también aparezcamos nosotros con El en gloria.

7 [v.167-168]. *Guardó mi alma*—dice—*tus testimonios y los amó ardientemente,* o como algunos códices escriben a secas: *y los amó,* sobrentendiéndose *mi alma.* Se guardan tus mandamientos cuando no se niegan. Este es el ejercicio de los mártires, ya que los testimonios en griego se denominan martirios. Pero como de nada aprovecha ser quemado en las llamas en pro de los testimonios de Dios faltando la caridad, por eso añade: *Y los amé en gran manera.* En el versillo anterior (166) había dicho: *Amé tus testimonios;* en éste (167) dice: *Guardé y amé tus testimonios;*

ne aliquibus cadentibus quos pro magno habebat, ipse scandalo pereat: sed ipsam Dei legem diligat, et erit ei pax multa, nullumque scandalum. Securus enim diligit eam, in qua etiamsi multi peccant, peccare ipsa non movit.

6 [v.166]. *Exspectabam,* inquit, *salutare tuum, Domine, et mandata tua dilexi.* Quid enim iustis profuisset antiquis Dei dilexisse mandata, nisi eos Christus qui est Dei salutare, liberasset; cuius etiam spiritu impertito mandata Dei diligere potuerunt? Si ergo exspectabant salutare Dei, qui mandata eius dilexerunt; quanto magis necessarius erat Iesus, hoc est salutare Dei, salvis faciendis eis qui mandata eius non dilexerunt? Potest ista etiam sanctis istorum temporum, ex quo gratia revelata Evangelium praedicatur, congruere prophetia: exspectant enim Christum qui mandata Dei diligunt, ut cum Christus apparuerit vita nostra, tunc et nos appareamus cum illo in gloria (Col 3,4).

7 [v.167-168]. *Custodivit,* inquit, *anima mea testimonia tua, et dilexi ea valde:* vel, sicut nonnulli codices habent, *dilexit,* ut subaudiatur, *anima mea.* Custodiuntur testimonia Dei, dum non negantur. Hoc est martyrum officium, quia testimonia graece martyria nuncupantur. Sed quia pro testimoniis Dei etiam flammis concremari sine charitate nihil prodest (1 Cor 13,3), ideo addidit, *Et dilexi ea valde.* Supra autem dixe-

y en el siguiente (168): *Guardé tus mandamientos y tus testimonios,* pues dice así: *Guardé tus mandamientos y tus testimonios.* Y dice esto porque el que verdaderamente los ama, los guarda de buena gana. Pero como muchas veces acontece que, al guardar los *mandamientos* de Dios, nos hacemos enemigos de aquellos contra cuya voluntad los guardamos, por eso han de guardarse con *toda fortaleza* también los *testimonios,* no sea que se nieguen por la persecución de los enemigos.

8. Luego, habiendo dicho éste que hizo ambas cosas, atribuye a Dios el haberlo llevado a cabo, añadiendo y diciendo: *Porque todos mis caminos están delante de ti, ¡oh Señor!* Dice: *Guardé tus mandamientos y tus testimonios, porque todos mis caminos están delante de ti,* como si dijera: "Si hubieses apartado tu rostro de mí, me hubiera conturbado y no hubiese guardado tus mandamientos y testimonios. Los guardé *porque todos mis caminos están delante de ti*". Ciertamente quiso dar a entender que Dios veía a sus caminos con ojos propicios y favorecedores, conforme lo pidió el que dijo: *No apartes tu rostro de mí.* También, el rostro de Dios se halla sobre los que obran males, pero para borrar su memoria de la faz de la tierra. Pero éste no dijo, por cierto, que Dios veía sus caminos así, sino como Dios conoce el camino de los justos y del modo que dijo a Moises: *Te conozco con preferencia a todos.* Porque, si el tener delante de Dios sus caminos no le ayudase a caminar, no diría que guardó sus mandamientos y testimonios, porque todos sus caminos estaban en la presencia del Señor. Supo, pues, oír: *Servid al Señor con temor*

rat, *Mandata tua dilexi;* deinde sequenti versu, *Testimonia tua,* et *custodivi,* et *dilexi:* postea, *Et mandata tua,* et *testimonia tua custodivi;* ait enim, *Custodivi mandata tua et testimonia tua.* Qui enim diligit, ipsa veraciter libenterque custodit. Plerumque autem dum mandata Dei custodiuntur, fiunt inimici contra quorum voluntatem custodiuntur: tunc vero fortiter et testimonia custodienda sunt, ne persequentibus inimicis negentur.

8. Cum ergo se iste utrumque fecisse dixisset, Deo tribuit unde fecit, adiungendo atque dicendo: *Quia omnes viae meae in conspectu tuo, Domine.* Ideo, inquit, *custodivi mandata tua et testimonia tua; quia omnes viae meae in conspectu tuo.* Tanquam diceret: Si avertisses a me faciem tuam, fierem conturbatus, nec tua mandata et testimonia custodirem. Custodivi ergo, *quia omnes viae meae in conspectu tuo.* Propitio quippe et adiuvante conspectu, voluit intelligi Deum videre vias suas; sicut oravit qui dixit, *Ne avertas faciem tuam a me* (Ps 26,9). Nam utique facies Domini est et super facientes mala, sed ut perdat de terra memoriam eorum (Ps 23,17). Non sic profecto iste dixit vias suas ab illo videri; sed sicut novit Dominus vias iustorum (Ps 1,6), et sicut ait Moysi, *Scio te prae omnibus* (Ex 23,17). Nam si hoc eum non adiuvaret gradientem, quod eius viae sunt in conspectu Dei, non diceret ideo se custodisse mandata et testimonia eius, quia omnes viae suae sunt in conspectu Domini. Novit enim audire, *Servite Domino in timore, et exsultate ei cum*

y alegraos en El con temblor; percibid la enseñanza, no sea que se aíre el Señor y os apartéis del camino justo, porque, si no hubiera permanecido en la presencia del Señor, no se hubiera mantenido en el camino de la justicia. También el apóstol San Pablo ordena este temor a los que dice: *Obrad vuestra salvación con temor y temblor;* y, declarando por qué dice esto, añade: *Dios es el que obra en vosotros el querer y el obrar según su benevolencia.* Luego Dios tiene ante su presencia los caminos de los justos para dirigir sus pasos, porque éstos son los caminos de los que se escribió en los Proverbios: *Dios conoce los caminos que se hallan a la derecha. Y son perversos*—añade—*los que están a la izquierda,* en lo cual nos da a entender que el Señor no conocerá estos últimos caminos; y, por lo mismo, dirá a los perversos: *No os conozco.* Para demostrar el fruto que se sigue de conocer Dios los caminos que están a la derecha, es decir, los de los justos, añade a continuación: *El hará rectos tus pasos, extenderá tus caminos en paz.* He aquí por qué dice éste también: *Guardé tus mandamientos y tus testimonios;* pues, como si le preguntásemos: "¿A qué se debió el haber podido guardarlos?", prosigue y dice: *Porque todos mis caminos están delante del Señor.*

SERMÓN 32

1 [v.169]. Oigamos ahora la voz del que ora, ya que sabemos quién ora y que, si no somos réprobos, también nos reconocemos miembros de este que ora. *Acérquese mi oración a tu presencia,*

tremore: apprehendite disciplinam, nequando irascatur Dominus, et pereatis de via iusta (Ps 2,11 et 12); quia nisi in conspectu Domini esset, via iusta non esset. Nam hunc timorem et tremorem apostolus etiam Paulus imponit eis quibus dicit, *Cum timore et tremore vestram ipsorum salutem operamini:* et cur hoc dixerit aperiens, *Deus est enim,* inquit, *qui operatur in vobis et velle et operari, pro bona voluntate* (Phil 2,12.13). Ad hoc sunt ergo in conspectu Domini viae iustorum, ut dirigat gressus eorum, quoniam ipsae sunt viae de quibus scriptum est in Proverbiis, *Vias autem quae a dextris sunt, novit Dominus: perversae autem sunt,* inquit, *quae a sinistris:* ut intelligeremus quod eas non noverit Dominus, propter quos perversis dicturus est, *Non novi vos* (Mt 7,23). Porro ut ostenderet quo fructu vias quae a dextris sunt, id est iustorum, noverit Dominus, continuo subiecit: *Ipse enim rectos faciet gressus tuos, et itinera tua in pace producet* (Prov 4,27). Ecce quare ait etiam iste, *Custodivi mandata tua et testimonia tua.* Et velut quaereremus hoc unde potuerit: *Quia omnes,* inquit, *viae meae in conspectu tuo, Domine.*

SERMO XXXII

1 [v.169]. Vocem nunc orantis audiamus: quoniam quis oret novimus, et nos ipsos si reprobi non sumus, in membris huius orantis agnoscimus. *Appropinquet oratio mea in conspectu tuo, Domine;* id est oratio

¡oh Señor! Es decir, llegue a ti la oración que hago delante de ti, pues el Señor está cerca de los que se atribularon su corazón. *Dame entendimiento, según tu palabra.* Pide lo que prometió, porque dice: *según tu palabra,* como si dejara: "según tu promesa". Esto lo prometió el Señor cuando dijo: *Te daré entendimiento.*

2 [v.170]. *Penetre mi ruego a tu presencia, Señor; líbrame, según tu palabra.* Repite, en cierto modo, la petición. Porque lo que primeramente había dicho: *Acérquese mi oración a tu presencia, Señor,* es semejante a esto que dice después: *Penetre mi ruego a tu presencia, Señor;* y lo que antes añadió al versillo anterior: *Dame entendimiento, según tu palabra,* conviene también con lo añadido al presente versillo: *Líbrame, según tu palabra;* ya que, recibiendo el entendimiento, se libra el que por sí mismo, no entendiendo, se engaña.

3 [v.171]. *Proferirán*—dice—*mis labios un himno cuando me hubieses enseñado tus justificaciones.* Sabemos de qué modo enseña Dios a los sumisos a Dios. Todo el que oyó del Padre y aprendió, se llega a Aquel que justifica al impío para guardar las justificaciones de Dios, no sólo reteniéndolas en la memoria, sino también obrando. Así, pues, el que se gloría, no se gloría en sí mismo, sino en el Señor, y profiere un himno de alabanza.

4 [v.172]. Pero como ya aprendió y alabó a Dios, su Maestro, a continuación quiere enseñar. *Mi lengua*—dice—*publicará tus palabras, porque todos tus mandamientos son justicia.* Como dice que ha de anunciar estas cosas, sin duda se constituye en predi-

mea, quae fit in conspectu tuo, appropinquet tibi. Prope est enim Dominus his qui obtriverunt cor (Ps 33,19). *Secundum eloquium tuum da mihi intellectum.* Promissum petit. Nam hoc ait, *Secundum eloquium tuum;* tanquam diceret, secundum promissum tuum. Promisit enim hoc Dominus, ubi ait, *Intellectum dabo tibi* (Ps 31,8).

2 [v.170]. *Intret postulatio mea in conspectu tuo, Domine; secundum eloquium tuum eripe me.* Repetit quodammodo quod petivit. Nam quod prius dixerat, *Appropinquet oratio mea in conspectu tuo, Domine;* huic simile est quod ait posterius, *Intret postulatio mea in conspectu tuo, Domine;* et quod prius, *Secundum eloquium tuum da mihi intellectum;* huic congruit quod posterius, *Secundum eloquium tuum eripe me.* Accipiendo quippe intellectum eripitur, qui per seipsum non intelligendo decipitur.

3 [v.171]. *Eructabunt,* inquit, *labia mea hymnum, cum docueris me iustificationes tuas.* Novimus quemadmodum doceat eos Deus qui sunt docibiles Deo. Omnis enim qui audivit a Patre et didicit, venit ad eum qui iustificat impium (Io 6,45): ut non solum memoria retinendo, verum etiam faciendo custodiat iustificationes Dei. Sic enim qui gloriatur, non in seipso, sed in Domino gloriatur (1 Cor 1,31), hymnusque eructatur.

4 [v.172]. Sed iam quia didicit et laudavit doctorem Deum, deinde vult docere. *Pronuntiabit,* inquit, *lingua mea eloquia tua, quia omnia mandata tua iustitia.* Cum haec se pronuntiaturum dicit, utique minister fit verbi. Quamvis enim Deus doceat intrinsecus; tamen fides ex auditu

cador de la palabra. Aun cuando Dios enseñe interiormente, la fe, sin embargo, proviene del oír. ¿Y cómo oirán, si no hay quien predique? Pues no porque Dios da el incremento no ha de plantarse y regarse.

5 [v.173-174]. Como ya prevé los peligros que habían de seguirse por parte de los contradictores y perseguidores cuando se predicase la palabra de Dios, añade: *Hágase tu mano para salvarme, porque elegí tus mandamientos.* Para no temer ni encerrar por completo en mi corazón tus palabras, sino que también las predicase la lengua, *elegí tus mandamientos* y con el amor reprimí el temor. Esté pronta tu mano para salvarme de la mano ajena, pues de este modo Dios salvó a los mártires al no permitir que los matasen en cuanto al alma, puesto que es vana la salud del hombre en cuanto al cuerpo. También puede tomarse *hágase, o sea, o esté pronta tu mano,* de modo que se entienda que Cristo es la mano de Dios, según aquello de Isaías: *Y el brazo del Señor, ¿a quién se reveló?,* pues ciertamente no era hecho el Unigénito, siendo así que por El fueron hechas todas las cosas; pero el que era Creador fue hecho de la estirpe de David para ser Jesús, esto es, Salvador. Pero, siendo familiar a la Escritura la expresión *hágase tu mano:* y *se hizo la mano del Señor,* ignoro que pueda acomodarse o darse este sentido en todos los pasajes. Mas en dondequiera que oigamos lo que sigue: *Codicié tu salud, ¡oh Señor!,* aun cuando se opongan todos nuestros enemigos, creemos que se trata de Cristo, salud de Dios. Los antiguos justos en verdad confiesan que le desearon; la Iglesia, que anheló viniese de las entrañas de

est: et quomodo audiunt sine praedicante? (Rom 10,17.14). Neque enim quia Deus dat incrementum (1 Cor 3,7), ideo non est plantandum et rigandum.

5 [v.173-174]. Scit autem quae pericula secutura sint a contradicentibus et persequentibus, cum fuerit pronuntiator eloquiorum Dei: propter quod adiunxit, *Fiat manus tua, ut salvum me faciat; quia mandata tua elegi.* Ut non timerem, nec solum cor meum teneret, sed lingua etiam pronuntiaret eloquia tua; *mandata tua elegi,* timoremque amore compressi. Fiat ergo manus tua, ut salvum me de manu facias aliena. Sic autem Deus salvos martyres fecit, cum eos in anima non permisit occidi: nam secundum carnem vana salus hominis (Ps 59,13). Potest et sic accipi, *Fiat manus tua,* ut manus Dei Christus intelligatur; iuxta illud Isaiae, *Et brachium Domini cui revelatum est?* (Is 53,1). Non enim erat factus Unigenitus, cum per eum facta sint omnia (Io 1,3); sed factus est ex semine David (Rom 1,3), ut esset Iesus, id est Salvator, qui iam erat Creator. Sed cum familiare sit Scripturae, *Fiat manus tua;* et, *Facta est manus Domini* (Ez 1,3, etc.): nescio utrum possit hic sensus in eis locis omnibus obtineri. Sane ubi audimus quod sequitur, *Concupivi salutare tuum, Domine;* etiam nolentibus omnibus inimicis, salutare Dei nobis Christus occurrat: ipsum se concupisse iusti antiqui veracissime confitentur, ipsum concupivit Ecclesia venturum de

su madre, desea que venga de la diestra del Padre. A esta sentencia se añade también: *Y tu ley es mi meditación,* porque la ley testimonia a Cristo.

6 [v.175]. En esta fe, ya que *con el corazón se cree para justicia y con la boca se confiesa para salud,* bramen las gentes, mediten los pueblos cosas vanas y se dé muerte a la carne al predicarte; con todo, en ella *vivirá mi alma, y te alabará, y tus juicios me ayudarán.* Estos juicios son aquellos *de los cuales llegó el tiempo de que comenzasen por la casa del Señor.* Pero *me ayudarán,* dice. Y ¿quién no ve cuánto ayudó a la Iglesia la sangre de la Iglesia? ¿Quién no ve la gran mies que brotó en todo el orbe de aquella sementera?

7 [v.176]. Por fin se da a conocer por completo y declara la persona que habla en todo este salmo: *Anduve errante*—dice—*como oveja perdida. Busca a tu siervo, porque no me olvidé de tus mandamientos.* Algunos códices no dicen *busca,* sino *vivifica.* En griego se diferencian estos dos verbos por una sola sílaba colocada en medio: *zeson* y *zeteson;* de aquí que los mismos códices griegos varían. Pero cualquiera de estas dos palabras que sea la auténtica; se busque la oveja perdida y se vivifique, pues por ella dejó el Pastor las noventa y nueve en el monte, y, buscándola, fue maltratado por las espinas judaicas. Pero aún se busca, y debe buscarse, ya que, hallada en parte, aún debe buscarse. Por lo que toca a lo que éste dice: *No me olvidé de tus mandamientos,* ya fue encontrada; pero por lo que se refiere a los que eligen los mandamientos

visceribus matris, ipsum concupiscit Ecclesia venturum a dextera Patris. Subiungitur autem huic sententiae, *Et lex tua meditatio mea est:* quia lex perhibet testimonium Christo.

6 [v.175]. Sed in hac fide, cum corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem (Rom 10,10); fremant gentes, populi meditentur inania (Ps 2,1), occidatur certe caro dum praedicat te: *Vivet anima mea, et laudabit te, et iudicia tua adiuvabunt me.* Iudicia quippe illa sunt, quae tempus erat ut inciperent a domo Domini (1 Petr 4,17). Sed *adiuvabunt me,* inquit. Et quis non videat quantum adiuverit Ecclesiam sanguis Ecclesiae? quanta ex illa semente seges toto orbe surrexerit?

7 [v.176]. Novissime prorsus aperit se, et quae persona per totum Psalmum loquebatur, ostendit. *Erravi,* inquit, *sicut ovis perdita; quaere servum tuum, quia mandata tua non sum oblitus.* Nonnulli codices non habent, *quaere,* sed *vivifica.* Una quippe syllaba interest, qua inter se in graeco distant ζῆσον et ζήτησον: unde et ipsi codices graeci variant. Sed quodlibet horum sit, ovis perdita quaeratur, ovis perdita vivificetur, propter quam pastor eius nonaginta novem dimisit in montibus, et eam quaerens (Mt 18,12), Iudaicis laceratus est vepribus. Sed adhuc quaeritur, adhuc quaeratur, ex parte inventa adhuc quaeratur. Ex ea namque parte, quia dicit iste, *Mandata tua non sum oblitus,* inventa est; sed per eos

de Dios, los comprenden y los aman, aún se busca, y por la sangre derramada y esparcida de su Pastor se va hallando en todas las gentes.

8. Según pude, en cuanto Dios me ayudó, traté y expuse este gran salmo; lo que, sin duda, hicieron y harán mejor que yo otros más sabios y doctos. Con todo, no debió faltar mi exposición sobre él teniendo sobre todo en cuenta la demanda de mis hermanos, a quienes soy deudor de este oficio. No debe extrañar no haber hablado nada sobre el alfabeto hebreo, del cual a cada ocho versillos del salmo se aplica una letra, y así se entreteje todo el salmo hasta su conclusión, porque nada encontré que mereciese la pena de ser expuesto; y además no es este salmo el único que lleva estas letras. Pero sepan los que no encuentran esto en las versiones griegas y latinas, porque se omitió, que en los códices hebreos todos los versos de ocho en ocho empiezan por una de aquellas letras que se les anteponen, según me informaron los que conocen aquella lengua. Esto no se hizo con más diligencia que la que acostumbran a poner los nuestros en los salmos que llaman abecedarios o acrósticos al componerlos en lengua latina o púnica, pues no todos los versos comienzan con la misma letra que anteponen hasta que termina el período, sino únicamente los primeros.

qui mandata Dei eligunt, colligunt, diligunt, adhuc quaeritur, et per sui pastoris sanguinem fusum atque dispersum, in omnibus gentibus invenitur.

8. Ut potui, quantum a Domino adiutus sum, psalmun istum magnum pertractavi et exposui. Quod profecto melius sapientiores doctioresque fecerunt, sive facturi sunt; nec ideo tamen ei nostrum deesse debuit ministerium, maxime id de me flagitantibus fratribus, quibus sum debitor huius officii. Quod autem de alphabeto hebraeo, ubi octoni versus singulis subiacent litteris, atque ita Psalmus totus contexitur, nihil dixi, non sit mirum, quoniam nihil quod ad istum proprie pertineret inveni: non enim solus habet has litteras. Illud sane sciant qui hoc in graeca et latina scriptura, quoniam non illic servatum est, invenire non possunt, omnes octonos versus in hebraicis codicibus ab ea quae illis praeponitur, littera incipere; sicut nobis ab eis qui illas noverunt litteras, indicatum est. Quod multo diligentius factum est, quam nostri vel latine vel punice, quos abecedarios vocant psalmos, facere consueverunt. Non enim omnes versus donec claudatur periodus, sed solos primos ab eadem littera incipiunt, quam praeponunt.

SALMO 119

[QUEJAS CONTRA LOS PERTURBADORES DE LA PAZ]

SERMÓN AL PUEBLO

1 [v.1]. El salmo que ahora hemos oído, y al que hemos respondido cantando, es breve, pero muy útil. No os esforzaréis por mucho tiempo oyendo, ni al obrar trabajaréis sin fruto, pues es tal como se consigna en su título: *Cántico de grado o gradual.* En griego se escribe *anabazmon.* Los peldaños o escalones pueden ser de subida o de bajada. Pero conforme se consignan en estos salmos los peldaños, son de subida. Luego los tomemos como peldaños por los que hemos de subir. Mas no busquemos subidas para los pies del cuerpo, pues en otro salmo se escribió: *Dispuso subidas en su corazón desde el valle de lágrimas al lugar que estableció.* Habló de subidas. ¿En dónde? En el corazón. ¿Por qué punto? Por el valle de lágrimas. Ahora parece que falta la palabra humana para poder explicar y quizás hasta pensar a dónde ha de subir. Ha poco oísteis, cuando se leía al Apóstol, que *el ojo no vio, ni el oído oyó, ni subió a corazón de hombre.* No subió a corazón de hombre; suba, pues, allí el corazón del hombre. Luego como *ojo no vio, ni oído oyó, ni subió a corazón de hombre,* ¿cómo puede decirse a donde ha de subir? Luego como no puede decirse o explicarse, añade: *al lugar que estableció.* ¿Qué más he de decir, añade el hombre por quien hablaba el Espíritu Santo, que a cierto sitio o a cierto lugar? Pues todo lo que yo dijere has de pensar que es terreno, reptas por la tierra, llevas carne: *El*

PSALMUS 119

SERMO AD PLEBEM

1 [v.1]. Brevis Psalmus est, et valde utilis, quem modo nobis cantatum audivimus, et cantando respondimus. Non diu laborabitis in audiendo, nec infructuose laborabitis in operando. Est enim, sicut eius titulus praenotatur, *Canticum graduum.* Graece scriptum est, ἀναβαθμῶν. Gradus vel descendentium sunt vel ascendentium: sed gradus quomodo in his psalmis positi sunt, ascendentes significant. Intelligamus ergo tanquam ascensuri: nec ascensiones pedibus corporalibus quaeramus, sed sicut in alio psalmo scriptum est, «Ascensiones in corde eius disposuit, in convalle plorationis, in locum quem disposuit» (Ps 83,6 et 7). Dixit «ascensiones»; ubi? Id est, «in corde». Unde? A «convalle plorationis». Et iam quo ascendatur, tanquam deficit sermo humanus, nec explicari potest, forte nec cogitari. Audistis modo, cum Apostolus legeretur. «Quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit» (1 Cor 2,9). «In cor hominis non ascendit»; cor hominis illuc ascendat. Ergo quia «oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit»; quomodo dici posset quo ascendendum est? Ideo cum dici

cuerpo que se corrompe sobrecarga al alma, y la habitación terrena deprime la mente que piensa en muchas cosas. ¿A quién hablaré? ¿Quién ha de oír? ¿Quién entenderá en dónde hemos de estar después de esta vida si subiéremos con el corazón? Luego como nadie lo entenderá, espera entonces algún inefable lugar de buenaventuranza que te estableció el que también dispuso subidas en el corazón. Pero ¿en dónde? *En el valle de lágrimas.* El valle simboliza la humildad; el monte, la grandeza. Existe un monte adonde subir: cierta grandeza espiritual. ¿Y cuál es este monte al que subimos? Nuestro Señor Jesucristo. El que hizo para ti, padeciendo, el valle del llanto, hizo, permaneciendo, el monte de subida. ¿Cuál es este valle del llanto?: *El Verbo se hizo carne y habitó entre nosotros.* ¿Cuál es este valle de lágrimas?: *Ofreció la mejilla al que le hería y fue saturado de oprobios.* ¿Cuál es este valle de lágrimas?: *Fue abofeteado, escupido, coronado de espinas y crucificado:* éste es el valle de lágrimas desde donde ha de subirse por ti. Pero ¿a dónde ha de subirse? *En el principio existía el Verbo, y el Verbo estaba junto a Dios, y el Verbo era Dios.* Pero el Verbo se hizo carne y habitó entre nosotros. Bajó a ti permaneciendo en sí; bajó a ti a fin de hacerse para ti valle de lágrimas; permaneció en sí siendo para ti monte de subida. *Aparecerá*—dice Isaías—*en los últimos tiempos el monte manifiesto del Señor, aprestado en la cima de los montes.* Ved a dónde ha de subirse. Pero no pienses en cosa terrena, no sea que porque oíste la palabra "monte" creas que se trata de alguna altura de la

non posset, ait, *In locum quem disposuit.* Quid tibi plus dicturus sum, ait homo per quem Spiritus sanctus loquebatur? in locum talem, aut locum talem? Quidquid dixero, terrenum cogitas, humi repis, carnem portas: corpus quod corrumpitur aggravat animam, et deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem (Sap 9,15). Cui loquar? quis auditurus est? quis capiet ubi erimus post hanc vitam, si in corde ascenderimus? Quia ergo nemo, spera aliquem ineffabilem beatitudinis locum, quem tibi disposuit qui ascensiones etiam in corde tuo disposuit. Sed ubi? *In convalle plorationis.* Convallis humilitatem significat; mons celsitudinem significat. Est mons quo ascendamus, spiritualis quaedam celsitudo. Et quis est iste mons quo ascendimus, nisi Dominus Iesus Christus? Ipse tibi fecit, patiendo, convallem plorationis, qui fecit, manendo, montem ascensionis. Quid est vallis plorationis? *Verbum caro factum est, et habitavit in nobis.* Quid est vallis plorationis? *Praebuit percutienti se maxillam; saturatus est opprobiis* (Thren 3,30). Quid est vallis plorationis? Colaphizatus est, sputis illinitus, spinis coronatus, crucifixus est. Haec est vallis plorationis unde tibi ascendendum est. Sed in quo ascendendum est? *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum et Deus erat Verbum.* Ipsum enim *Verbum caro factum est, et habitavit in nobis* (Io 1,1.14). Sic descendit ad te, ut maneret in se: descendit ad te, ut fieret tibi convallis plorationis; mansit in se, ut esset tibi mons ascensionis. *Erit,* inquit Isaias, *in novissimis diebus manifestus mons Domini, paratus in cacumine montium* (Is 2,2). Ecce quo ascendendum est.

tierra; ni cuando oigas las palabras "piedra, león, cordero" pienses en la dureza, en la fiereza, en la bestia. Nada de esto es en sí; y, sin embargo, se hizo todas las cosas por ti. Por aquí ha de ascenderse allí, por su arquetipo a su divinidad. Para ti se hizo modelo humillándose. Quienes no querían subir por el valle del llanto fueron forzados por El. Precipitadamente querían conseguir la subida; pensaban en elevados honores, mas no en el camino de la humildad. Supongo que entenderá vuestra caridad lo que digo: dos discípulos quisieron sentarse a los lados de Cristo, uno a la derecha, el otro a la izquierda. El Señor vio que pensaban apresurada y desarregladamente en honores, cuando ante todo debieran aprender a humillarse para ser ensalzados; y por eso les dice: *¿Podéis beber el cáliz que yo he de beber?* El había de beber el cáliz de la pasión en el valle de lágrimas; mas ellos, no atendiendo a la humildad de Cristo, querían asir la altura de Cristo. Los llamó al camino como a errantes, sin negarles lo que ellos querían, sino mostrándoles por dónde lo habían de conseguir.

2. Así, pues, hermanos, cantemos este salmo de subida los que hemos de subir en el corazón, pues para que subamos bajó a nosotros (Cristo). Jacob vio la escala y en ella se le mostraron ángeles que subían y bajaban. Ambas cosas vio. Podemos suponer que a quienes vio subir simbolizaban a los que aprovechan, y a quienes vio bajar, a los que desfallecen, porque, sin duda, encontramos esto en el pueblo de Dios, pues unos aprovechan y otros

si las manos son el poder, ¿qué significa *mano de la derecha?* Creo que ninguna otra cosa se entiende más aptamente por mano que el poder que Dios te dio para que, si quieres, concediéndotelo El, te coloques a la derecha, pues todos los impíos estarán a la izquierda, y todos los hijos buenos, a quienes se dirá: *Venid, benditos de mi Padre; recibid el reino que se os preparó desde el origen del mundo,* a la derecha; es decir, para que pudieras hacerte hijo de Dios recibiste el poder. ¿Qué poder? Aquel del cual dice San Juan: *Les dio potestad de hacerse hijos de Dios.* ¿Cómo recibiste este poder? *Creyendo en su nombre.* Luego, si crees, se te dio el poder de hallarte entre los hijos de Dios. El ser contado entre los hijos de Dios es lo mismo que pertenecer a la derecha. Luego tu fe es tu mano derecha; es decir, el poder que se te dio para hallarte entre los hijos de Dios es la mano de tu derecha. Pero ¿de qué vale el poder que recibió el hombre si el Señor no le protege? Ve que cree; ya camina en la fe; pero es débil, se agita entre tentaciones, entre inquietudes, entre la corrupción carnal, entre las sugestiones de la codicia, entre las insidias y los lazos del enemigo. Luego ¿de qué vale el tener poder y creer en Cristo para hallarte entre los hijos de Dios? ¡Ay del hombre aquel a quien el Señor no le proteja su fe! Esto quiere decir que Dios no permite que seas tentado más de lo que puedes soportar, según dice el Apóstol: *Fiel es Dios, el cual no os dejará ser tentados sobre lo que podéis.* Aun cuando ya seamos fieles, aun cuando ya la mano de nuestra derecha *se halla*

si manus potestas, quid est manus dexterae? Nihil arbitror intelligi congruentius, nisi ut intelligamus manum dexterae, potestatem quam tibi dedit Deus, ut si velis, donante Deo, ad dexteram sis. Erunt enim impii omnes ad sinistram; erunt autem omnes filii boni ad dexteram, quibus dicetur: *Venite, benedicti Patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi* (ib. 25,34). Ut autem sis ad dexteram, id est, ut possis Dei filius fieri, potestatem accepisti. Quam potestatem? De qua dicit Ioannes, *Dedit eis potestatem filios Dei fieri.* Unde accepisti hanc potestatem? *Credentibus,* inquit, *in nomine eius* (Io 1,12). Si ergo credis, ipsa tibi potestas data est, ut sis inter filios Dei. Esse autem inter filios Dei, hoc est ad dexteram pertinere. Ergo fides tua, manus dexterae tuae; id est, potestas quae tibi data est, ut sis inter filios Dei, manus est dexterae tuae. Sed quid valet ipsa potestas quam accepit homo, nisi Dominus protegat? Ecce credidit, iam ambulat in fide: infirmus est, inter tentationes agitatur, inter molestias, inter carnales corruptiones, inter suggestiones cupiditatis, inter versutias et laqueos inimici. Quid valet ergo, quia habet potestatem, et credidit in Christum, ut sit inter filios Dei? Vae homini illi, nisi et ipsius fidem Dominus protegat: id est, ut non te permittat tentari supra quam potes ferre; sicut dicit Apostolus, *Fidelis Deus, qui non vos permittet tentari supra quam potestis ferre* (1 Cor 10,13). Ille ergo qui non sinit tentari supra quam possumus ferre, quanvis iam fideles simus, quamvis iam manus dexterae nostrae sit in nobis, protegit nos Deus super manum

en nosotros, el mismo Dios, que no permite que seamos tentados más de lo que podemos, nos protege sobre la mano de nuestra derecha. No nos basta tener la mano de la derecha si El no protege también la misma mano derecha.

12 [v.6]. Observad que dije esto sobre las tentaciones. Atended a lo que sigue: *Te proteja el Señor sobre la mano de tu derecha.* Lo expuse, y pienso que lo entendisteis. Pues, si no hubieseis entendido lo que dije y lo que dijo la Escritura, no me hubierais demostrado con vuestras aclamaciones que lo entendisteis. Luego porque lo entendisteis, atended a lo que sigue: por qué proteja el Señor también la mano de la derecha, es decir, la fe, por la que hemos recibido el poder de ser hijos de Dios y de estar a la derecha, y por qué conviene que proteja el Señor. Por los escándalos o tropiezos. ¿De dónde dimanan los escándalos? De dos cosas han de temerse, puesto que dos son los preceptos de los cuales pende toda la ley y los profetas: el amor de Dios y del prójimo. Se ama a la Iglesia en atención al prójimo; a Dios, por Dios. A Dios, figuradamente, se le llama sol, y a la Iglesia, luna. Todo el que puede errar creyendo que Dios es algo distinto de lo que conviene creer y no crea que el Padre, el Hijo y el Espíritu Santo son una sola sustancia, se engañó con la malicia de los herejes, y principalmente de los arrianos. Si cree que hay algo menos en el Hijo o en el Espíritu Santo que en el Padre, tropezó en Dios y es quemado por el sol. El que, por otra parte, cree que la Iglesia se halla en un sitio únicamente y no la reconoce difundida por todo el orbe, y, por tanto, cree a los que

dexterae nostrae. Non nobis sufficit habere manum dexterae, nisi ille et ipsam manum dexterae protegat.

12 [v.6]. Ecce hoc de tentationibus dixi: intendite quid sequatur: *Protegat te Dominus super manum dexterae tuae.* Dixi, et, quod arbitror, recognovistis. Si enim non recognovissetis, et de Scripturis non recognovissetis, non vocibus vestris intellectum vestrum mihi significaretis. Ergo quia intellexistis, fratres, videte quid sequitur; quare protegat Dominus et super manum dexterae, id est, super ipsam fidem, in qua potestatem accepimus esse filios Dei, et esse ad dexteram: quare oportet ut protegat Dominus? Propter scandala. Unde sunt scandala? De duobus timenda sunt scandala, quia et duo sunt praecepta in quibus tota Lex pendet et Prophetae, dilectio Dei et proximi (Mt 22,37-40). Ecclesia propter proximum diligitur, Deus autem propter Deum. In Deo, intelligitur figurate dictus sol: in Ecclesia, intelligitur figurate dicta luna. Quisquis potest errare, ut aliud de Deo credat quam oportet, non credat Patrem et Filium et Spiritum sanctum unius esse substantiae, deceptus est versutia haereticorum, maxime Arianorum. Si aliquid minus in Filio, aut minus in Spiritu sancto quam in Patre crediderit, passus est scandalum in Deo; a sole uritur. Quisquis rursus putaverit Ecclesiam in una parte esse, et non eam cognoverit diffusam toto orbe terrarum, et crediderit eis qui dicunt, *Ecce hic est Christus, et ecce illic* (ib. 24,23), sicut modo audistis cum Evangelium legeretur; cum ille totum orbem

dicen: *Ved, aquí está Cristo; ved, allí está,* conforme oísteis cuando hace poco se leía el evangelio, siendo así que El compró toda la tierra, dando inmenso precio, tropieza en el prójimo y es quemado por la luna. El que yerra en la sustancia de la verdad, es quemado por el sol y durante el día, porque yerra en la misma sabiduría, de la cual se dijo: *El día anuncia al día la palabra.* De aquí que dice el Apóstol: *Proporcionamos lo espiritual a los espirituales. El día anuncia al día la palabra* (significa): *Proporcionamos lo espiritual a los espirituales. El día anuncia al día la palabra* significa: *Hablamos sabiduría entre los perfectos.* ¿Y qué quiere decir *y la noche anuncia a la noche ciencia?* Que a los párvulos se predica la humildad de Cristo, porque esto es leche, la cual es suficiente para los párvulos. Con todo, no se deja abandonados en la noche a los párvulos, porque en la noche luce también la luna, es decir, se anuncia la Iglesia por la carne de Cristo, ya que esta carne es Cabeza de la Iglesia. Quien no tropieza aquí, es decir, en la Iglesia y en la carne de Cristo, no es quemado por la luna. Quien no hubiere tropezado en la Verdad Inmutable e Incontaminable, no es quemado por el sol. No digo que no es quemado por el sol que con nosotros ven los animales y las moscas, sino por aquel sol del cual dirán al fin los impíos: *¿De qué nos aprovechó la soberbia?, y la jactancia de las riquezas, ¿qué nos proporcionó? Todas estas cosas pasaron como sombras;* y, habiendo dicho esto, añadirán: *Luego nos separamos del camino de la verdad y la luz de la justicia no nos alumbró, ni el sol nació para nosotros.* ¿Por ventura este sol material no sale para todos los impíos, habiéndolo ordenado Aquel de quien

emerit, quia tantum pretium dedit: ille tanquam in proximo scandalizatur; a luna uritur. Quisquis ergo errat in ipsa substantia veritatis, a sole uritur, et per diem uritur; quia in ipsa sapientia errat, de qua dictum est, *Dies diei eructat verbum:* unde dicit et Apostolus, *Spiritualibus spiritualia comparantes. Dies diei eructat verbum; Spiritualibus spiritualia comparantes. Dies diei eructat verbum; Sapientiam loquimur inter perfectos* (1 Cor 2,13:6). Quid est *nox nocti annuntiat scientiam?* (Ps 18,3). Parvulis praedicatur humilitas Christi, et caro Christi, et crucifixio Christi; quia ipsum est lac quod sufficit parvulis. Et ideo non relinquuntur in nocte parvuli, quia lucet et luna etiam in nocte; id est, per carnem Christi praedicatur Ecclesia, quia ipsa caro Christi caput Ecclesiae est. Quisquis ibi non scandalizatur, in ipsa Ecclesia et carne Christi, a luna non uritur. Quisquis scandalizatus non fuerit in veritate illa incommutabili et incontaminabili, a sole non uritur: non isto sole non uritur, quem nobiscum vident musmae et pecora; sed illo sole de quo dicunt impii in fine, *Quid nobis profuit superbia? et divitiarum iactatio quid contulit nobis? Transierunt omnia tanquam umbra.* Et cum ista dixissent: *Ergo,* inquiunt, *erravimus a via veritatis et iustitiae lumen non luxit nobis, et sol non ortus est nobis* (Sap 5,6-9). Numquid non iste sol omnibus impiis oritur, illo instituente de quo dictum

se dice que hace salir su sol sobre los buenos y los malos? Luego Dios hizo un sol que hace salir sobre los buenos y los malos, este sol que ven los buenos y los malos. Pero hay otro sol no hecho, sino engendrado, y por el cual fueron creadas todas las cosas, y en él se halla la sabiduría inmutable de la verdad. De éste dicen los impíos: *El sol no nació para nosotros.* Todo el que no yerra en la sabiduría, no es quemado por el sol. Todo el que no yerra en la Iglesia, en la carne del Señor, en las cosas que se hicieron temporalmente por nosotros, no es quemado por la luna. Sin embargo, cualquier hombre, aunque ya hubiese creído en Cristo, yerra aquí o allí, es decir, de un modo o de otro, si no tiene lugar en él lo que se dijo: *El Señor es tu protector sobre la mano de tu derecha.* Por eso, cuando dijo: *El Señor es tu protector sobre la mano de tu derecha,* como si el mismo salmista preguntase y dijese: "He aquí la mano de mi derecha, he aquí que ya elegí creer en Cristo, que recibí el poder de ser hijo de Dios; ¿por qué entonces Dios es aún mi protector por encima, es decir, sobre la mano de mi derecha?" A continuación lo explica, diciendo: *Porque el sol no te quemará durante el día, ni la luna durante la noche.* Es tu protector sobre la mano de tu derecha para que no te queme el sol durante el día, ni la luna durante la noche. Entended, hermanos, que se habló aquí figuradamente. En efecto, si pensamos en el sol visible, (vemos) que quema por el día. Pero ¿acaso quema la luna por la noche? ¿Qué es la ustión? El escándalo o tropiezo. Oye al Apóstol, que dice: *¿Quién enferma que yo no enferme? ¿Quién se escandaliza o tropieza que yo no me abrase?*

est: *Qui facit solem suum oriri super bonos et malos?* (Mt 5,45). Ergo alium solem fecit Deus, qui oritur super bonos et malos, istum quem vident et boni et mali; alius est autem ille sol, non factus, sed genitus, per quem facta sunt omnia, ubi est intelligentia incommutabilis veritatis: de ipso dicunt impii, *Et sol non ortus est nobis.* Quisquis in ipsa sapientia non errat, non uritur a sole. Quisquis in Ecclesia, et in carne Domini, et in his quae pro nobis temporaliter gesta sunt, non errat, non uritur a luna. Omnis autem homo quamvis iam crediderit in Christum, aut ibi errat, aut ibi, si non in illo fit quod dictum est, *Dominus tegumentum tuum super manum dexterae tuae.* Ideo enim cum dixisset, *Dominus tegumentum tuum super manum dexterae tuae;* quasi quaesisset ille et dixisset, Iam ecce est manus dexterae meae, iam elegi credere in Christum, accepi potestatem inter filios Dei esse, quid est quod Deus tegumentum meum est adhuc supra, id est, *super manum dexterae* meae? sequitur, *Per diem sol non uret te, neque luna per noctem.* Ad hoc igitur tegumentum tuum est super manum dexterae tuae, ut non te urat sol per diem, neque luna per noctem. Nam hinc intelligite, fratres, quia figurate dictum est. Etenim revera, solem visibilem si cogitemus, urit per diem: numquid luna urit per noctem? Sed quid est ustio? Scandalum. Audi Apostolum dicentem, *Quis infirmatur, et ego non infirmor? quis scandalizatur, et ego non uror?* (2 Cor 11,29).

13 [v.7]. Luego *no te quemará el sol durante el día, ni la luna durante la noche.* ¿Por qué? *Porque el Señor te guardará de todo mal.* El que es tu protector sobre la mano de tu derecha, que no duerme ni dormita, te guardará de todo mal: de los escándalos en el sol, de los escándalos en la luna. ¿A qué asunto o por qué motivo? Porque nos hallamos entre tentaciones; por tanto, *el Señor te guardará de todo mal. Guarde el Señor tu alma,* es decir, también tu alma. *Guarde tu entrada y tu salida desde ahora y para siempre.* No como a tu cuerpo, porque los mártires perecieron en cuanto al cuerpo; sino *guarde el Señor tu alma,* porque los mártires no murieron en cuanto al alma. Los perseguidores se ensañaron en Santa Crispina, de la que hoy celebramos su festividad; se ensañaban en la mujer débil y rica, pero era fuerte, porque el Señor, que la guardaba, fue su protector sobre la mano de su derecha. ¿Por ventura, hermanos, hay alguno en Africa que ignore quién fue esta mujer? Fue preclara, de noble estirpe, rica; pero todas estas cosas eran la izquierda, se hallaban debajo de la cabeza. Se acerca el enemigo para herir la cabeza, y se le ofrece la izquierda, que se hallaba debajo de la cabeza. La cabeza estaba arriba, la derecha la estrechaba por arriba. ¿Qué podía hacer el perseguidor aun cuando se trataba de una débil mujer? Era débil por el sexo, quizás más falta de vigor por las riquezas, y todavía más endeble por la vida corporal. Pero ¿qué podía hacer el enemigo ante tantas defensas? ¿Qué ante el Esposo, que extendió la izquierda debajo de la cabeza y con la derecha la abrazó? ¿Cuándo, estando de este modo defendida, pudiera

13 [v.7]. *Per diem* ergo *sol non uret te, neque luna per noctem.* Quare? Quia *Dominus custodiet te ab omni malo.* A scandalis in sole, a scandalis in luna, ab omni malo te custodiet, qui est tegumentum tuum super manum dexterae tuae, qui non dormit, neque dormitabit. Et ad quam rem? Quia in tentationibus sumus: *Dominus custodiet te ab omni malo. Custodiat animam tuam Dominus:* etiam ipsam animam. *Custodiat introitum tuum et exitum tuum, ex hoc nunc et usque in saeculum.* Non quasi corpus tuum; nam in corpore perempti sunt martyres: sed *custodiat animam tuam Dominus;* quia de anima non cesserunt martyres. Et saeviebant persecutores in Crispinam, cuius hodie natalitia celebramus; saeviebant in feminam divitem et delicatam: sed fortis erat, quia Dominus tegumentum eius super manum dexterae eius, ille qui eam custodiebat. Hanc enim, fratres, numquid est qui in Africa ignoret? Clarissima enim fuit, nobilis genere, abundans divitiis: sed haec omnia sinistra erant, sub capite erant. Venit inimicus qui feriret caput, et sinistra illi obiecta est, quae erat sub capite. Caput supra erat, dextera desuper complectebatur. Quid poterat facere persecutor, quamvis delicatae femininae? Erat quidem illa sexu infirma, et divitiis forte languidior, et consuetudine corporali infirmior; sed quid ad tanta munimenta? quid ad illum sponsum mittentem sinistram sub caput, et dextera sua complectentem? Quando sic munitam percuteret inimicus? Et tamen percussit, sed in corpus. Quid autem dicit Psalmus? *Custodiat*

herirla el enemigo? Y, sin embargo, la hirió, pero en el cuerpo. Pues ¿qué dice el salmo? *El Señor guarde tu alma.* El alma no murió, murió el cuerpo; pero murió temporalmente, porque al fin resucitará. Pues también el que se dignó ser Cabeza de la Iglesia ofreció temporalmente su cuerpo a la muerte, pero lo resucitó al tercer día. Al nuestro lo resucitará al fin del mundo. Resucitó la Cabeza en atención al Cuerpo para que no desfalleciese. *El Señor guarde tu alma.* No ceda; no se quiebre en los tropiezos; no ceda desfalleciendo en las persecuciones, en los trabajos, pues, según dice el Señor, *no temáis a los que matan el cuerpo y no pueden matar el alma; temed más bien a Aquel que puede matar el cuerpo y arrojar el alma al fuego del infierno. El Señor guarde tu alma* para que no cedas ante el perseguidor inicuo, ante el mentiroso promitente, ante el amenazador de las cosas temporales: *El Señor guarde tu alma.*

14 [v.8]. A continuación dice: *El Señor guarde tu entrada y salida desde ahora y para siempre.* Atiende temporalmente a tu entrada: *El Señor guarde tu entrada y tu salida desde ahora y para siempre.* Guarde también tu salida. ¿Qué significa "entrada"? ¿Qué "salida"? Cuando somos tentados, entramos; cuando vencemos la tentación, salimos. Ve la *entrada,* ve la *salida: El horno de fuego prueba las vasijas del alfarero, y la tentación de la tribulación, a los hombres justos.* Si los hombres justos son semejantes a los vasos del alfarero, es necesario que las vasijas del ollero entren en el horno. Con todo, el alfarero no está seguro cuando entran, sino cuando salen. Sin embargo, el Señor está se-

animam tuam Dominus. Anima non cessit, corpus percussum est. Et corpus ad tempus percussum est: nam in fine resurrectum est. Quia et ipse qui dignatus est esse caput Ecclesiae, praebuit corpus suum ad tempus percutiendum: sed carnem suam ille triduo resuscitavit; carnem nostram in fine resuscitaturus est. Ideo suscitatum est caput, quod attenderet corpus, ut non deficeret. *Custodiat animam tuam Dominus.* Ipsa non cedat, ipsa non frangatur scandalis; in persecutionibus, in tribulationibus, ipsa non cedat deficiendo: sicut Dominus dicit, *Nolite timere eos qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere: sed eum timete, qui habet potestatem corpus et animam occidere in gehenna ignis* (Mt 10,28). Hanc ergo animam tuam custodiat Dominus, ne cedas persuasori malo, ne cedas promittenti falsa, ne cedas minanti temporalia, et *custodiat animam tuam Dominus.*

14 [v.8]. Et deinde: *Custodiat Dominus introitum tuum et exitum tuum ex hoc nunc et usque in saeculum.* Nam introitum tuum ad tempus attende. *Custodiat Dominus introitum tuum et exitum tuum, ex hoc nunc et usque in saeculum.* Exitum idem custodiat. Quid est, *introitum?* quid est, *exitum?* Quando tentamur, intramus: quando vincimus tentationem, eximus. Audi, *introitum;* audi, *exitum. Vasa figuli probat fornax,* ait Scriptura, *et homines iustos tentatio tribulationis* (Eccli 27,6). Si sic sunt homines iusti, quomodo vasa figuli; necesse est ut vasa figuli fornacem intrent. Et non quando intrant, iam securus est figulus, sed cum

guro, porque sabe quiénes son suyos y quiénes han de hacerse añicos en el horno. No estallan los que no conservan viento de soberbia. Luego la humildad guarda en toda tentación, puesto que desde el valle de lágrimas subimos cantando el cántico de ascensión y el Señor guarda la entrada para que entremos salvos. Nos hallemos con robusta fe al sobrevenir la tentación, y el Señor guardará *la salida desde ahora y para siempre.* Cuando salgamos de toda tentación, ya no nos aterrará jamás tentación alguna ni nos incitará concupiscencia alguna en adelante. Oye al Apóstol conmemorando esto mismo, lo cual os recordé ha poco: *Fiel es Dios, el cual no permitirá que seáis tentados sobre lo que podéis soportar.* Ve que se guarda tu entrada. Cuando Dios no permite que te sobrevenga la tentación que no puedas vencer, guarda tu entrada. Observa si guarda también tu salida: *Y hace* —añade—*con la tentación también la salida para que podáis sobrellevarla.* ¿Por ventura, hermanos, puedo interpretar este pasaje del salmo de otro modo que nos lo declararon las palabras del Apóstol? Guardad, pues, vosotros, pero no por vosotros; porque el Señor, que guarda, que no dormita ni duerme, es la protección. Durmió una vez por nosotros; resucitó, ya no dormirá. Nadie presuma de sí. Subimos del valle de lágrimas; no nos detengamos en el camino. Aún faltan peldaños en el camino; no debemos ser perezosos, no debemos caer por la soberbia; digamos a Dios: "No resbale mi pie. El que nos guarda no duerme." En nuestro poder está, dándonoslo Dios, conocer si hacemos nuestro guardián a Aquel que no dormita ni duerme y que guarda a Israel. ¿A qué

exierint. Dominus autem securus est, quia novit qui sunt eius (2 Tim 2,19), et novit qui in fornace non crepent. Illi non crepant, qui non habent ventum superbiae. Humilitas ergo custodit in omni tentatione: quia a convalle plorationis ascendimus cantantes Canticum graduum; et custodit Dominus introitum, ut salvi intremus. Sana fide simus quando accidit tentatio, et custodit *exitum ex hoc nunc et usque in saeculum.* Cum enim exierimus ab omni tentatione, iam in aeternum nulla nos tentatio terrebit, nulla concupiscentia saltem sollicitabit. Audi Apostolum idipsum commemorantem, quod paulo ante commemoravi: *Fidelis Deus, qui non permittet vos tentari supra quam potestis ferre.* Ecce introitus tuus custoditur; quando non tibi sinit Deus accidere tentationem quam non potes ferre, introitum tuum custodit: videte si custodit et exitum. *Sed faciet,* inquit, *cum tentatione etiam exitum, ut possitis sustinere* (1 Cor 10,13). Numquid possumus nos, fratres, interpretari aliter, quam ipsa verba Apostoli docuerunt? Custodite ergo vos, sed non a vobis, quia Dominus tegumentum, qui custodit, qui non dormitat nec dormit. Semel dormivit pro nobis: surrexit; iam non dormiet. Nemo de se praesumat. De convalle plorationis ascendimus, non remaneamus in via. Gradus in via restant; non debemus pigri remanere, non debemus superbi cadere: dicamus Deo, Non moveatur pes noster. Non dormiet, qui custodit nos. In nostra potestate est, Deo donante, si eum nobis faciamus custodem qui non dormit neque dormitat, qui custodit Israel. Quem

Israel? Al que ve a Dios. Así vendrá tu auxilio del Señor; así será tu protección sobre la mano de tu derecha; así se guarda tu entrada y tu salida desde ahora y para siempre. Porque, si presumiste de ti, resbaló tu pie; al resbalar tu pie presumiendo, piensas que ya estás en algún peldaño; pero de allí caes si eres soberbio. El humilde, por el contrario, dice en el valle de lágrimas: *No permitas que resbale mi pie.*

15. Aunque el salmo es breve, sin embargo, la exposición y disertación fueron largas. Pensad, hermanos, que os convidé en la festividad de la bienaventurada Santa Crispina, y fui demasiadamente opulento en el convite que os presenté. ¿Por ventura no os puede acontecer también esto a vosotros al invitaros algún correligionario y obligaros a beber sin medida estando a la mesa? Se nos permita hacer esto a nosotros con la palabra divina para que os embriaguéis y saturéis, al modo que Dios se dignó regar la tierra con su lluvia temporal, para que con mayor gozo nos permita ir al lugar de los mártires, según lo prometimos el día de ayer. Pues los mártires nos acompañan en ocasión semejante sin dificultad.

SALMO 121

[SALUTACIÓN A JERUSALÉN]

SERMÓN AL PUEBLO

1. Como el amor impuro enardece al alma y arrastra a la que ha de perecer a desear las cosas terrenas y a seguir las caducas, precipitando en la sima y sumergiendo en el abismo, así el amor

Israel? Videntem Deum. Ita erit auxilium tuum a Domino, ita erit tegumentum tuum super manum dexterae tuae; ita custoditur introitus tuus et exitus tuus ex hoc nunc et usque in saeculum. Nam si de te praesumpseris, motus est pes tuus; si motus est pes tuus, iam putas te in aliquo gradu esse: inde cadis, si superbus es; quia humilis in convalle plorationis dicit, *Ne des ad movendum pedem meum.*

15. Etsi brevis Psalmus est, longa tamen tractatio, et longus sermo. Putate, fratres, quia per natalem beatae Crispinae invitavi vos, et immoderatior fui in convivio producendo. Nonne posset hoc vobis fieri, si quis vos militaris invitaret, et ad mensam sine mensura bibere cogeret? Liceat nobis hoc facere in divino sermone, ut inebriemini et satiemini, quemadmodum et Dominus pluvia sua temporali dignatus est terram irrigare, ut cum maiore gaudio nos sineret ire ad locum martyrum, sicut hesterno die promiseramus. Illi enim martyres sine labore hic sunt nobiscum.

PSALMUS 121

SERMO AD PLEBEM

1. Sicut amor immundus inflammat animam, et ad terrena concupiscenda et peritura sectanda perituram vocat, et in ima praecipitat, atque in profunda demergit: sic amor sanctus ad superna levat, et ad aeterna

santo eleva a las alturas, e inflama en vistas a lo eterno, y excita al alma hacia las cosas que no pasan ni mueren. Como quiera que todo amor tiene su propio vigor, y no puede estar ocioso en el alma del amante, es necesario que arrastre. ¿Quieres saber de qué amor se trate? Ve a dónde lleva. Luego no amonestamos que no améis nada, sino que no améis el mundo, para que así améis libremente a Aquel que hizo el mundo. Pues, entregada el alma al amor terreno, tiene como liga en sus alas y no puede volar. Por el contrario, si está purificada de los afectos inmundos del siglo, vuela, como con alas extendidas, con las dos alas libres de todo impedimento; es decir, con los dos preceptos del amor de Dios y del prójimo. ¿Adónde se encamina subiendo y volando si no es hacia Dios, ya que sube amando? Pero antes de que pueda, gime en la tierra, si ya existe en ella el deseo de volar, y dice: *¿Quién me dará alas como de paloma, y volaré y descansaré?* ¿De dónde se apartará volando? De entre los escándalos, en donde gemía este de quien es el clamor que conmemoré. Luego de entre los escándalos, de entre la mezcla de los hombres malos, de entre las pajas con las que se halla mezclado el grano, quiere volar a donde no encuentre trato ni roce de inicuos para vivir en la santa compañía de los ángeles, ciudadanos de la eterna Jerusalén.

2 [v.1]. Este salmo que emprendí hoy exponer a vuestra caridad anhela la eterna Jerusalén; mejor dicho, suspira por ella este que sube en este salmo, pues es cántico de grado. Muchas veces he dicho a vuestra caridad que éstos no son grados o peldaños de los (hombres) que bajan, sino de los que suben. Luego

inflammat, et ad ea quae non transeunt neque moriuntur, excitat animam, et de profundo inferni levat ad caelum. Habet tamen omnis amor vim suam, nec potest vacare amor in anima amantis; necesse est ducat. Sed vis nosse qualis amor sit? Vide quo ducat. Non ergo monemus ut nihil ametis; sed monemus ne mundum ametis, ut eum qui fecit mundum, libere ametis. Obligata enim anima amore terreno, quasi viscum habet in pennis; volare non potest. Mundata vero ab affectibus sordidissimis saeculi, tanquam extensis pennis et duabus alis resolutis ab omni impedimento, id est, duobus praeceptis dilectionis Dei et dilectionis proximi volat. Quo, nisi ad Deum ascendens volando, quia ascendit amando? Quod antequam possit, gemit in terra, si iam inest ei volandi desiderium; et dicit: *Quis dabit mihi pennas sicut columbae, et volabo, et requiescam?* (Ps 54,7). Quo autem volabit, nisi de mediis scandalis, ubi gemebat etiam iste cuius haec vox est quam commemoravi? De mediis ergo scandalis, a commixtione malorum hominum, a paleis quibus grana commixta sunt, volare vult, ubi non patiatur coniunctionem et societatem iniqui alicuius, sed vivat in sancta societate Angelorum civium in aeterna Ierusalem.

2 [v.1]. Ideo psalmus iste, quem hodie suscepimus tractandum Sanctitati vestrae, ipsam Ierusalem desiderat, id est, iste qui ascendit in hoc psalmo: est enim, *Canticum graduum;* quod saepe diximus Charitati vestrae, quia non sunt gradus isti descendentium, sed ascendentium. As-

éste quiere subir. ¿Y adónde quiere subir si no es al cielo? ¿Y qué significa al cielo? ¿Acaso quiere subir para estar con el sol, la luna y las estrellas? No por cierto, pues hay en el cielo una eterna Jerusalén, en donde están los ángeles, nuestros conciudadanos. Lejos de estos conciudadanos peregrinamos ahora en la tierra. En la peregrinación suspiramos, en la ciudad nos regocijaremos. Con todo, también encontramos compañeros en esta peregrinación que ya contemplan esta ciudad y nos invitan a que corramos hacia ella. Por éstos se regocija este que dice también: *Me regocijé con estos que me dijeron: "Iremos a la casa del Señor."* Hermanos, recuerde vuestra caridad la festividad de algún mártir o algún santo lugar adonde concurra en determinado día el pueblo para celebrar la fiesta. ¡De qué modo se excitan las turbas! ¡Cómo se exhortan y dicen: "Vayamos, vayamos"! Y cuando algunos preguntan: "A dónde hemos de ir?", se les dice: "A aquel lugar, al santo lugar." Mutuamente se hablan, y, como incendiados cada uno de por sí, todos juntos forman una llama; y esta llama formada por la conversación de los que se encienden mutuamente los arrastra al lugar santo, y el santo pensamiento los santifica. Luego si de este modo arrastra el amor santo a un sitio terreno, ¿cuál debe ser el amor que los arrebata armónicamente hacia el cielo diciéndose a sí mismo: "*Iremos a la casa del Señor?* Corramos, corramos, porque iremos a la casa del Señor. Corramos y no nos cansemos, porque llegaremos adonde no nos fatigaremos. Corramos hacia la casa del Señor. Se regocije nuestra alma con aquellos que nos dicen estas cosas. Los que nos dicen esto son los

cendere ergo vult iste. Et quo vult ascendere, nisi in caelum? Quid est, in caelum? Utrum ideo vult ascendere, ut sit cum sole et luna et stellis? Absit. Sed est in caelo aeterna Ierusalem, ubi sunt cives nostri Angeli: ab ipsis civibus nostris peregrinamur in terra. In peregrinatione suspiramus; in civitate gaudebimus. Invenimus autem et socios in ista peregrinatione, qui iam viderunt ipsam civitatem, et invitant nos ut curramus ad illam. Ad hos gaudet iste qui et dicit, *Iucundatus sum in his qui dixerunt mihi, In domum Domini ibimus.* Fratres, veniat in mentem Charitati vestrae, si qua forte festivitas martyrum et locus aliquis sanctus nominatur, quo certo die turbae confluant ad celebrandam solemnitatem; illae turbae quomodo se exsuscitant, quomodo se hortantur et dicunt: Eamus, eamus. Et quaerunt, Quo eamus? Et dicitur, Ad illum locum, ad sanctum locum. Invicem sibi loquuntur, et tanquam incensi singillatim faciunt unam flammam: et ipsa una flamma facta ex collocutione sese accendentium rapit illos ad locum sanctum, et cogitatio sancta sanctificat eos. Si ergo ad locum temporalem sic rapit amor sanctus; qualis amor debet esse qui concordes rapit in caelum, et dicentes sibi, *In domum Domini ibimus?* Ergo curramus, curramus, quia in domum Domini ibimus. Curramus, et non fatigemur; quia illuc perveniemus, ubi non lassabimur. Curramus in domum Domini, iucundetur anima nostra in his qui ea nobis dicunt. Qui enim ea nobis dicunt, priores viderunt ipsam patriam, de longinquo clamantes ad posteriores. *In domum Do-*

que primero divisaron la patria y de largo gritaron a los que veníain detrás de ellos: *Iremos a la casa del Señor.* Apresuraos, corred." La divisaron los apóstoles y nos dijeron: "Andad, corred, seguidnos. *Iremos a la casa del Señor.*" ¿Y qué dice cada uno de nosotros? *Me regocijé con estos que me dijeron: "Iremos a la casa del Señor."* Me regocijé con los profetas, me regocijé con los apóstoles. Todos éstos nos dijeron: *Iremos a la casa del Señor.*

3 [v.2]. *Ya estaban nuestros pies en los atrios de Jerusalén.* Si preguntabas por la casa del Señor, ve cual es la casa del Señor. En aquella casa es alabado el que edificó la casa. El es delicia de todos los que habitan en ella. El solo es la esperanza aquí y la realidad allí. Luego ¿qué deben pensar los que corren? Como que se hallan ya allí y están de pie allí. Gran cosa es estar allí afianzado entre los ángeles y no desfallecer. El que de allí cayó no permaneció en la verdad. Todos los que no caen permanecen firmes en la verdad. Allí permanece el que se goza con Dios; el que quiere gozar de sí mismo cae. ¿Quién desea gozar de sí mismo? El soberbio. Por eso, aquel que deseaba estar siempre en los atrios de Jerusalén dice: *En tu luz veremos la luz,* no en mi luz. Y también dice: *En ti está la fuente de vida,* no en mí. Y además, ¿qué añadió? *No venga sobre mí el pie de la soberbia, y la mano de los pecadores no me conmueva. Allí cayeron todos los que obran iniquidad; fueron zarandeados, y no pudieron sostenerse en pie.* Luego si no pudieron permanecer en pie, porque fueron soberbios, tú sube humildemente a fin de que digas: *Ya estaban nuestros pies en los atrios de Jerusalén.* Piensa cómo has de estar

mini ibimus: ambulate, currite. Viderunt illam Apostoli, et dixerunt nobis, Currite, ambulate, sequimini; *In domum Domini ibimus.* Et quid dicit unusquisque nostrum? *Iucundatus sum in his qui dexerunt mihi, In domum Domini ibimus.* Iucundatus sum in Prophetis, iucundatus sum in Apostolis. Omnes enim isti dixerunt nobis, *In domum Domini ibimus.*

3 [v.2]. *Stantes erant pedes nostri in atriis Ierusalem.* Ecce habes domum Domini, si quaerebas quid sit domus Domini. In illa domo Domini laudatur qui condidit domum: ipse deliciae omnium habitantium in domo; ipse sola spes hic, et res ibi. Ergo qui currunt, quid debent cogitari? Quasi ibi iam sint, et ibi stent. Magnum enim est ibi stare inter Angelos, et non deficere. Qui enim inde lapsus est, in veritate non stetit (Io 8,44). Quicumque non sunt lapsi, in veritate stant: et ille stat, qui Deo fruitur; qui autem se frui voluerit, cadit. Quis autem se frui vult? Qui superbus est. Ideo ille qui semper stare volebat in atriis Ierusalem, *In lumine tuo,* inquit, *vibedimus lumen;* non, in lumine meo: et, *Apud te,* inquit, *fons vitae;* non, apud me. Et quid adiecit? *Non veniat mihi pes superbiae, et manus peccatorum non moveat me. Ibi ceciderunt omnes qui operantur iniquitatem; expulsi sunt, non potuerunt stare* (Ps 35, 10.12.13). Si ergo illi non potuerunt stare, quia superbi fuerunt; humiliter ascende, ut dicas, *Stantes erant pedes nostri in atriis Ierusalem.* Cogita qualis ibi futurus sis; et quamvis adhuc in via sis, hoc tibi pone

allí el día de mañana, y, aun cuando todavía estés en el camino, piensa como si ya permanecieses allí, como si ya gozases indeficientemente entre los ángeles y como si ya acontezca en ti lo que se dijo: *Bienaventurados los que moran en tu casa; por los siglos de los siglos te alabarán. Ya estaban nuestros pies en los atrios de Jerusalén.* ¿De qué Jerusalén? Suele denominarse también Jerusalén a una ciudad terrena. Pero esta Jerusalén es sombra de aquélla. ¿Y qué extraordinario es hallarse en esta Jerusalén, cuando ella, que fue convertida en ruinas, no pudo permanecer en sí misma? Sin embargo, el Espíritu Santo, que habla por el corazón lleno de amor de este amante, tiene por grande esto, pues dice: *Estaban nuestros pies en los atrios de Jerusalén.* ¿Acaso se referiría a aquella Jerusalén a la cual dijo el Señor: *Jerusalén, Jerusalén, que matas a los profetas y apedreas a los enviados a ti?* ¿Qué cosa grande anhelaba entonces éste al querer estar entre los que mataban a los profetas y apedreaban a sus enviados? Lejos de nosotros creer que pensaba tal cosa de esta Jerusalén el que así amaba, el que así ardía, el que así quería arribar a la Jerusalén nuestra madre, de la cual dice el Apóstol que *es eterna y está en los cielos.*

4 [v.3]. Oye por fin; no me creas a mí; oye lo que sigue, y verás qué Jerusalén ofrece a nuestras mentes. Habiendo dicho: *Estaban nuestros pies en los atrios de Jerusalén,* como si se le preguntase: "¿A qué Jerusalén te refieres, de qué Jerusalén hablas?", añadió a seguido: *A la Jerusalén que se edifica como ciudad.* Hermanos, cuando decía esto David, estaba terminada en su construcción aquella ciudad, no se edificaba. Luego ignoro de qué ciu-

ante oculus, quasi ibi stes, quasi iam inter Angelos indeficiens gaudeas, et fiat in te quod dictum est, *Beati qui habitant in domo tua; in saecula saeculorum laudabunt te* (Ps 83,5). *Stantes erant pedes nostri in atriis Ierusalem.* Cuius Ierusalem? Solet enim dici et ista Ierusalem; sed ista Ierusalem umbra est illius. Et quid magnum est stare in ista Ierusalem, quando ista Ierusalem stare non potuit, quae in ruinam conversa est? Hoc ergo pro magno Spiritus sanctus ex inflammato corde amantis huius eloquitur, quia dicit, *Stantes erant pedes nostri in atriis Ierusalem?* nonne illa est Ierusalem, cui dixit Dominus, *Ierusalem, Ierusalem, quae interficis Prophetas, et lapidas missos ad te?* (Mt 23,37). Quid magnum ergo iste concupiscebat, stare inter illos qui interficiebant Prophetas, et lapidabant missos ad se? Absit ut de ista Ierusalem sic cogitet qui sic amat, qui sic ardet, qui sic vult pervenire ad illam Ierusalem matrem nostram (Gal 4,26), de qua dicit Apostolus, *aeternam in caelis* (2 Cor 5,1).

4 [v.3]. Audi postremo, noli mihi credere; audi quid sequatur, et quam Ierusalem designet mentibus nostris. Cum enim dixisset, *Stantes erant pedes nostri in atriis Ierusalem;* quasi diceretur illi, De qua Ierusalem dicis? de qua Ierusalem loqueris? subiecit statim, *Ierusalem quae aedificatur ut civitas.* Fratres, quando dicebat ista David, perfecta erat illa civitas, non aedificabatur. Nescio quam ergo civitatem dicit, quae

dad dice que ahora se está edificando, y a la cual concurren en su edificación piedras vivas, de las que dice San Pedro: *También vosotros, como piedras vivas, sois edificados en casa espiritual,* es decir, en templo santo de Dios. ¿Qué significa *piedras vivas sois edificados?* Que vives si crees; y, si crees, te haces templo santo de Dios, porque dice el apóstol San Pablo: *El templo de Dios es santo, el cual sois vosotros.* Luego ahora se edifica la ciudad, ahora se cortan las piedras de los montes por las manos de los que predican la verdad y se escuadran para que se acoplen en construcción eterna. Todavía hay muchas piedras en manos del Artífice; no caigan de sus manos para que puedan, escuadradas, ser colocadas en la construcción del templo. Luego ésta es *la Jerusalén que se edifica como ciudad.* Su cimiento es Cristo. El apóstol San Pablo dice: *Nadie puede poner otro fundamento fuera del puesto, el cual es Cristo.* Cuando se pone el cimiento en la tierra, se edifican las paredes hacia arriba, y el peso de ellas gravita hacia abajo, porque abajo está colocado el cimiento. Pero, si nuestro cimiento o fundamento está en el cielo, edificamos hacia el cielo. Los constructores edificaron la fábrica de esta basílica que veis se levanta majestuosa; mas como la edificaron hombres, colocaron los cimientos abajo; pero, cuando espiritualmente somos edificados, se coloca el fundamento en la altura. Luego corramos hacia allí para que seamos edificados, pues de esta misma Jerusalén se dijo: *Estaban nuestros pies en los atrios de Jerusalén.* Pero ¿de qué Jerusalén? *De la Jerusalén que se edifica "como" ciudad.* Poco expresó para demostrarnos de qué Jerusalén se trataba cuando

modo aedificatur, ad quam currunt in fide lapides vivi, de quibus dicit Petrus: *Et vos tanquam lapides vivi coaedificamini in donum spiritualem* (1 Petr 2,5), id est, templum sanctum Dei. Quid est, *lapides vivi coaedificamini?* Vivis, si credis: si autem credis, efficeris templum Dei; quia dicit apostolus Paulus, *Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos.* Ipsa ergo modo civitas aedificatur; praeciduntur de montibus lapides per manus praedicantium veritatem, conquadrantur ut intrent in structuram sempiternam. Adhuc multi lapides in manibus artificis sunt; non cadant de manibus artificis, ut possint perfecti coaedificari in structuram templi. Est ergo ista *Ierusalem quae aedificatur ut civitas:* fundamentum ipsius Christus est. Dicit apostolus Paulus: *Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, praeter id quod positum est, quod est Christus Iesus* (1 Cor 3,17.11). Fundamentum quando ponitur in terra, desuper aedificantur parietes, et pondus parietum ad ima tendit, quia in imo positum est fundamentum. Si autem fundamentum nostrum in caelo est, ad caelum aedificemur. Corpora aedificaverunt istam structuram, quam videtis amplam surrexisse, huius basilicae; et quia corpora aedificaverunt, fundamentum in imo posuerunt; quia vero spiritualiter aedificamur, fundamentum nostrum in summo positum est. Illuc ergo curramus, ubi aedificemur; quia de ipsa Ierusalem dictum est, *Stantes erant pedes nostri in atriis Ierusalem.* Sed cuius Ierusalem? *Ierusalem quae aedificatur ut civitas.* Parum dixit, ut ostenderet Ierusalem, quia

dijo: *Se edifica como ciudad,* pues aún puede entenderse de la material, ya que puede haber alguno que diga: "Ciertamente que, cuando se decían y cantaban estas cosas en tiempo de David, existía ya aquella ciudad totalmente construida", pero el salmista veía en espíritu su destrucción y su nueva edificación. Pues aquella ciudad fue tomada y destruida por la fuerza y conducido el pueblo cautivo a Babilonia, a cuya conducción llama la Escritura *transmigración a Babilonia.* Jeremías profetizó que después de setenta años de cautividad podía ser edificada aquella ciudad que fue destruida por los vencedores. Quizás dirá alguno: "David veía en espíritu destruida la ciudad de Jerusalén por los dominadores y que de nuevo podía ser edificada después de setenta años, y por eso dijo: *La Jerusalén que se edifica como ciudad;* por tanto, no pienses que se refirió a la ciudad que consta de santos como de piedras vivas." Pero ¿qué sigue para que desaparezca toda duda? *Estaban*—dice—*nuestros pies en los atrios de Jerusalén.* ¿A qué Jerusalén me refiero? ¿Acaso a esta, dice, que veis hallarse levantada de paredes materiales? No, sino a *la Jerusalén que se edifica como ciudad.* ¿Por qué no se edifica ciudad, sino *como ciudad?* Porque esta edificación de paredes, la cual era la que había en Jerusalén, era ciudad visible, conforme a lo que todos llaman propiamente ciudad; mas la otra se edifica *al estilo* de ciudad, porque quienes entran a formarla son *como piedras vivas,* mas no verdaderas piedras. Luego como ellos son *como piedras,* por lo mismo ella es *como ciudad,* mas no ciudad, porque dijo *se edifica.* Por nombre de "edificio" quiso se entendiese la

dixit, *ut civitas aedificatur;* adhuc potest illa corporalis intelligi. Quid si enim existat aliquis et dicat: Iam quidem et cum ista dicerentur temporibus David, et ista canerentur, erat civitas illa perfecta; sed videbat in spiritu ruituram, et iterum aedificandam. Expugnata est enim illa civitas, et factus est transitus in Babyloniam populi captivati, et dicta est ista in Scripturis, transmigratio in Babyloniam. Et prophetavit Ieremias, post septuaginta annos captivitatis aedificari posse illam civitatem quae destructa erat a debellantibus (Ier 29,4.10). Forte ait aliquis: Hoc videbat David in spiritu, ruituram civitatem Ierusalem a debellantibus, et iterum posse post septuaginta annos aedificari; et ideo dixit, *Ierusalem quae aedificatur ut civitas:* noli ergo putare illam civitatem esse dictam quae constat ex sanctis, tanquam ex lapidibus vivis. Quid sequitur, ut tollat totam dubitationem? Ait enim, *Stantes erant pedes nostri in atriis Ierusalem.* Sed quam dico Ierusalem? Numquid istam, inquit, quam videtis stare corporeis parietibus erectam? Non; sed *Ierusalem quae aedificatur ut civitas.* Quare non civitas, sed *ut civitas;* nisi quia ista structura parietum, quae erat in Ierusalem, visibilis civitas erat, sicut proprie dicitur ab omnibus civitas: illa autem aedificatur tanquam civitas, quia et illi qui in eam intrant, *tanquam vivi lapides* sunt; non enim vere lapides sunt? Sicut illi ut lapides, non lapides; sic illa *ut civitas,* non civitas; quia dixit, *aedificatur.* Nomine quippe aedificii, structuram com-

estructura y trabazón de los materiales y paredes. Pero se entiende propiamente por ciudad *los hombres* que moran, pues nos declaró que él llamó ciudad *a la urbe,* porque dijo *se edifica.* Y como el edificio espiritual guarda cierta semejanza con el edificio material, por eso *se edifica como ciudad.*

5. Pero diga lo que sigue, y hará desaparecer toda duda, puesto que no debemos tomar carnalmente lo que se dijo: *La Jerusalén que se edifica como ciudad, "cuius participatio eius in idipsum" (la participación de ella en el mismo).* Luego, hermanos, quien eleva la mirada de la mente, quien depone las tinieblas de la carne, quien purifica el ojo del corazón, le eleve y vea el *idipsum.* ¿Qué significa *idipsum?* ¿Cómo lo diré si no es diciendo *idipsum?* Hermanos, si podéis, entended el *idipsum.* Porque yo, con todo lo que dijere fuera del mismo *idipsum,* no explicaré el *idipsum.* Sin embargo, intentemos, con ciertas palabras y acepciones sinónimas, llevar a la debilidad de la mente a pensar y entender el *idipsum.* ¿Qué significa *idipsum,* lo mismo, en unión? Lo que siempre es de igual modo, lo que no es ahora una cosa y después otra. Luego ¿qué es el *idipsum?* Lo que es. ¿Y qué es lo que es? Lo eterno, puesto que lo que continuamente es de un modo y de otro, no es, porque no permanece. Sin embargo, no es, en absoluto, no es, sino que no es el sumo es. Y ¿qué es lo que es? Aquel que cuando envió a Moisés le dijo: *Yo soy el que soy.* ¿Y qué es esto sino El, que, al decirle su siervo: *Ve que me envías; pero, si el pueblo me dijere: "¿Quién te envió?", ¿qué le responderé?,* no quiso darle otro nombre suyo sino *Yo*

pagemque corporum atque parietum voluit intelligi. Nam civitas proprie in hominibus habitantibus intelligitur. Sed manifestavit nobis civitatem se urbem dixisse, quia dixit, *aedificatur.* Et quia aedificium spirituale similitudinem quamdam habet aedificii corporalis, ideo *aedificatur ut civitas.*

5. Sed dicat quod sequitur, et auferat omnem dubitationem, quia non carnaliter debemus accipere, *Ierusalem quae aedificatur ut civitas. Cuius participatio eius in idipsum.* Iam ergo, fratres, quisquis erigit aciem mentis, quisquis deponit caliginem carnis, quisquis mundat oculum cordis, elevet, et videat *idipsum.* Quid *est idipsum?* Quomodo dicam, nisi *idipsum?* Fratres, si potestis, intelligite *idipsum.* Nam et ego quidquid aliud dixero, non dico *idipsum.* Conemur tamen quibusdam vicinitatibus verborum et significationum perducere infirmitatem mentis ad cogitandum *idipsum.* Quid est *idipsum?* Quod semper eodem modo est; quod non modo aliud, et modo aliud est. Quid est ergo *idipsum,* nisi, quod est? Quid est quod est? Quod aeternum est. Nam quod semper aliter atque aliter est, non est, quia non manet: non omnino non est, sed non summe est. Et quid est quod est, nisi ille qui quando mittebat Moysen, dixit illi: *Ego sum qui sum?* Quid est hoc, nisi ille qui cum diceret famulus eius, *Ecce mittis me: si dixerit mihi populus, Quis te misit? quid dicam ei?* nomen suum noluit aliud dicere, quam, *Ego sum*

soy el que soy, y añade y dice: *Dirás, pues, a los hijos de Israel: "El que 'Es' me envió a vosotros."* No puedes comprender; sería entender mucho, penetrar demasiado. Retén lo que por ti se hizo Aquel a quien no puedes comprender. Retén la carne de Cristo, sobre la que eres llevado enfermo cuando fuiste abandonado semivivo, debido a las heridas de los salteadores, para ser conducido a la posada, y allí ser curado. Luego corramos a la casa del Señor y lleguemos a la ciudad en donde estén firmes nuestros pies; *a la ciudad que se edifica como ciudad, cuya participación de ella es en el mismo,* es decir, en el *Es.* ¿Qué debes retener? Lo que por ti se hizo Cristo, pues también es esto Cristo; porque el mismo Cristo, según que es forma de Dios, rectamente se entiende *Yo soy el que soy; y al no juzgar rapiña ser igual a Dios, por lo mismo, es "idipsum".* Para que te hicieras tú partícipe *in Idipsum,* en el mismo, El se hizo primeramente partícipe tuyo: el Verbo se hizo carne para que la carne participe del Verbo. Pero como el hacerse carne el Verbo y el habitar entre nosotros dimanó de la estirpe de Abrahán, pues se prometió a Abrahán, a Isaac y a Jacob que en su estirpe serían bendecidas todas las naciones, y por esto vemos que la Iglesia se difundió por todo el orbe, Dios habla a los débiles. El buscó la firmeza de corazón cuando dijo: *Yo soy el que soy;* buscó la firmeza de corazón y la extática mirada de la contemplación cuando dijo: *El que "Es" me envió a vosotros.* Pero quizás aún no posees la contemplación; con todo, no desfallezcas, no desesperes. El que Es quiso ser hombre como tú, y por eso a continuación declara al aterrado Moisés otro nombre. ¿Qué

qui sum; et adiecit et ait, *Dices itaque filiis Israel, Qui est, misit me ad vos.* Ecce *idipsum, Ego sum qui sum, Qui est, misit me ad vos.* Non potes capere; multum est intelligere, multum est apprehendere. Retine quod pro te factus est, quem non posses capere. Retine carnem Christi, in quam levabaris aegrotus, et a vulneribus latronum semivivus relictus, ut ad stabulum perducereris (Lc 10,30.34), et ibi sanareris. Ergo curramus ad domum Domini, et perveniamus ad civitamen ubi stent pedes nostri; civitatem *quae aedificatur ut civitas, cuius participatio eius in idipsum.* Quid enim debes tenere? Quod pro te factus est Christus, quia ipse est Christus; et ipse Christus recte intelligitur, *Ego sum qui sum,* quo modo est in forma Dei. Ubi non rapinam arbitratus est esse aequalis Deo (Phil 2,6), ibi est idipsum. Ut autem efficiaris tu particeps in idipsum, factus est ipse prior particeps tui; et Verbum caro factum est, ut caro participet Verbum. Quia vero quod Verbum caro factum est et habitavit in nobis (Io 1,14), ex semine venit Abraham; promissum est autem Abrahae et Isaac et Iacob, quod in semine eorum benedicerentur omnes gentes (Gen 22,18); et inde videmus Ecclesiam toto orbe diffusam: loquitur ad infirmos Deus. Firmitatem cordis quaesivit, cum diceret, *Ego sum qui sum:* firmitatem cordis quaesivit, et aciem contemplationis erectam, cum dixit, *Qui est, misit me ad vos.* Sed nondum habes forte contemplationem: noli deficere, noli desperare. Qui est, voluit esse

nombre? Lo que es: el Ser para otros, pues dice el escritor sagrado: *Y dijo el Señor a Moisés: "Yo soy 'el Dios' de Abrahán, el Dios de Isaac, el Dios de Jacob; éste es mi nombre para siempre."* No desesperes porque dijo: *Yo soy el que soy;* y también: *El que Es me envió a vosotros.* Tú ahora fluctúas, y por la mutabilidad de las cosas e inconstancia de la humana mortalidad no puedes percibir lo que es el *idipsum* (la permanencia en sí mismo). Por eso yo bajo, porque tú no puedes acercarte: *Yo soy el Dios de Abrahán, el Dios de Isaac, el Dios de Jacob.* Espera un tanto en el linaje de Abrahán a fin de que puedas ser confirmado para ver a Aquel que viene a ti en el linaje de Abrahán.

6. Luego esto es el *idipsum,* del cual se dijo: *Mudarás las cosas y se mudarán, mas tú eres "el mismo", y tus años no tendrán fin.* He aquí el *idipsum* del que *no se acabarán los años.* ¿Por ventura, hermanos, no se acaban cotidianamente nuestros años y perecen por completo? Los que transcurrieron, ya no existen, y los que han de transcurrir, aún no existen; aquéllos terminaron y éstos que han de venir se acabarán. En este mismo único día, ved cómo el hablar es instantáneo. Transcurrieron las horas pasadas, las futuras aún no han llegado, y, cuando lleguen, desaparecerán y pasarán. ¿Cuáles son los años que no pasan? Los que permanecen. Luego si allí permanecen los años, y los mismos años que permanecen son un año, y este único año que permanece es un solo día, porque este único día carece de nacimiento y ocaso, y no comienza por la terminación del de ayer ni termina por la presencia del de mañana, sino que permanece por siempre; y si

homo, ut tu es; et ideo secutus ait Moysi quasi expavescenti nomen. Quod nomen? Quod est, *Est. Et dixit,* inquit, *Dominus ad Moysen, Ego sum Deus Abraham, et Deus Isaac, et Deus Iacob: hoc mihi nomen est in aeternum* (Ex 3,13-15). Noli de te desperare, quia dixi, *Ego sum qui sum,* et, *Qui est, misit me ad vos:* quia tu modo fluctuas, et mutabilitate rerum et varietate mortalitatis humanae percipere non potes quod est idipsum. Ego descendo, quia tu venire non potes. *Ego sum Deus Abraham, et Deus Isaac, et Deus Iacob.* In semine Abraham spera aliquid, ut confirmari possis ad videndum qui venit ad te in semine Abrahae.

6. Ergo hoc est idipsum de quo dictum est, *Mutabis ea, et mutabuntur; tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient* (Ps 101,27 et 28). Ecce *idipsum, cuius anni non deficient.* Fratres, nonne anni nostri quotidie deficiunt, nec stant omnino? Nam et qui venerunt, iam non sunt; et qui futuri sunt, nondum sunt; iam illi defecerunt, et illi defecturi venturi sunt. In hoc ergo ipso uno die, fratres, ecce modo quod loquimur in momento est. Praeteritae horae transierunt, futurae nondum venerunt; et cum venerint, et ipsae transibunt et deficient. Qui sunt anni qui non deficiunt, nisi qui stant? Si ergo ibi anni stant, et ipsi anni qui stant unus annus est, et ipse unus annus qui stat unus dies est; quia ipse unus dies nec ortum habet nec occasum, nec inchoatur ab hesterno, nec excluditur a crastino, sed stat semper ille dies: et quod vis vocas illum diem;

también llamas como quieres a este día, si quieres años, si quieres días, pues de cualquier modo que te lo imagines permanece; y si de su estabilidad participa aquella ciudad que *participa en el mismo,* con razón, puesto que se hizo partícipe de su estabilidad, dice este que corre hacia ella: *Estaban nuestros pies en los atrios de Jerusalén.* Allí en donde todas las cosas permanecen, nada pasa. ¿Quieres estar tú también allí y no pasar? Corre hacia allí; el *idipsum,* el permanecer en sí mismo, nadie lo tiene de propia cosecha. Atended, hermanos: lo que tiene el cuerpo no es *idipsum* en sí mismo, porque no permanece en sí mismo; se muda con la edad, se muda mediante los cambios de lugar y de tiempo, se muda por las enfermedades y las flaquezas de la carne; luego no permanece en sí. Tampoco los cuerpos celestes permanecen en sí; tienen ciertos cambios, aunque ocultos, y también se cambian de unos lugares a otros, suben por el oriente hasta llegar al occidente y de nuevo vuelven al oriente; luego no permanecen, no son *idipsum* en sí mismos. Tampoco el alma humana permanece en sí misma. ¡Por cuántos cambios y pensamientos se ve afectada, por cuántos quereres cambiada, por cuántas pasiones sacudida y desgarrada! La misma mente del hombre, que se llama racional, es mudable, no es *idipsum.* Ora quiere, ora no quiere; ora sabe, ora ignora; ora se acuerda, ora se olvida. Luego el *idipsum,* el permanecer en sí mismo, nadie lo tiene por sí. El que quiso tener por sí el *idipsum,* la permanecencia, de suerte que pretendió ser para sí mismo el *idipsum,* el subsistente, cayó; cayó el ángel y fue hecho diablo. Este ofreció al hombre la soberbia, y por envidia derribó consigo al que estaba en pie. Estos quisieron ser para sí

si vis, anni sunt; si vis, dies est; quodcumque cogitaveris, stat tamen: ipsius stabilitatis participat illa civitas *cuius participatio est in idipsum:* merito ergo, quia illius stabilitatis fit particeps, dicit iste qui illuc currit, *Stantes erant pedes nostri in atriis Ierusalem.* Omnia enim ibi stant, ubi nihil transit. Vis et tu ibi stare et non transire? Illuc curre. Idipsum nemo habet ex se. Intendite, fratres. Quod corpus habet, non est idipsum; quia non in se stat. Mutatur per aetates, mutatur per mutationes locorum ac temporum, mutatur per morbos et defectus carnales: non ergo in se stat. Corpora caelestia non in se stant: habent quasdam mutationes suas, etsi occultas; certe de locis in loca mutantur, ascendunt ab oriente in occidentem, et rursus circumeunt ad orientem: non ergo stant, non sunt idipsum. Anima humana nec ipsa stat. Quantis enim mutationibus et cogitationibus variatur! quantis voluptatibus immutatur! quantis cupiditatibus diverberatur atque discinditur! Mens ipsa hominis, quae dicitur rationalis, mutabilis est, non est idipsum. Modo vult, modo non vult; modo scit, modo nescit; modo meminit, modo obliviscitur: ergo idipsum nemo habet ex se. Qui voluit ex se habere idipsum, ut quasi ipse sibi esset idipsum, lapsus est: cecidit angelus, et factus est diabolus. Propinavit homini superbiam, deiecit secum invidentia eum qui stabat. Isti sibi voluerunt idipsum esse; sibi principari, sibi dominari voluerunt;

el *idipsum;* quisieron imperar sobre sí mismos, no quisieron someterse al verdadero Dios, que es el verdadero *idipsum,* el que es por sí mismo, a quien se dijo: *Cambiarás todas las cosas y se cambiarán, mas tú eres el mismo.* Luego después de tanta flaqueza, de tantos desarreglos, de tantas dificultades y sufrimientos, vuelva el alma humillada al *idipsum,* a la permanencia, y se halle en la ciudad que *participa del "idipsum".*

7 [v.4]. *Allá subieron las tribus.* Preguntábamos adónde subía el que cayó, puesto que dijimos que es la voz del hombre que sube, de la Iglesia que sube. ¿Consideramos adónde sube? ¿Adónde va? ¿Adónde se eleva? *Allá subieron*—dice—*las tribus.* ¿Adónde subieron las tribus? A la ciudad que participa del *idipsum.* Luego se asciende a aquel lugar, a la Jerusalén. El hombre que bajaba de Jerusalén a Jericó cayó en manos de los ladrones. Si no hubiera descendido, no hubiera caído en poder de los ladrones. Pero como bajando cayó en poder de los ladrones, subiendo llegue a los ángeles. Luego suba, puesto que subieron las tribus. Pero ¿quiénes son las tribus? Muchos las conocen, muchos las desconocen. Nosotros que las conocemos bajamos hasta aquellos que no las conocieron para que suban con nosotros a donde subieron las tribus. Las tribus, con otro nombre, pero no propio, pueden denominarse curias. Así, pues, las tribus no pueden ser denominadas con otro único nombre propio, sino que con uno parecido se llaman curias; porque, si empleamos la palabra *curia* en su propio sentido, únicamente se entendería cada una de las curias (o distritos) que hay en una ciudad. De aquí se originan los curiales y los decuriones, es decir, los que pertenecen a la

noluerunt habere verum Dominum, qui vere est idipsum, cui dictum est, *Mutabis ea, et mutabuntur; tu autem idem ipse es.* Iam ergo post tantum languorem, post tantos morbos, difficultates, labores, redeat anima humiliata ad idipsum: et sit in illa civitate *cuius participatio eius in idipsum.*

7 [v.4]. *Illuc enim ascenderunt tribus.* Quaerebamus enim quo ascendat qui cecidit; quia diximus, ascendentis hominis vox est, ascendentis Ecclesiae. Putamusne quo ascendit? quo it? quo erigitur? *Illus ascenderunt,* inquit, *tribus.* Quo ascenderunt tribus? In civitatem *cuius participatio eius in idipsum.* Ergo illuc ascenditur, in Ierusalem. Homo autem qui descendebat de Ierusalem in Iericho, incidit in latrones (Lc 10,30). Non descenderet, et non incideret in latrones. Quia vero descendendo incidit in latrones, ascendendo veniat ad Angelos. Ascendat ergo, quia ascenderunt tribus. Sed quae sunt tribus? Multi noverunt, multi non noverunt. Sed et nos qui novimus, descendamus ad illos qui non noverunt tribus, ut nobiscum ascendant quo ascenderunt tribus. Tribus alio nomine dici possunt curiae, sed non proprie. Itaque tribus uno nomine alio proprie dici non possunt; sed vicino dicuntur curiae. Nam proprie si dixerimus curias, non intelliguntur nisi curiae quae sunt in civitatibus singulis singulae; unde curiales et decuriones, id est, quod sint in

curia o a la decuria, y sabéis que cada ciudad consta de tales particulares curias. Pues existen o existían en otro tiempo también en estas ciudades curias de pueblo, y una ciudad tenía muchas curias, como, por ejemplo, Roma, que tenía treinta y cinco curias de pueblo. Estas se llaman tribus. El pueblo de Israel constaba de doce de éstas, con arreglo a los hijos de Jacob.

8. Doce eran las tribus del pueblo de Israel; pero allí había malos y buenos. ¡Cuán malas fueron las tribus que crucificaron al Señor! Y ¡cuán buenas las que le reconocieron! Las que le crucificaron son tribus del diablo. Luego cuando dice aquí: *Allá, pues, subieron las tribus,* para que no entendieses que se trataba de todas las tribus, añadió: *Las tribus del Señor.* ¿Cuáles son las tribus del Señor? Las que conocieron al Señor. De estas doce tribus malas había allí buenos de las buenas tribus que conocieron al Constructor de la ciudad, y éstas eran granos entre aquellas tribus, las cuales se hallaban mezcladas entre la paja. Pero las tribus purificadas, elegidas, como tribus del Señor, subieron, mas no con las pajas. *Allá subieron las tribus, las tribus del Señor.* ¿Qué significan *las tribus del Señor? Testimonio de Israel.* Oíd, hermanos, qué quiere decir *testimonio de Israel:* hombres en quienes se da a conocer el verdadero Israel. ¿Qué es Israel? Ya se dijo lo que significa el nombre; pero se repita con frecuencia, pues quizás, aunque ha poco se dijo, se olvidó. Repitiéndolo, haré que no se les olvide aun a aquellos que no saben o no quieren leer. Sea yo su libro. Israel significa *el que ve a Dios.* ¿Qué digo? Examinada con más cuidado, la palabra *Israel* significa *el que está*

curia vel decuria: et nostis quia tales curias singulas habent singulae civitates. Sunt autem vel erant aliquando in istis quoque civitatibus curiae etiam populorum; et una civitas multas curias habet, sicut Roma triginta quinque curias habet populi. Hae dicuntur tribus. Has populus Israel duodecim habebat, secundum filios Iacob.

8. Duodecim tribus erant populi Israel: sed erant ibi mali, et erant ibi boni. Quam enim malae tribus quae crucifixerunt Dominum? Quam bonae tribus quae cognoverunt Dominum? Illae ergo tribus quae crucifixerunt Dominum, tribus sunt diaboli. Cum ergo hic diceret, *Illuc enim ascenderunt tribus;* ne omnes tribus intelligeres, addidit, *tribus Domini.* Quid est, *tribus Domini?* Quae cognoverunt Dominum. Ex ipsis enim duodecim tribubus malis, erant ibi boni de bonis tribubus quae cognoverunt fabricatorem civitatis; et ipsa erant grana inter illas tribus, quae inter paleas commixta sunt. Ascenderunt autem, non cum paleis, sed tribus purgatae, electae, quasi tribus Domini. *Illuc ascenderunt tribus, tribus Domini.* Quid est, *tribus Domini? Testimonium Israel.* Hoc quid sit, fratres, audite: *Testimonium Israel,* id est, in quibus cognoscatur quia est vere Israel. Quid est enim Israel? Interpretatio nominis eius dicta est iam, et saepe dicatur: forte enim etsi recens dicta est, excidit. Dicendo, nos faciamus ut non excidat etiam eis qui legere non noverunt aut noluerunt: nos simus codex ipsorum. Israel, Videns Deum interpretatur;

viendo a Dios. Ambas cosas son ver a Dios. El hombre no permanece en sí, pues se muda y cambia si no participa de Aquel que permanece en sí mismo, que es el *idipsum.* Cuando ve a Dios, permanece. Cuando ve al que Es, entonces él es; viendo al que Es, se hace también él mismo, según su capacidad, ser. Luego él es Israel; Israel que está viendo a Dios. El soberbio no es Israel, porque no participa del *idipsum,* de la permanencia, puesto que quiere ser para sí *idipsum;* y el que quiere ser para sí principio o fundamento, no es Israel. El que finge no es Israel, y todo soberbio necesariamente finge. Digo, hermanos, que todo el que es soberbio, necesariamente quiere aparecer lo que no es; hermanos míos, no puede suceder de otra manera. Pero ojalá que de tal modo quisiera aparecer lo que no es, que quisiera aparecer, por ejemplo, ser flautista, no siendo flautista, ya que al instante se comprobaría, pues se le diría: "Toca, canta, veamos si eres flautista." Al no poder, se comprobaría que era mentiroso al querer aparentar lo que no era. Si dijera que era elocuente, se le diría: "Habla y pruébalo." Al hablar demostraría no ser lo que afirmó. El soberbio, lo que es peor, quiere aparentar ser justo, sin serlo. Y como es difícil conocer la justicia, es difícil conocer a los soberbios. Los soberbios quieren aparecer lo que no son; por eso no participan del *idipsum,* no pertenecen a Israel, que es el que ve a Dios. ¿Quién pertenece a Israel? El que participa del *idipsum.* ¿Quién participa del *idipsum?* El que confiesa que él no es lo que es Dios y que tiene de Dios lo bueno que puede tener. De sí mismo sólo tiene el pecado; de Dios, la justicia. Este tal es

imo diligentius discusso verbo, sic interpretatur, Israel. Est videns Deum: utrumque, est videns Deum. Quia homo in se non est: mutatur enim et vertitur, si non participet eius qui est idipsum. Tunc est, quando videt Deum. Tunc enim est, quado videt eum qui est; et videndo eum qui est, fit et ipse pro modo suo ut sit. Ergo ipse est Israel, Israel est videns Deum. Superbus ergo non est Israel: quia non est participatio eius in idipsum; quia ipse sibi vult esse in idipsum. Qui sibi vult esse principium non est Israel. Omnis ergo fictus non est Israel, quia omnis superbus neccesse est ut fictus sit. Hoc dico, fratres; necesse est ut omnis superbus velit videri quod non est: aliter, fratres mei, non potest. Et utinam sic vellet superbus videri quod non est, ut vellet videri, verbi causa, choraula, cum choraula non esset. Cito enim probaretur; diceretur ei: Canta; videamus utrum choraula sis. Non posset; inveniretur falso se videri voluisse quod non erat. Si diceret se eloquentem, diceretur ei: Loquere, et proba. Si locutus fuerit, invenitur non hoc esse quod professus est. Superbus, quod peius est, iustum se vult videri, cum non sit; et quia iustitiam intelligere difficile est, difficile est superbos agnoscere. Volunt ergo superbi videri quod non sunt: ideo non est participatio eorum in idipsum; non pertinent ad Israel, qui est videns Deum. Quis ergo pertinet ad Israel? Qui est particeps in idipsum. Quis est qui participat in idipsum? Qui confitetur se non esse quod Deus est, et ab illo

aquel en quien no hay dolo. ¿Y qué dijo el Señor al ver a Natanael? *He aquí un verdadero israelita, en el cual no hay dolo.* Luego si el verdadero israelita es aquel en el cual no hay dolo, a Jerusalén suben aquellas tribus en las cuales no hay dolo, y ellas son *testimonio de Israel,* es decir, por ellas se conoce que había granos entre la paja, siendo así que se creía ser todo paja cuando se veía la era. Luego allí había granos; pero cuando, al ser bieldada la era, subieren a la sublimidad del esplendor, entonces tendrá lugar el *testimonio de Israel;* entonces dirán todos los malos: "Verdaderamente allí había justos entre los malos, siendo así que a nosotros nos parecían malos y les juzgábamos tales cuales éramos nosotros. *El testimonio de Israel,* ¿adónde sube? ¿Por qué sube? *A confesar el nombre del Señor.* No puede decirse con más sublimidad. Como la soberbia presume, la humildad confiesa. Como es presuntuoso el que quiere aparecer lo que no es, así es confesor el que no oculta aparecer lo que es y ama (aparecer) lo que es. Luego los israelitas en quienes no hay engaño porque son verdaderos israelitas, porque en ellos está el *testimonio de Israel,* suben a esto: *A confesar a tu nombre, ¡oh Señor!*

9 [v.5]. *Porque allí se sentaron las sedes para juicio.* Maravilloso enigma, oscurísima cuestión si no se entiende. Llama sedes a lo que los griegos denominan tronos. Los griegos llaman tronos a las sillas, como cosas más honrosas. Luego, hermanos míos, no es extraño que se sienten los hombres en tronos, en sillas; pero ¿cómo podemos entender que se sienten las mismas sedes o sillas? Esto es como si dijere alguno: "Se siente aquí la cátedra"

habere quod bonum potest habere; a se autem non esse nisi peccatum, ab illo sibi esse iustitiam. Talis est in quo dolus non est. Et Dominus videns Nathanaelem, quid ait? *Ecce vere Israelita, in quo dolus non est* (Io 1,47). Si ergo verus Israelita, in quo dolus non est, tribus illae ascendunt ad Ierusalem, in quibus dolus non est. Et ipsae sunt *testimonium Israel;* id est, per illas agnoscitur quia erant grana inter illam paleam, quando area cum videretur, tota palea putabatur. Erant ergo ibi grana: sed cum ascenderint in sublimitatem illam splendoris, cum fuerit area ventilata (Mt 3,12), tunc erit *testimonium Israel;* tunc dicent omnes mali, Vere quia erant ibi iusti inter malos, quando nobis omnes mali videbantur, et quaeles nos eramus, tales omnes putabamus. *Testimonium Israel.* Quo ascendunt? quare ascendunt? *Ad confitendum nomini tuo, Domine.* Magnificentius dici non potest. Sicut superbia praesumit, sic humilitas confitetur. Quomodo praesumptor est qui vult videri quod non est; sic confessor est qui non vult videri quod est ipse, et amat quod est ille. Ad hoc ergo ascendunt Israelitae, in quibus dolus non est, quia sunt vere Israelitae, quia in ipsis est testimonium Israel; ad hoc ascendunt, *ad confitendum nomini tuo, Domine.*

9 [v.5]. *Quoniam ibi sederunt sedes in iudicium.* Mirum aenigma, mira quaestio, si non intelligatur. Sedes dicit, quos Graeci thronos appellant. Thronos Graeci sellas dicunt, tanquam honorabiles. Ergo, fratres mei, non est mirum si sedeant homines in sedibus, in sellis: ut autem ipsae

o "Se sienten aquí las sillas". Se sienta en las sedes, se sienta en las sillas, se sienta en la cátedra, pero no se sientan las sedes. Luego ¿qué significa esto: *Porque allí se sentaron las sedes para juicio?* Sin duda, acostumbráis a oír, hablando Dios: "*Caelum mihi thronus est" (El cielo es mi trono), y la tierra, escabel de mis pies.* En latín perfecto se dice *caelum mihi sedes est,* el cielo es mi silla. ¿Y quiénes son éstos sino los justos? ¿Quiénes son los cielos? Los justos. Lo mismo es "cielo" que "cielos", así como lo mismo es "Iglesia" que "iglesias", pues son muchas como es una sola. Luego así también son los justos, son cielo y cielos. En ellos, pues, se sienta Dios y desde ellos también juzga. Y no se dijo sin motivo: *Los cielos anuncian la gloria de Dios,* pues los apóstoles fueron hechos cielo. ¿Cómo lo fueron? Siendo justificados. Así como el pecador a quien se dijo: *Tierra eres, y a la tierra irás,* fue hecho tierra, así los justificados fueron hechos cielo. Llevaron a Dios, y desde ellos fulguraba milagros, tronoba espantos, llovía consuelos. Luego ellos eran ciertamente cielo y anunciaban la gloria de Dios. Para que conozcáis que a éstos se les denominó cielos, aquí, en el mismo salmo, se dice: *En toda la tierra resonó su voz, y hasta los confines del orbe sus palabras.* Preguntas: "¿De quiénes?", y oyes: "De los cielos." Luego si el cielo es silla de Dios y los apóstoles son cielo, entonces ellos son silla de Dios, ellos son trono de Dios. En otro lugar se dijo: *El alma del justo es trono de la sabiduría.* Gran cosa, excelente cosa se expresó al decir: *Trono de la sabiduría es el alma del justo,* es decir, en el alma del justo se sienta la sabiduría como en silla

sedes sedeant, quomodo possumus intelligere? Tanquam si dicat aliquis: Sedeant hic cathedrae, aut sedeant hic sellae. In sella sedetur, in sedibus sedetur, in cathedris sedetur; non ipsae sedes sedent. Quid est ergo hoc, *Quoniam ibi sederunt sedes in iudicium?* Certe soletis audire, Deo dicente, *Caelum mihi thronus est; terra autem scabellum pedum meorum* (Is 66,1). Latine autem totum sic dicitur, *Caelum mihi sedes est.* Qui sunt isti, nisi iusti? qui sunt caeli, nisi iusti? Qui caelum, ipsi caeli: quia quae Ecclesia, ipsae Ecclesiae; sic sunt multae, ut una sit: sic ergo et iusti; ita sunt iusti caelum, ut caeli sint. In ipsis autem sedet Deus, et de ipsis iudicat Deus. Et non sine causa dictum est, *Caeli enarrant gloriam Dei.* Apostoli enim facti sunt caelum. Unde facti sunt caelum? Quia iustificati. Quomodo peccator factus est terra, cui dictum est, *Terra es, et in terram ibis* (Gen 3,19); sic iustificati facti sunt caelum. Portaverunt Deum, et de ipsis Deus coruscabat miracula, tonabat terrores, pluebat consolationes. Erant ergo, erant illi caelum, et enarrabant gloriam Dei. Nam ut noveritis ipsos dictos caelum, ibi ait in ipso psalmo: *In omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terrae verba eorum* (Ps 18,2.5). Quaeris, quorum; et invenies, caelorum. Si ergo caelum sedes Dei, Apostoli autem caelum; et ipsi facti sunt sedes Dei, ipsi sunt thronus Dei. Dictum est alio loco: *Anima iusti, thronus sapientiae.* Magna res, magna res dicta est: *Thronus sapientiae anima iusti;* id est, in anima iusti sedet

propia, como en propio trono, desde donde juzga todo lo que juzga. Luego los apóstoles eran tronos de la sabiduría, y por eso les dijo el Señor: *Os sentaréis sobre doce tronos para juzgar a las doce tribus de Israel.* Así, pues, ellos se sentarán sobre doce sillas, y ellos son al mismo tiempo sillas de Dios, ya que de ellos se dijo: *Allí se sentaron las sillas. Puesto que allí se sentaron las sillas.* ¿Quiénes se sentaron? Las sillas. ¿Y quiénes son las sillas? Aquellas de las que se dijo: *El alma del justo es silla de la sabiduría.* ¿Quiénes son las sillas? Los cielos ¿Quiénes son los cielos? El cielo. ¿Quién es el cielo? Aquel del que dice el Señor: *El cielo es mi silla.* Por tanto, los justos son sillas y ocupan las sillas; y se sentarán las sillas en aquella Jerusalén. ¿Para qué? *Para juzgar. Os sentaréis*—dice el Señor—*sobre doce sillas,* ¡oh vosotras sillas!, *para juzgar a las doce tribus de Israel.* ¿A quiénes juzgaréis? A los que se hallan en la tierra. ¿Quiénes juzgarán? Los que fueron hechos cielo. Y los que han de ser juzgados se dividirán en dos porciones; una estará a la derecha, otra a la izquierda. Con Cristo juzgarán los santos, pues *vendrá al juicio con los ancianos de su pueblo,* dice Isaías. Luego unos juzgarán con El, otros serán juzgados por El y por aquellos que juzgarán con El. Luego se dividirán éstos en dos partes; la una será colocada a la derecha; a ésta se le recordará la limosna que hizo. La otra se colocará a la izquierda; a ésta se le declarará su crueldad y la esterilidad de la misericordia. A los situados a la derecha se les dirá: *Venid, benditos de mi Padre; recibid el reino que se os preparó desde el origen del mundo.* ¿Por qué? *Porque tuve hambre, y me dis-*

sapientia tanquam in sella sua, tanquam in throno suo, et inde iudicat quidquid iudicat. Ergo erant throni sapientiae, et ideo dixit illis Dominus: *Sedebitis super duodecim thronos, iudicantes duodecim tribus Israel* (Mt 19,28). Sic et ipsi sedebunt super duodecim sedes, et ipsi sunt sedes Dei: de illis quippe dictum est, *Ibi enim sederunt sedes. Quoniam ibi sederunt sedes.* Qui sederunt? *Sedes.* Et qui sunt sedes? De quibus dictum est, *Anima iusti, sedes sapientiae.* Qui sunt sedes? Caeli. Qui sunt caeli? Caelum. Quod est caelum? De quo dicit Dominus, *Caelum mihi sedes est.* Et ipsi iusti sunt sedes, et habent sedes; et in illa Ierusalem sedebunt sedes. Ad quam rem? *In iudicium. Sedebitis,* inquit, *super duodecim sedes,* o vos sedes, *iudicantes duodecim tribus Israel.* Quos iudicantes? Infra qui sunt in terra. Qui iudicabunt? Qui facti sunt caelum. Illi autem qui iudicabuntur, in duas partes dividentur; una ad dexteram, altera ad sinistram erit. Iudicabunt cum Christo sancti. *Veniet* enim *in iudicium cum senioribus populi,* ait Isaias (Is 3,14). Alii sunt ergo qui cum illo iudicabunt; alii qui ab illo iudicabuntur, et ab illis qui cum eo iudicabunt. Dividentur ergo isti in duas partes: una ponetur ad dexteram, cui enumerabuntur eleemosynae quas fecerunt; alia ponetur ad sinistram, cui enumerabitur crudelitas, et sterilitas misericordiae. Et illis ad dexteram constitutis dicetur, *Venite, benedicti Patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi.* Quare? *Esurivi,* inquit,

teis de comer; y ellos le dirán: *¿Cuándo te vimos hambriento?* Entonces El les contestará: *Cuando lo hicisteis con uno de mis pequeñuelos, conmigo lo hicisteis.* Luego ¿qué es esto, hermanos? Que ellos juzgarán a aquellos de quienes se dijo que se hiciesen amigos mediante las riquezas de la iniquidad, *para que ellos os reciban en las eternas moradas.* Los santos, que obraron misericordia, se sentarán con el Señor a dictaminar, y llevarán a los separados a la derecha al reino de los sielos. Esta es la paz de Jerusalén. ¿En qué consiste la paz de Jerusalén? En unir las obras corporales de misericordia con las obras espirituales de la predicación para que se haga la paz dando y recibiendo, pues el Apóstol dijo que estas limosnas eran la cuenta del cargo y data, pues escribe: *Si nosotros hemos sembrado para vosotros bienes espirituales, ¿será gran cosa que recolectemos vuestros bienes carnales?* Sobre este asunto dice también en otro sitio: *El que cogió mucho, no tuvo más, y el que cogió poco, no tuvo menos.* ¿Por qué no tuvo más el que cogió mucho? Porque lo que tenía de sobra lo dio al indigente. ¿Por qué el que cogió poco no tuvo menos? Porque recibió de aquel a quien le sobraba *para que hubiese* —dice—*igualdad.* Esta es la paz de la que se dice: *Haya paz en tu fortaleza.*

10 [v.6]. Porque después de haber dicho: *Porque allí se sentaron las sillas para juzgar; sillas en la casa de David,* es decir, sillas en la familia de Cristo, a la que alimentaron en la vida, a continuación dice como a las mismas sillas: *Preguntad por las cosas que atañen a la paz de Jerusalén.* ¡Oh vosotras sillas, que os

et dedistis mihi manducare. Et illi: *Quando te vidimus esurientem?* Et ille: *Cum uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis* (Mt 25,31.45). Ergo quid est, fratres? Illi iudicabunt de quibus dictum est ut fiant amici de mammona iniquitatis; *ut et ipsi,* inquit, *recipiant vos in aeterna tabernacula* (Lc 16,9). Sancti sedebunt cum Domino attendere qui fecerunt misericordiam, et assument illos separatos in dexteram in regnum caelorum: et ipsa est pax Ierusalem. Quae est pax Ierusalem? Ut opera misericordiae corporalia iungantur operibus praedicationis spiritualibus, et fiat pax dando et accipiendo. Ait enim Apostolus, qui rationem dati et accepti dixit esse istas eleemosynas (Phil 4,15); ait ergo, *Si nos vobis spiritualia seminavimus, magnum est si vestra carnalia metamus?* (1 Cor 9,11). Et de ipsa re ait alio loco, *Qui multum, non abundavit; et qui modicum, non defuit illi.* Quare, *Qui multum, non abundavit?* Quia quod plus habebat, dedit indigenti. Et quid est, *Qui modicum, non defuit illi?* Quia accepit ab illo qui abundavit, *ut fiat,* inquit, *aequalitas* (2 Cor 15,14). Ipsa est pax de qua dicitur, *Fiat pax in virtute tua.*

10 [v.6]. Namque cum dixisset, *Quoniam ibi sederunt sedes in iudicium, sedes super domum David,* id est, super familiam Christi, cui dederunt in tempore cibaria; statim tanquam ipsis sedibus ait, *Interrogate quae ad pacem sunt Ierusalem.* O vos sedes, qui iam sedetis ut iudicetis, et facti estis sedes Domini iudicantis (quoniam qui iudicant,

sentáis para juzgar y que fuisteis hechas sillas del Señor que juzga, ya que quienes juzgan preguntan y quienes son juzgados son preguntados!, *preguntad*—dice—*por las cosas que atañen a la paz de Jerusalén.* ¿Qué descubrirán preguntado? Que unos obraron misericordia y otros no. A quienes encuentren que obraron misericordia, los llamarán a Jerusalén, porque las obras de misericordia *atañen a la paz de Jerusalén.* El amor, hermanos, es una gran fuerza, el amor es de gran valor. ¿Quieres conocer qué gran poder tenga el amor? El que por algún impedimento no pudiere cumplir lo que Dios manda, ame al que lo cumple, y en él lo cumplirá. Atienda vuestra caridad. Un hombre, por ejemplo, tiene esposa, a la cual no puede abandonar, pues conviene que obedezca al Apóstol, que dice: *Pague el marido a la mujer la deuda;* y también; *Estás atado a la mujer; no busques desatadura.* En estas circunstancias, se le ocurre que es mejor la vida de la cual dice el Apóstol: *Quisiera que todos fuesen como yo.* Pues bien, mira: a los que hicieron esto, los ama, y en ellos cumple lo que por sí no puede cumplir. Fuerte cosa es el amor. El es nuestra virtud, porque, si no lo tenemos, de nada nos sirve lo que tengamos fuera de él, pues el Apóstol dice: *Si hablare las lenguas de los hombres y de los ángeles y no tuviese caridad o amor, me hice instrumento de bronce que suena o címbalo que tañe;* y añadió algo de mucho valor: *Y si distribuyese toda mi hacienda y si entregase mi cuerpo a las llamas, si no tuviere caridad, de nada me sirve.* Por tanto, si existe sólo la caridad, aun cuando no halle nada que pueda distribuir a los pobres, ame. Dé únicamente un

interrogant; qui iudicantur, interrogantur), *Interrogate,* inquit, *quae sunt ad pacem Ierusalem.* Interrogando quid invenient? Alios fecisse misericordiam, alios non fecisse. Quos invenient fecisse misericordiam, ipsos vocabunt ad Ierusalem; quia ipsa *sunt ad pacem Ierusalem.* Dilectio fortis res, fratres; dilectio fortis res. Vultis videre quam sit fortis dilectio? Quisquis per aliquam necessitatem non potuerit implere quod iubet Deus, amet illum qui implet, et in illo implet. Intendat Charitas vestra. Verbi gratia, uxorem habet, quam dimittere non potest; oportet ut obtemperet Apostolo dicenti. *Uxori vir debitum reddat;* et, *Alligatus es uxori? ne quaesieris solutionem.* Venit in mentem quia melior est illa vita de qua dicit idem apostolus, *Vellem omnes esse sicut meipsum* (1 Cor 7,3.27.7). Attendit eos qui hoc fecerunt; amat eos, et in ipsis implet quod in se non potest. Fortis res est dilectio. Ipsa est virtus nostra; quia si in illa non fuerimus, nihil prodest quidquid aliud habuerimus. *Si linguis hominum loquar,* dicit Apostolus, *et Angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum quasi aeramentum sonans, aut cymbalum tinniens.* Adiungit aliud magnum: *Quod si distribuero omnem substantiam meam, et si tradidero corpus meum ut ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest* (ib. 13,1.3). Si autem sit sola charitas, quae non inveniat quod distribuat pauperibus, diligat: solum calicem aquae frigidae det (Mt 10,42); tantum illi imputabitur, quantum Zacchaeo qui dimidium patrimonii donavit pauperibus (Lc 19,8). Quare

vaso de agua fría, y se le imputará tanto como a Zaqueo, que dio la mitad de su patrimonio a los pobres. ¿Cómo es esto? El da poco, Zaqueo mucho, y, sin embargo, ¿se le imputa tanto como a Zaqueo? Igual ciertamente. El poder es desigual, pero la caridad igual.

11. Ellos preguntan. Vosotros pensad lo que sois. Ved que ya se nos dijo: *Iremos a la casa del Señor.* Ciertamente que nos hemos regocijado con aquellos que nos dijeron: *Iremos a la casa del Señor.* Luego ved si vamos. Pero no vamos con los pies, sino con los afectos. Ved si vamos. Cada uno de nosotros se pregunte a sí mismo cómo se porta con el pobre santo, con el hermano necesitado, con el mendigo indigente, vea si no son mezquinas sus entrañas. Ve que te han de interrogar las sillas que se sentarán en el juicio y deben hallar las cosas que atañen a la paz de Jerusalén. ¿Cómo interrogarán? Como sillas de Dios. Dios pregunta. Si a Dios está oculto algo, entonces puede escaparse algo a la mirada de aquellas sillas que preguntan. *Interrogad por las cosas que pertenecen a la paz de Jerusalén.* ¿Cuáles son las cosas que tocan a la paz de Jerusalén? *La abundancia para los que te aman.* Dirige la voz a la misma Jerusalén y dice: *Habrá abundancia para los que la aman.* De pobreza se pasará a la abundancia; aquí son pobres, allí serán ricos; aquí son débiles, allí fuertes; aquí necesitados, allí abastados. ¿Por qué serán ricos? Porque dieron aquí lo que recibieron temporalmente de Dios y allí recibieron lo que Dios retribuirá eternamente después. Aquí, hermanos míos, los ricos son pobres. Al rico le conviene reconocerse pobre, ya que, si se

hoc? Ille tam modicum dedit, ille tam multum dedit, et tantum illi imputabitur? Tantum plane. Impar enim facultas, sed non impar charitas.

11. Illi ergo interrogant; vos cogitate quid estis. Iam ecce dictum est nobis, *In domum Domini ibimus.* Iucundati sumus certe in his qui dixerunt nobis, *In domum Domini ibimus.* Videte ergo si imus. Non enim pedibus imus, sed affectibus. Videte si imus; interroget se unusquisque vestrum qualis est erga pauperem sanctum, erga indigentem fratrem, qualis est erga indigentem mendicum: videat si viscera eius non sunt angusta. Quia interrogare te habent sedes quae sedebunt in iudicium, et debent invenire quae sunt ad pacem Ierusalem. Et quomodo interrogant? Tanquam sedes Dei. Deus interrogat. Si Deum latet aliquid, et illas sedes aliquid interrogantes fugere potest. *Interrogate quae sunt ad pacem Ierusalem.* Sed quae sunt ad pacem Ierusalem? *Et abundantia,* inquit, *his qui diligunt te.* Ad ipsam Ierusalem convertit vocem. Abundantia est illis qui diligunt eam. Abundantia ex inopia: hic inopes, ibi abundantes; hic infirmi, ibi firmi; hic egeni, ibi divites. Unde facti divites? Quia dederunt hic quod acceperunt a Deo ad tempus, et acceperunt ibi quod postea Deus retribuet in aeternum. Hic, fratres mei, et divites pauperes sunt. Bonum est diviti ut agnoscat se pauperem: si enim plenum se putat, tumor est ille, non plenitudo. Agnoscat se inanem, ut

cree abastecido, es un engreído, no un repleto. Se reconozca vacío para poder ser llenado. ¿Qué tiene? Oro. ¿Qué cosa no tiene? La vida eterna. Vea lo que tiene y lo que no tiene. Hermanos, de lo que tiene, dé, para que reciba lo que no tiene. Compre con aquello que tiene lo que no tiene, *y tendrán abundancia los que te aman.*

12 [v.7]. *Haya paz en tu fortaleza.* ¡Oh Jerusalén, oh ciudad que eres edificada *como* ciudad, que participas del *idipsum* de El mismo!, *en tu fortaleza haya paz, haya paz en tu amor, porque tu fortaleza o virtud es el amor.* Oye lo que dice el Cantar de los Cantares: *El amor es más fuerte que la muerte.* Sentencia sublime, hermanos, es: *El amor es más fuerte que la muerte.* No puede expresarse con más sublimidad la fortaleza del amor que diciendo: *El amor es más fuerte que la muerte.* ¿Quién se enfrenta a la muerte, hermanos? Atienda vuestra caridad. Se hace frente al fuego, a las olas, a la espada; se resiste a los príncipes, a los reyes. Pero se acerca sola la muerte, ¿y quién se opone a ella? Nada hay más fuerte que ella. Por eso la caridad se compara a su fortaleza; y además se dijo que el amor es más fuerte que la muerte. Pues como el amor mata lo que fuimos, para que seamos lo que no éramos efectúa en nosotros cierta muerte. Con esta muerte murió el que decía: *El mundo está crucificado para mí, y yo para el mundo.* Con esta muerte estaban muertos aquellos a quienes decía: *Muertos estáis, y vuestra vida está escondida con Cristo en Dios. El amor es más fuerte que la muerte.* Luego si es más fuerte, es poderoso y de gran fortaleza y él es la misma fortaleza, y por

possit impleri. Quid habet? Aurum. Quid nondum habet? Vitam aeternam. Attendat quid habeat, et videat quid non habeat. Fratres, ex eo quod habet, det, ut accipiat quod non habet; emat ex eo quod habet, illud quod non habet. *Et abundantia his qui diligunt te.*

12 [v.7]. *Fiat pax in virtute tua.* O Ierusalem! o civitas quae aedificaris ut civitas, cuius participatio tua in idipsum, *fiat pax in virtute tua,* fiat pax in dilectione tua; quia virtus tua, dilectio tua. Audi Cantica canticorum: *Valida est sicut mors dilectio* (Cant 8,6). Magnum verbum, fratres, *Valida est sicut mors dilectio.* Magnificentius exprimi non potuit fortitudo charitatis, quam ut diceretur, *Valida est sicut mors dilectio.* Quis enim resistit morti, fratres? Intendat Charitas vestra. Resistitur ignibus, undis, ferro; resistitur potestatibus, resistitur regibus: venit una mors, quis ei resistit? Nihil illa fortius. Propterea viribus eius charitas comparata est, et dictum est, *Valida est sicut mors dilectio.* Et quia ipsa charitas occidit quod fuimus, ut simus quod non eramus; facit in nobis quamdam mortem dilectio. Ipsa morte mortuus erat qui dicebat, *Mundus mihi crucifixus est, et ego mundo* (Gal 6,14): ipsa morte mortui erant quibus dicebat, *Mortui enim estis, et vita vestra abscondita est cum Christo in Deo* (Col 3,3). *Valida est sicut mors dilectio.* Si ergo valida

ella gobiernan los fuertes a los débiles, el cielo a la tierra, las sillas a los pueblos; de aquí que *haya paz en tu fortaleza,* haya paz en tu amor. Y por esta fortaleza, por este amor, por esta paz, *haya abundancia en tus torres,* es decir, en tus alturas. Pocos se sentarán a juzgar, pero la multitud colocada a la derecha constituirá el pueblo de aquella ciudad. Muchos pertenecerán a cada una de las alturas, de los excelsos, por los que han de ser recibidos en las moradas eternas, y así habrá abundancia en sus torres. Sin embargo, el colmo de las delicias y la plenitud de las riquezas es el mismo Dios, el mismo *idipsum.* Aquel de quien participa la ciudad en la permanencia; ella será también nuestra abundancia. ¿Por qué medio? Por la caridad, es decir, por la fortaleza. ¿En quién se halla, hermanos, la caridad? En aquel que no busca en esta vida su propio interés. Oye decir al Apóstol que posee la caridad: *Agradad a todos en todo, como yo agrado a todos en todo.* Pero entonces, ¿en dónde está, ¡oh Apóstol!, lo que dijiste: *Si todavía agradare a los hombres, no sería siervo de Cristo,* pues ahora dices que agradas, ahora exhortas a que también ellos agraden? Pero allí no establece que cada uno agrade por sí y no por la caridad. El que busca su gloria, no busca la salud de los demás. Pues dice: *Como yo también agrado a todos en todo, no buscando mi propio interés, sino el de los muchos, para que se salven.*

13 [v.8]. Por eso también, hablando aquí de la caridad, dice: *Por mis hermanos y mis allegados hablaba paz de ti. ¡Oh*

est, fortis est et magnae virtutis, et ipsa est virtus, et per ipsam reguntur infirmi a firmis, terra a caelo, populi a sedibus; ideo, *Fiat pax in virtute tua,* fiat pax in dilectione tua. Et per istam virtutem, per istam dilectionem, per istam pacem, fiat *abundantia in turribus tuis:* id est, in excelsis tuis. Pauci enim sedebunt in iudicio; sed multi ad dexteram positi facient populum civitatis illius. Multi enim pertinebunt ad singulos quosque excelsos, a quibus recipiantur in tabernacula aeterna; et erit abundantia in turribus eius. Plenitudo autem deliciarum et sufficientia divitiarum ipse Deus, ipse idipsum, ipse cuius participatio est civitatis in idipsum: ipsa erit et abundantia nostra. Sed unde? Per charitatem, hoc est, per virtutem. In quo autem est charitas, fratres? Qui non sua quaerit in hac vita (Phil 2,4.21). Audi Apostolum habentem charitatem: ait, *Placete omnibus per omnia, sicut et ego omnibus per omnia placeo.* Ubi est ergo quod dixisti, *Si adhuc hominibus placerem, Christi servus non essem?* (Gal 1,10) et modo dicis te placere, modo hortaris ut et illi placeant? Sed non ibi posuit finem, ut quis propter se, non propter charitatem placeat. Qui gloriam suam quaerit, non quaerit salutem aliorum. Ait enim: *Sicut et ego omnibus per omnia placeo, non quaerens quod mihi prodest, sed quod multis, ut salvi fiant* (1 Cor 10,32.33).

13 [v.8]. Ideo et hic cum de charitate diceret: *Propter fratres meos,* inquit, *et propinquos meos, loquebar autem pacem de te. O Ierusalem,*

Jerusalén, ciudad que participa en el "idipsum" en el mismo, yo en esta vida, en esta tierra; yo pobre peregrino y gimiendo, sin gozar todavía de tu paz, no la predico por mí, como lo hacen los herejes, que, buscando su gloria, dicen: "La paz con vosotros", y no poseen la paz que anuncian a los pueblos. Pues, si tuviesen paz, no rasgarían la unidad. Mas yo, dice, *hablaba paz de ti.* ¿Por qué motivo? *Por causa de mis hermanos y de mis allegados;* no por mi honra, no por mi dinero ni por mi vida, puesto que *Para mí el vivir es Cristo, y el morir ganancia. Pero hablaba paz de ti por causa de mis hermanos y de mis allegados,* pues él deseaba *morir y estar con Cristo;* mas como debía predicar estas cosas a los hermanos y allegados, *el permanecer en la carne*—dice—*me es necesario por vosotros. Por mis hermanos y mis allegados hablaba paz de ti.*

14 [v.9]. *Por motivo de la casa del Señor, Dios mío, pedí bienes para ti.* No pedí bienes atendiendo a mí, porque entonces no pediría para ti, sino para mí, y, por tanto, ni yo los tendría, porque no los pediría para ti; pero *por la casa del Señor, Dios mío:* por la Iglesia, por los santos, por los peregrinos, por los necesitados, para que suban; porque les dijimos: *Iremos a la casa del Señor.* Por esta *casa del Señor, Dios mío, pedí bienes para ti.* Hermanos, posesionaos de estas cosas necesarias y prolijas, comedlas, bebedlas, fortaleceos, corred y apoderaos de ellas.

civitas cuius participatio in idipsum, ego in hac vita et in hac terra, ego pauper, peregrinus et gemens, nondum perfruens pace tua, et praedicans pacem tuam; non propter me illam praedico, sicut haeretici, qui quaerentes gloriam suam dicunt, Pax vobiscum: et pacem non habent quam populis praedicant. Si enim haberent pacem, non conscinderent unitatem. Ego, inquit, *loquebar pacem de te.* Sed quare? *Propter fratres meos et propinquos meos:* non propter honorem meum, non propter pecuniam meam, non propter vitam meam; nam, *Mihi vivere Christus est, et mori lucrum.* Sed *loquebar pacem de te, propter fratres meos et propinquos meos.* Nam cupiebat ipse *dissolvi, et esse cum Christo:* et qui ista praedicaret propinquis et fratribus, *Manere,* inquit, *in carne, necessarium propter vos* (Phil 1,21.23.24). *Propter fratres meos et propinquos meos, loquebar autem pacem de te.*

14 [v.9]. *Propter domum Domini Dei mei, quaesivi bona tibi.* Non propter me quaesivi bona: nam non tibi quaererem, sed mihi; ideo nec ego haberem, quia non tibi quaererem: sed, *Propter domum Domini Dei mei,* propter Ecclesiam, propter sanctos, propter peregrinos, propter inopes, ut ascendant; quia dicimus eis, *In domum Domini ibimus: propter* ipsam *domum Domini Dei mei, quaesivi bona tibi.* Haec, fratres, prolixiora et necessaria carpite, manducate, bibite; convalescite, currite, apprehendite.

SALMO 122

[FERVIENTE PETICIÓN DEL AUXILIO DIVINO]

SERMÓN AL PUEBLO

1. Emprendí exponer a vuestra caridad por orden los cánticos del que sube; del que sube y del que ama; del que sube, por lo mismo que es amante. Todo amor o sube o baja. Por el buen deseo nos elevamos a Dios y por el malo nos precipitamos al abismo. Pero como ya caímos arruinados por el mal deseo, si conocemos quién no cayó, sino que bajó a nosotros, no nos queda más que subir uniéndonos a El, porque por nuestras fuerzas no podemos. El mismo Señor nuestro Jesucristo dijo: *Nadie sube al cielo sino el que descendió del cielo, el Hijo del hombre, que está en el cielo.* Esto parece como si sólo lo hubiera dicho de sí mismo. Luego ¿los demás han de quedar abajo, ya que sólo sube el que únicamente descendió? ¿Qué deben hacer los demás? Unirse a su Cuerpo para que haya un solo Cristo que baja y sube. Bajó la Cabeza y sube con el Cuerpo, pues se vistió de la Iglesia, que *se presentó a sí mismo sin mancha ni arruga.* Luego sólo El sube. Pero también nosotros, cuando de tal modo estamos en El, que somos sus miembros en El, pues entonces es uno con nosotros; y de tal manera uno, que siempre es uno. La unidad nos entrelaza al uno, y así únicamente no suben con El los que no quieren ser uno con El. Empero, El, que se halla en el cielo, in-

PSALMUS 122

SERMO AD PLEBEM

1. Ascendentis cantica ex ordine cum Sanctitate vestra consideranda suscepi; ascendentis et amantis, et ideo ascendentis quia amantis. Omnis amor aut ascendit, aut descendit. Desiderio enim bono levamur ad Deum, et desiderio malo ad ima praecipitamur. Sed quia iam malo desiderio lapsi cecidimus; superest nobis, si agnoscimus quis ad nos non ceciderit, sed descenderit, haerendo illi ascendere; quia viribus nostris non possumus. Ipse dixit Dominus noster Iesus Christus, *Nemo ascendit in caelum, nisi qui de caelo descendit, Filius hominis qui est in caelo* (Io 3,13). Tanquam de se solo videtur dixisse. Ergo caeteri remanserunt, quia solus ascendit, qui solus descendit? Quid debent facere caeteri? Uniri corpori ipsius, ut sit unus Christus, qui descendit et ascendit. Descendit caput, ascendit cum corpore; vestitus Ecclesiam suam, quam sibi exhibuit sine macula et ruga (Eph 5,27). Solus ergo ascendit. Sed et nos quando cum illo sic sumus, ut in illo membra eius simus; et nobiscum solus est, et ideo unus, et semper unus. Unitas nos compaginat uni: et illi soli cum illo non ascendunt, qui cum illo unus esse noluerint. Iam vero quoniam ipse qui in caelo positus est, et carne suscitata immortalis, per quam fuit

mortal, con la carne resucitada, por la que fue temporalmente mortal, sin soportar en el cielo persecuciones, ultrajes y oprobios, como se dignó soportar estas cosas por nosotros cuando estuvo en la tierra, compadeciéndose de su Cuerpo, que padecía en la tierra, dijo: *Saulo, Saulo, ¿por qué me persigues?* A El no le tocaba ya nadie, y, no obstante, clamaba desde el cielo diciendo que padecía persecución. Por tanto, no debemos perder la esperanza; es más, debemos presumir con gran confianza que, si está con nosotros en la tierra por la caridad, por esta misma caridad estamos nosotros con El en el cielo. Dijimos de qué modo está con nosotros en la tierra al hablar de la voz que se oyó desde el cielo: *Saulo, Saulo, ¿por qué me persigues?*, siendo así que Saulo no le tocaba, es más, ni le veía. Pero ¿cómo se demuestra que nosotros estamos con El en el cielo? Por el mismo apóstol San Pablo, que dice: *Si resucitasteis con Cristo, buscad las cosas de lo alto, en donde Cristo está sentado a la derecha de Dios; pensad en las cosas que están en lo alto, no en las que están sobre la tierra. Porque moristeis y vuestra vida se halla escondida con Cristo en Dios.* Luego El está aún abajo, y nosotros estamos arriba; El está abajo con la ternura de la caridad, y nosotros arriba con la esperanza de la caridad. *Pues con la esperanza hemos sido salvados.* Pero como nuestra esperanza es segura, aun cuando lo que nos sobrevenga es futuro, se habla de nosotros como ya acontecido.

2 [v.1]. Suba, pues, este cantor; pero de cada uno de vuestros corazones cante aquí el hombre, y cada uno sea este hombre. Cuando cada uno en particular canta esto, como todos sois uno en Cristo, un hombre es el que canta y no dice: "A ti, Señor, ele-

spero. O infelix, quid tenes? Ecce dicis, Malo quod teneo; tene sic ut non amittas, et dic, Malo quod teneo. Si autem non tenes, quare non illud tenes quod non potes amittere? Quid ergo tenes? Aurum. Tene ergo; si tenes, non tibi auferatur invito. Si autem et per aurum traheris quo non vis, et ideo te quaerit maior raptor, quia invenit minorem raptorem; ideo te quaerit maior aquila, quia prior cepisti leporem: praeda tibi fuit minor, praeda eris maiori. Haec non vident homines in rebus humanis; tanta cupiditate caecantur. Mira res est, fratres; horrent qui considerant. Quaerit potentior infirmiorem, et quaerit eum opprimere, non ob aliud, nisi quia habet quod illi auferat: videt illum pati sub se tribulationem, non ob aliud, nisi propter quod habet; et hoc ipse, propter quod ille patitur tribulationem, ad se congerit. Non attendebat, quando illum persequebatur; ille fugiebat, ille torquebatur, ille timebat, ille ubi se absconderet quaerebat: unde pateretur ista mala, nisi quia habebat? Vel in illo disce quid fugias: quia res quae illum torquebat, te persequente, ne auferretur a te, et te sic habet torquere alio persequente. Attendis quia pinguis est: si propterea illum quaeris, quia pinguis est; time pinguescere, ne alter te quaerat. Et omnia inaniter fiunt: quaere finem; tenebrae occurrunt: quaere quare; nihil occurrit.

11 [v.6]. Luego se regocijen y alegren en el Señor los que dicen: *Nuestra alma atravesó el agua sin sustancia o sin consistencia,* y reciban su sustancia o heredad. Los que viven licenciosamente la perdieron. Pero ¿por ventura se hizo pobre el padre? Regresen, y encontrarán allí las riquezas que en la lejana peregrinación malgastaron con las meretrices; atraviesen el agua sin sustancia y digan: *Bendito el Señor, que no nos entregó como caza a los dientes de ellos.* Eran cazadores perseguidores y colocaron cebo en la trampa. ¿Qué cebo? La dulzura de esta vida, para que por ella cada uno aboque a la maldad y sea apresado por la trampa. Pero aquellos en quienes está el Señor, aquellos que dicen: *A no tener al Señor de nuestra parte...*, no fueron cazados en el lazo. Hállese el Señor en ti, y no serás atrapado por la trampa; clama: *Bendito el Señor, que no nos entregó por presa a sus dientes.*

12 [v.7]. *Nuestra alma fue libertada como pájaro de la trampa de los cazadores.* Como el Señor se hallaba en el alma, por eso fue librada como pájaro su alma de la trampa de los cazadores. ¿Por qué como pájaro? Porque, incauta, hubiera caído como pájaro, y hubiera podido decir después; "*Perdóname, ¡oh* Dios!" ¡Oh pájaro inconstante!, fija más bien los pies en la piedra; no te acerques a la trampa. Serás cogido, devorado y destruido. Hállese el Señor en ti, y te librará de los demasiado grandes, de los lazos de los cazadores. Así como haces un gran estrépito al ver a una ave que está casi para caer en el lazo a fin de que se aparte de el, así también el Señor, que estaba en los

11 [v.6]. Ergo exsultent et laetentur in Domino qui dicunt, *Pertransiit anima nostra aquam sine substantia,* et recipiant substantiam suam. Perdiderunt illam viventes prodige; sed num pauper factus est Pater? Redeant, et invenient ibi divitias quas in longinqua peregrinatione cum meretricibus consumpserunt; evadant aquam sine substantia, et dicant: *Benedictus Dominus, qui non dedit nos in venationem dentibus eorum.* Venantes enim erant persequentes, et posuerunt escam in muscipula. Quam escam? Dulcedinem vitae huius, ut unusquisque propter dulcedinem huius vitae mittat caput in nequitiam, et muscipula comprimatur. Non illi in quibus erat Dominus, illi qui dicunt, *Nisi quia Dominus erat in nobis;* non capti sunt in muscipula. Sit in te Dominus, et nec tu capieris in muscipula; clama, *Benedictus Dominus, qui non dedit nos in venationem dentibus eorum.*

12 [v.7]. *Anima nostra sicut passer eruta est de muscipula venantium.* Quia in ipsa anima Dominus erat, ideo sicut passer eruta est anima de muscipula venantium. Quare sicut passer? Quia incauta ceciderat sicut passer; et poterat dicere postea, Ignoscet mihi Deus. O passer instabilis, fige potius pedes in petra, noli ire ad muscipulam. Caperis, consumeris, obtereris. Sit in te Dominus, et de maioribus minis eruet te, de muscipula venantium. Quomodo si videas avem veluti iam cadere in muscipulam, facis maiorem strepitum, ut volet de muscipula: sit et martyres,

mártires, ya que algunos de ellos comenzaban a ofrecer el cuello a la dulzura de esta vida, les hizo gran ruido con las llamas eternas, y de este modo libertó al pájaro de los lazos de los cazadores: *Nuestra alma fue libertada como pájaro de los lazos de los cazadores* ¿Y qué? ¿Siempre existirá la trampa? La trampa era el placer de esta vida. Ellos no se entretuvieron en la trampa y fueron matados; pero matados se rompió el lazo; ya no permaneció la dulzura de esta vida, por la cual pudieran ser de nuevo atrapados, sino que se quebró. Pero ¿acaso fue triturado el pájaro? No, puesto que no estaba en la trampa. *El lazo se quebró, y nosotros fuimos libertados.*

13 [v.8]. Clamen, porque fueron librados; vuelen hacia Dios, se llenen de gozo en Dios, porque fueron libertados, puesto que el Señor estaba en ellos para que no fuesen atrapados por los lazos. ¿Por qué se rompieron los lazos y nosotros fuimos librados? ¿Quieres saber por qué? *Nuestra ayuda se halla en el nombre del Señor, que hizo el cielo y la tierra.* Si esta ayuda no hubiera existido, ciertamente no hubieran sido permanentes los lazos, sino que, capturado el pájaro, hubiera sido triturado. Esta vida ha de pasar, y quienes por sus placeres fueron atrapados y por estas dulzuras ofendieron a Dios pasarán con esta vida. Estad, por tanto, seguros que se romperá este lazo. Todo el placer de la vida presente dejará de existir una vez que cumplió su cometido; pero es necesario no adherirse, para que, cuando sea roto el lazo, te regocijes y digas: *Se rompió el lazo, y nosotros fuimos libertados.*

iam forte aliqui ipsorum intendebant collum in dulcedinem vitae huius; Dominus qui erat in illis, fecit strepitum gehennarum, et erutus est passer de muscipula venantium: *Anima nostra sicut passer eruta est de muscipula venantium.* Et quid? semper erit illa muscipula? Muscipula erat dulcedo vitae huius: illi non haeserunt in muscipula, et occisi sunt; illis occisis muscipula fracta est; iam non remansit dulcedo vitae huius, per quam possint iterum capi, sed illa contrita est: numquid et passer contritus est? Absit; quia non erat in muscipula: *Muscipula contrita est, et nos eruti sumus.*

13 [v.8]. *Clament ergo, quia eruti sunt; volent ad Deum, triumphent* in Deo, quia eruti sunt: quoniam Dominus erat in eis, ne a muscipula caperentur. Quare muscipula contrita est, et nos eruti sumus? Vis scire quare? *Adiutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit caelum et terram.* Nam si adiutorium hoc non esset, non quidem aeterna maneret muscipula; sed cum captus esset, contereretur passer. Nam vita ista transitura est; et qui dulcedine eius capti fuerint, et per hanc dulcedinem offenderint Deum, cum ista vita transibunt. Nam conteretur muscipula; certi estote: omnis dulcedo vitae istius praesentis non erit, impleta sorte loci sui; sed opus est non haerere, ut quando conteretur muscipula, tunc exsultes et dicas, *Muscipula contrita est, et nos eruti sumus.* Sed ne putes hoc viribus tuis te posse, attende cuius est opus ut eruaris (nam si

Pero no pienses que esto lo puedes conseguir por tus propias fuerzas; ve de quién depende el ser librado, porque, si te engríes, caes en el lazo, y di: *Nuestra ayuda se halla en el nombre del Señor, que hizo el cielo y la tierra.*

14. Se habló del salmo, y, en cuanto el Señor se dignó ayudarme, según creo, queda expuesto. Mañana sabéis muy bien que se debe a vuestra caridad el sermón; asistid y ayudadme con vuestras oraciones. Debéis recordar mi compromiso. No diría qué he de tratar si no quisiera ser ayudado con el ardor de la fe y de vuestras oraciones. Recordaréis que os prometí tratar de lo que se dijo en el Evangelio: *La ley fue dada por Moisés; la gracia y la verdad fue hecha por Jesucristo.* Suelen los herejes, y principalmente los maniqueos, censurar la ley y decir que Dios no la decretó. Ha de exponerse, por tanto, este pasaje para que se vea que Dios decretó la ley y que ella fue dada por Moisés; mas por cierta razón, no para salvar. La ley no salvó para que se desease al Autor de la ley, al mismo Emperador, que daría a los pecadores el perdón. Y, por tanto, dada la ley por Moisés, se consiguiese la gracia por Jesucristo. A esto quise que atendieseis. La misericordia de Dios cuidará, no por mis méritos, sino más bien por vuestro deseo; ni por mis cualidades, sino por la afluencia de sus dones, que de tal modo se exponga cosa tan necesaria a los hombres constituidos en el Nuevo Testamento, que el enemigo no encuentre en absoluto escondite alguno en el que se oculte para engañar a los fieles.

superbieris, in muscipulam cadis), et dic, *Adiutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit caelum et terram.*

14. Psalmus tractatus est, et quantum Dominus adiuvare dignatus est, ut puto, expositus. Crastino etiam die sermonem deberi Charitati vestrae optime nostis; adestote, et adiuvate nos orationibus vestris. Pollicitationis enim nostrae meminisse debetis; nec dicerem quid essem tractaturus, nisi adiuvari volens studio fidei et orationum vestrarum. Meministis enim me promisisse vobis de hoc tractare quod dictum est in Evangelio, *Lex per Moysen data est; Gratia et veritas per Iesum Christum facta est* (Io 1,17). Solent enim homines haeretici, maxime Manichaei, reprehendere Legem, et dicere quia Deus illam non dedit. Exponendus est enim locus iste, ut cognoscatur quia et Legem Deus dedit, et Lex per Moysen data est; ut non salvaret, propter certam causam. Non salvavit Lex, ut lator Legis ipse Imperator desideraretur, qui indulgentiam daret peccantibus; et data quidem Lex esset per Moysen, Gratia autem et veritas per Iesum Christum fieret. Ad hoc intentos vos facere volui. Aderit Domini misericordia, non ex meritis nostris, sed forte pro merito desiderii vestri; neque ex facultatibus nostris, sed ex abundantia donorum suorum: ut sic tractetur res satis necessaria hominibus positis in novo testamento, ut omnino nullas latebras inveniat inimicus, ubi se occultet ad decipiendos fideles.

SALMO 124

[INVOCACIÓN DEL AUXILIO DIVINO SOBRE ISRAEL]

SERMÓN AL PUEBLO

1 [v.1-2]. Este salmo, que pertenece al número de los cánticos graduales, de cuyo título ya hemos hablado en otras circunstancias muchas cosas, y que no quiero repetir, no sea que os canse más bien que os instruya, nos enseña a nosotros, que subimos y elevamos nuestras almas al Señor, Dios nuestro, con el afecto de la caridad y de la piedad, a no poner la atención en los hombres que prosperan en el siglo con la falsa, engreída y por completo engañosa felicidad, en donde sólo fomentan la soberbia y se hiela el corazón con relación a Dios y se endurece, oponiéndose a la lluvia de su gracia para no dar fruto. Presumiendo de la abundancia de todas las cosas que parecen necesarias a esta vida, y más que necesarias, se engríen; y, siendo hombres inferiores por su iniquidad a todos los restantes, se creen superiores por la soberbia a todos los demás. ¡Y ojalá que a lo sumo se tuviesen como los restantes hombres! Sin embargo, algunas veces, mirando y atendiendo demasiado a éstos, aquellos que adoran a Dios vacilan y se turban como si su recompensa hubiera perecido, por adorar a Dios, cuando se ven en medio de trabajos, de indigencias, de calamidades, de enfermedades, de dolores, de alguna necesidad, y ven a otros repletos de salud corporal, de bienes temporales;

PSALMUS 124

SERMO AD POPULUM

1 [v.1.2]. Psalmus iste, pertinens ad numerum canticorum graduum (de quo titulo in aliis iam multa diximus, et repetere nolumus, ne vos obtundamus potius quam instruamus), docet nos ascendentes et levantes animas nostras ad Dominum Deum nostrum affectu charitatis atque pietatis, non intendere in homines qui prosperantur in hoc saeculo felicitate falsa atque ventosa et prorsus seductoria; ubi nihil aliud nutriunt quam superbiam, et cor eorum congelascit adversus Deum, et fit durum adversus imbrem gratiae ipsius, ne fructum ferat. Praesumentes enim omnia sibi abundare, quae videntur huic vitae necessaria, et ultra quam necessaria, extolluntur; et cum sint homines per iniquitatem inferiores omnibus hominibus, per superbiam superiores se putant omnibus hominibus. Atque utinam vel sicut alios homines se esse deputarent. Hos autem aliquando intuendo et nimis attendendo, etiam illi qui Deum colunt, fluctuant et nutant, quasi perierit merces eorum quare Deum colunt, cum se vident in laboribus, in egestate, in aerumna, in morbo, in dolore, in aliqua necessitate, et vident alios habere sanitatem corporis, abundare temporalibus, incolumitate suorum gaudere, nitore bonorum

que gozan de la incolumidad de los suyos y brillan con el esplendor de los bienes, y precisamente aquellos que no sólo no adoran a Dios, sino que se oponen a todos los hombres. Atendiendo, pues, a éstos, vacilan y dicen dentro de sí lo que claramente se escribió en otro salmo. *¿Cómo lo supo Dios? ¿Hay conocimiento en el Altísimo? He aquí que los mismos pecadores y los ricos del mundo consiguieron riquezas;* y prosigue: *¿Justifiqué tal vez mi corazón en vano y lavé mis manos fútilmente con los inocentes?* ¿Quizás fui vano, porque quise vivir en justicia y habitar en inocencia entre los hombres, ya que veo que quienes rechazan la inocencia tienen tan gran felicidad, y, felices, vituperan a los justos mediante la iniquidad?

2. Pero ¿quién dijo esto en aquel salmo? Aquel que todavía no tenía recto el corazón. Pues así comienza este salmo del que ahora aduje el testimonio; no el salmo que ahora tomé a mi cargo exponer y explicar, sino aquel en donde se dijo: *¿Cómo lo supo Dios? ¿Acaso hay conocimiento en el Altísimo? He aquí que los mismos pecadores y los ricos del mundo consiguieron riquezas. ¿Por ventura justifiqué mi corazón en vano y lavé mis manos con los inocentes?* Este salmo, pues, en donde veis que peligra el alma, en donde observáis que vacilan los pies, comienza así: *¡Cuán bueno es el Dios de Israel para los rectos de corazón! Pero mis pies por poco no se conmovieron, por poco no resbalaron mis pasos.* ¿Por qué? *Porque envidié a los pecadores viendo la paz de los perversos.* Luego por esto declaró que el haberse conmovido sus pies y el haber casi resbalado sus pasos, apartándose de Dios, lo cual le conducía a la ruina, se debió a que, mi-

florere eos qui non solum Deum non colunt, sed et omnibus hominibus adversantur; attendentes eos, putant, et dicunt apud se quod aperte scriptum est in quodam psalmo: *Quomodo scivit Deus, et si est scientia in Altissimo? Ecce ipsi peccatores et abundantes in saeculo obtinuerunt divitias.* Et sequitur: *Numquid vane iustificavi cor meum, et lavi in innocentibus manus meas?* Numquid forte vanus fui, qui volui iuste vivere, et innocenter inter homines conversari, quando scio eos qui nolunt servare innocentiam, habere tantam felicitatem, et insultare iustis per iniquitatem felices?

2. Sed quis illud dixit ibi in psalmo? Cuius nondum erat rectum cor. Sic enim coepit iste psalmus de quo modo testimonium dedimus, non iste quem considerandum et tractandum modo suscepimus, sed ubi dictum est, «Quomodo scivit Deus, et si est scientia in Altissimo? Ecce ipsi peccatores et abundantes in saeculo obtinuerunt divitias. Numquid vane iustificavi cor meum, et lavi in innocentibus manus meas?» ille ergo psalmus, ubi videtis quia periclitatur anima, ubi videtis quia nutant pedes, sic coepit: *Quam bonus Deus Israel rectis corde! Mei autem,* inquit, *pene commoti sunt pedes, paulo minus effusi sunt gressus mei.* Quare? *Quia zelavi in peccatoribus, pacem peccatorum intuens* (Ps 72,1-13). Inde ergo dixit commotos pedes suos et pene effusos

rando y fijando la atención en la felicidad de los pecadores, vio que tenían paz y él trabajo. Sin embargo, narró esto después de haber pasado esta tentación. Cuando, ya enderazado el corazón, se unió a Dios, narró sus peligros pasados. Luego *bueno es el Dios de Israel.* ¿Para quiénes? *Para los rectos de corazón.* ¿Quiénes son los rectos de corazón? Los que no ultrajan a Dios. ¿Quiénes son los rectos de corazón? Los que enderezan su voluntad a la voluntad de Dios y no pretenden inclinar la voluntad de Dios a la suya. Conciso es el mandato: que el hombre enderece su corazón. ¿Quieres tener recto el corazón? Haz lo que Dios quiere; no quieras que Dios haga lo que tú quieres. Luego son depravados de corazón, es decir, no tienen recto el corazón, los que, poniendo paño al púlpito, dictaminan cómo debió obrar Dios, no alabando lo que hizo, sino censurándolo. Quieren corregirle; les parece poco no querer ser corregidos por El, y por eso dicen: "Dios no debió hacer pobres; únicamente debieran existir los ricos; sólo debieran vivir éstos. ¿Por qué fue hecho el pobre? ¿Para qué vive?" De este modo vitupera a Dios pobre. ¡Cuánto más le convendría ser pobre de Dios, y así sería rico de Dios!, esto es, ¡cuánto más le convendría que aceptase el querer de Dios y comprendiese que su pobreza es temporal y pasajera, y que las riquezas espirituales de tal modo le sobrevendrán, que en forma alguna han de perecer, y así tendría fe en las riquezas del corazón si le acontece no tener oro en el arca! Porque, si tuviese oro en el arca, temería al ladrón y perdería sin quererlo el oro del arca. Sin embargo, no perderá la fe del corazón si él mismo no la arroja. Al instante

gressus, lapsu ad ruinam a Deo, quia intuitus est et inspexit felicitatem peccatorum, et vidit eos habere pacem, se autem laborem. Narravit autem hoc cum iam evasisset, cum iam correcto corde Deo inhaesisset, narravit praeterita pericula sua. Ergo, *Bonus Deus Israel:* sed quibus? *Rectis corde.* Qui sunt recti corde? Qui non reprehendunt Deum. Qui sunt recti corde? Qui voluntatem suam ad voluntatem Dei dirigunt; non voluntatem Dei ad voluntatem suam curvare conantur. Breve praeceptum est, ut homo dirigat cor suum. Vis habere rectum cor? Tu fac quod vult Deus; noli Deum velle facere quod vis tu. Pravicordes ergo sunt, id est, qui rectum cor non habent, qui sedent et disputant quomodo debuit facere Deus; non laudando quod fecit, sed reprehendendo. Corrigere illum volunt: parum est quia corrigi ab eo nolunt; et dicunt, Non debuit Deus facere pauperes, sed soli divites esse debuerunt; et ipsi soli viverent. Utquid factus est pauper? utquid vivit? Reprehendit Deum pauperum. Quanto melius esset pauper Dei, et dives esset de Deo; hoc est, sequeretur voluntatem Dei, et videret paupertatem suam temporalem esse, et transituram, divitias autem sibi spirituales ita venturas, ut nullo pacto possent praeterire; et haberet in divitiis cordis fidem, si ei non contingit aurum habere in arca? Quia si aurum haberet in arca, furem timeret, et aurum de arca etiam nolens perderet; fidem autem de corde non perderet, si ipse illam inde non expelleret. Cito autem responderi

puede respondérsele: Carísimo, Dios hizo al pobre para probar al hombre, e hizo al rico para probarle a él por el pobre; y todas las cosas que hizo Dios, las hizo bien. Si no podemos ver el dictamen de Dios, es decir, si no podemos ver por qué hizo aquello de una manera y lo otro de otra, nos conviene someternos a su sabiduría y creer que obró bien, aun cuando no comprendamos por qué lo hizo. De este modo tendremos recto el corazón, presumiendo y confiando en Dios; y nuestros pies no se conmoverán y tendrán lugar en nosotros que subimos aquello por lo que comienza el salmo: *Los que confían en el Señor, como el monte de Sión, no se conmoverán eternamente.*

3. ¿Quiénes son éstos? *Los que habitan en Jerusalén.* Los que *habitan en Jerusalén no se conmoverán eternamente.* Si entendiésemos por Jerusalén la ciudad terrena, observarás que todos los que allí habitaban fueron arrojados por las guerras y la destrucción de la misma ciudad. Ahora buscas al judío en la ciudad de Jerusalén y no le encuentras. Luego ¿cómo *no se conmoverán eternamente los que habitan en Jerusalén?* Porque existe otra Jerusalén, de la cual acostumbráis a oír muchas cosas. Ella es nuestra madre, por ella suspiramos y gemimos en esta peregrinación a fin de volver de nuevo a ella. Nos habíamos apartado de ella y no teníamos camino; vino el Rey de ella, y se hizo nuestro camino para que podamos retornar a ella. Ella es la ciudad en donde *estaban firmes nuestros pies en los atrios de Jerusalén,* conforme oísteis en un salmo anterior de cántico gradual ya expuesto y comentado, por la cual suspiraba el que cantaba: *Jerusalén, que*

potest, charissimi. Fecit Deus pauperem, ut probet hominem; et fecit Deus divitem, ut probet illum de paupere. Et omnia quae fecit Deus, recte fecit. Et si non possumus videre consilium ipsius, quare illud sic fecit et illud sic; bonum est nobis ut subdamur sapientiae ipsius, et credamus quia bene fecit, et si nondum novimus quare fecit: et habebimus cor rectum, ut praesumamus et confidamus in Domino, et non movebuntur pedes nostri, et fit in nobis ascendentibus unde coepit iste psalmus, *Qui confidunt in Domino, sicut mons Sion, non commovebuntur in aeternum.*

3. Qui sunt isti? *Qui inhabitant Ierusalem:* ipsi *non commovebuntur in aeternum, qui inhabitant Ierusalem.* Si hanc Ierusalem intellexerimus, omnes qui illic inhabitabant, bellis et eversione ipsius civitatis exclusi sunt: modo quaeris Iudaeum in civitate Ierusalem, et non invenis. Quare ergo *non movebuntur in aeternum, qui inhabitant Ierusalem,* nisi quia est alia Ierusalem, de qua multa soletis audire? Ipsa est mater nostra, cui suspiramus et gemimus in ista peregrinatione, ut ad illam redeamus. Erraveramus ab ea, et viam non habebamus: Rex ipsius venit, et via nobis factus est, ut ad illam redire possimus. Ipsa est illa, ubi *stantes erant pedes nostri in atriis Ierusalem,* sicut audistis in psalmo canticorum graduum superiore, iam vobis exposito et tractato qui interfuistis; cui suspirabat ille qui cantabat, *Ierusalem quae aedificatur*

se edifica como ciudad; la participación de ella en el Mismo, es decir, *en la Permanencia.* Luego los que allí habitan *no se conmoverán eternamente.* Quienes habitaron en la Jerusalén terrena se conmovieron, primero en el corazón, después en el destierro. Cuando se conmovieron en el corazón y se derrumbaron, crucificaron al Rey de la misma Jerusalén celeste. Espiritualmente estaban fuera y echaban afuera al mismo Rey. Le sacaron fuera de su ciudad y fuera le crucificaron. El también los arrojó fuera de su ciudad, es decir, de la eterna Jerusalén, madre de todos nosotros, la cual está en los cielos.

4. ¿Cuál es esta Jerusalén? Concisamente la describe: *Montes a su alrededor.* ¿Es algo grande que nosotros nos hallemos en aquella ciudad que rodearon los montes? ¿Toda nuestra felicidad consiste en que poseeremos la ciudad que rodean los montes? ¿Es que no conocemos los montes? ¿Qué son los montes sino protuberancias de tierra? Pero hay otros montes dignos de ser amados; montes excelsos: los predicadores de la verdad, ya sean ángeles, apóstoles o profetas. Estos se hallan alrededor de Jerusalén; la cercan y forman como una muralla. La Escritura habla con frecuencia de estos montes amables y deleitables. Notad, cuando oís o leéis, que encontráis estos montes deleitables en más pasajes de los que yo puedo citar. Sin embargo, en cuanto el Señor me inspira, me deleita hablar largamente de estos montes, y sobre todo porque me vinieron a la memoria no pocos testimonios divinos de la santa Escritura. Ellos son los montes que son iluminados por Dios; y primeramente son iluminados para que de ellos

ut civitas; cuius participatio eius in idipsum (Ps 121,2.3). Qui ergo ibi habitant *non movebuntur in aeternum.* Qui autem habitarunt in ista Ierusalem, moti sunt; primo corde, postea exsilio. Quando moti sunt corde et ceciderunt, tunc Regem ipsius supernae Ierusalem crucifixerunt. Iam spiritualiter foris erant, et ipsum Regem foras excludebant. Eiecerunt enim illum extra civitatem suam, et foris crucifixerunt (Io 19, 17,18). Et ipse eiecit illos extra civitatem suam, id est aeternam Ierusalem matrem omnium nostrum, quae est in caelis.

4. Qualis est ista Ierusalem? Breviter describit eam. *Montes in circuitu eius.* Magnum aliquid, nos esse in ea civitate quam circumdederunt montes? Ipsa est tota felicitas nostra, quia habebimus civitatem quam circumdederunt montes? Num enim non novimus montes? aut quid sunt montes, nisi tumores terrarum? Alii sunt ergo montes amabiles, montes excelsi, praedicatores veritatis, sive Angeli, sive Apostoli, sive Prophetae. Ipsi sunt in circuitu Ierusalem; ambiunt illam, et quasi murum illi faciunt. De his montibus amabilibus et delectabilibus assidue Scriptura loquitur. Advertite cum auditis vel legitis; pluribus locis invenitis montes delectabiles, quam nos possumus commemorare. Verumtamen quantum Dominus suggerit, delectat nos de his montibus multa dicere; et divina testimonia de Litteris sanctis occurrerunt nobis. Ipsi sunt montes qui illuminantur a Deo: et primitus illuminantur, ut ab

baje la luz a los valles o a los collados, ya que no son éstos de tanta altura como los montes. Ellos nos suministran la Escritura contenida en la profecía, en los apóstoles o en el Evangelio. Ellos son los montes de los que cantamos: *Elevé mis ojos a los montes, de donde me vendrá mi auxilio,* porque de las santas Escrituras recibimos auxilio en esta vida. Pero como estos montes no se protegen a sí mismos ni nos consuelan por sí mismos, no debemos colocar en ellos la esperanza, para que no seamos maldecidos por haber puesto en el hombre la esperanza. Por eso, después de dicir: *Elevé mis ojos a los montes, de donde me vendrá el auxilio,* añadió: *Mi auxilio procede del Señor, que hizo el cielo y la tierra.* Ellos son los montes, de los que también dice: *Reciban los montes la paz para su pueblo, y los collados la justicia.* Los montes son las grandes alturas; los collados, las pequeñas. Los montes ven, los collados creen. Los que ven recibieron la paz y la ofrecieron a los que creen. Los que creen reciben la justicia, porque el justo vive de la fe. Los ángeles (los enviados) ven, anuncian lo que ven, y nosotros creemos. San Juan vio: *En el principio existía el Verbo, y el Verbo estaba en Dios, y el Verbo era Dios;* veía, y nos predicó a nosotros para que creyésemos. Y así, por los montes que recibieron la paz, recibieron los collados la justicia. Porque de estos mismos montes, ¿qué dice? No dijo que por sí mismos tienen la paz, o que instituyen la paz, o que engendran la paz, sino que recibieron la paz. Del Señor recibieron la paz. Por tanto, eleva tus ojos a los montes en busca de la paz para que tu auxilio proceda del Señor, que hizo el cielo y la tierra. Conmemorando

ipsis lumen descendat ad valles, vel ad colles; quia non tantae sunt altitudinis, quantae sunt montes. Ipsi sunt per quos nobis praerogatur Scriptura, sive in prophetia, sive in Apostolis, sive in Evangelio. Ipsi sunt montes de quibus cantamus, *Levavi oculos meos in montes, unde veniet auxilium mihi;* quia de Scripturis sanctis in hac vita habemus auxilium. Sed quia ipsi montes non a se proteguntur, nec a seipsis nobis consulunt, nec spes nostra debet esse in montibus, ne maledicti simus qui spem in homine ponimus (Ier 17,5); iam dixerat, *Levavi oculos meos in montes, unde veniet auxilium mihi; Auxilium,* inquit, *meum a Domino, qui fecit caelum et terram* (Ps 120,1.2). Ipsi sunt montes de quibus item dicit: *Suscipiant montes pacem populo tuo, et colles iustitiam* (Ps 71,3). Montes magni sunt, et colles minores sunt. Montes ergo vident, colles credunt: qui vident, pacem susceperunt et attulerunt ad eos qui credunt. Qui enim credunt, suscipiunt iustitiam; quia iustus ex fide vivit (Rom 1,17). Angeli vident, annuntiant quod vident, et credimus nos. Ioannes ille: *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum* (Io 1,1): videbat, praedicavit nobis ut crederemus. Et per montes suscipientes pacem, susceperunt colles iustitiam: quia de ipsis montibus quid ait? Non dixit, A se habent pacem, vel, instituunt pacem, vel, generant pacem; sed, suscipiunt pacem. Unde suscipiunt pacem, Dominus est. Sic ergo leva oculos tuos ad montes propter pacem, ut auxilium tuum sit a Domino, qui fecit caelum et

de nuevo el Espíritu Santo estos montes, dice: *Tú que iluminas maravillosamente desde los montes eternos.* No dijo que los montes iluminan, sino: *Tú que iluminas desde los montes eternos.* Predicando el Evangelio por estos montes que quisiste fuesen eternos *iluminas tú,* no los montes. Luego estos *montes se hallan alrededor de Jerusalén.*

5. Para que sepáis cuáles son los montes que la rodean, en donde menciona la Escritura los buenos montes, muy rara y difícilmente, o quizás jamás, pasa por alto nombrar al Señor, o le da a entender al mismo tiempo, para que no se ponga la esperanza en los montes. Aquí tenéis muchos testimonios que recuerdo: *Elevé mis ojos a los montes, de donde me vendrá el auxilio;* y para que no te quedes en ellos, añade: *Mi auxilio procede del Señor, que hizo el cielo y la tierra;* también se dice: *Reciban los montes la paz para su pueblo;* al escribir *reciban,* declara que hay una fuente de paz, de donde ellos la reciben. Asimismo se consigna que *iluminas desde los montes;* pero añadió: *Tú,* pues dijo: *Tú que iluminas maravillosamente desde los montes eternos.* Igualmente, al decir en este sitio *los montes la rodean,* para que tú no te quedases en los montes, añadió a continuación: *Y el Señor rodea a su pueblo,* a fin de que tu esperanza no se afianzase en los montes, sino en Aquel que ilumina los montes. Pues como El habita en los montes, es decir, en los santos, El rodea a su pueblo y El amuralló a su gente con la fortaleza espiritual para que no se conmoviese eternamente. Por el contrario, cuando habla la Escritura de los montes malos, no añade *Señor.* Estos montes os he dicho muchas veces que simbolizan ciertas almas grandes, pero malas. Pues no

terram. Rursus illos montes commemorans Spiritus sanctus hoc ait: *Illuminans tu admirabiliter a montibus aeternis* (Ps 75,5). Non dixit, Illuminant montes; sed *Illuminans tu a montibus aeternis:* per montes istos quos aeternos esse voluisti, praedicans Evangelium, *tu illuminans,* non montes. Tales ergo *montes in circuitu* Ierusalem.

5. Et ut noveritis quales sint montes in circuitu eius; ubi commemoravit montes bonos Scriptura, valde raro et difficile, aut forte nunquam non et statim ibi nominat Dominum, aut simul significat, ne spes remaneat in montibus. Ecce videte quam multa commemoravi. *Levavi oculos meos in montes, unde veniet auxilium mihi:* et ne ibi remaneas, *Auxilium meum,* inquit, *a Domino, qui fecit caelum et terram.* Rursus, *Suscipiant montes pacem populo tuo:* cum dixit, *Suscipiant,* ostendit alium esse fontem pacis unde illi suscipiunt. Rursus, *A montibus illuminans:* sed, *Tu,* dixit; *Illuminans tu admirabiliter a montibus aeternis.* Item hoc loco cum dixisset, *Montes in circuitu eius;* ne tu rursum remaneres in montibus, statim subiunxit, *Et Dominus in circuitu plebis suae:* ut tua spes non sit in montibus, sed in illo qui illuminat montes. Cum enim ille habitat in montibus, id est in sanctis, ipse est in circuitu plebis suae; et ipse muravit plebem suam munimento spirituali, ne moveatur in aeternum. At vero de illis montibus malis quando loquitur Scriptura, non eis addit Dominum. Tales montes, iam saepe

penséis, hermanos, que pudieron hacerse herejes por algunas almas apocadas. Solamente hicieron herejes hombres grandes; pero en tanto fueron grandes en cuanto que fueron malos montes. Pues no eran tales montes que pudieran recibir la paz para que los collados recibiesen la justicia, sino que ellos recibieron la discordia de parte de su padre el diablo. Eran ciertamente montes; pero guárdate de dirigirte a ellos. Pues vendrán hombres y te dirán: "Grande fue aquel varón, excelso aquel hombre. ¡Qué grande fue Donato, Maximiamo, Fotino, Arrio!" A todos éstos llamé montes, pero naufragantes. Veis que emana de ellos alguna lucecita de palabra y de ellos se inflama algún fueguecillo momentáneo. Si navegáis sobre el leño y se echa encima la noche, es decir, la oscuridad de esta vida, no os engañen; no os encaminéis a aquella nave; allí hay peñascos, allí se dan grandes naufragios. Cuando te fueren alabados estos montes y se te comenzase a persuadir que te acerques a estos montes como a sitio de refugio para que aquí descanses, responde: *Confío en el Señor. ¿Por qué decís a mi alma: "Transmigra al monte como pájaro"?* Te conviene que eleves tus ojos a los montes de donde te viene el auxilio de parte del Señor. Para que evites caer como pájaro en la trampa de los cazadores, no transmigres a estos montes. El pájaro es inconstante; en todo momento se mueve; al instante vuela de un lado para otro. Tú confía en el Señor, y serás como el monte Sión; no te conmoverás eternamente y no transmigrarás a los montes como el pájaro. ¿Por ventura nombró aquí a los montes como si hablase de los montes del Señor?

diximus vobis, significant magnas quasdam animas, sed malas. Non enim putetis, fratres, quia potuerunt fieri haereses per aliquas parvas animas. Non fecerunt haereses, nisi magni homines: sed quantum magni, tantum mali montes. Non enim montes erant tales qui susciperent pacem, ut colles susciperent iustitiam; sed illi dissensionem susceperunt a diabolo patre suo. Montes ergo erant: ad tales montes cave ne fugias. Venturi enim sunt homines, et dicturi tibi: Magnus ille vir, et magnus ille homo. Qualis fuit ille Donatus! qualis est Maximianus! et nescio quis Photinus, qualis fuit! et ille Arius qualis fuit! Omnes istos montes nominavi, sed naufragosos. Videtis quia lucet de illis aliqua flamma sermonis, et aliquis de ipsis ignis accenditur. Si navigatis in ligno, et noctem patimini, id est, caliginem huius vitae; non vos fallant, nec dirigatis illuc navim: ibi sunt saxa, ibi naufragia magna fiunt. Cum ergo tibi laudati fuerint isti montes, et coeperit tibi suaderi ut venias ad ipsos montes, quasi ad auxilium, et ibi requiescas; responde: *In Domino confido; quomodo dicitis animae meae, Transmigra in montes sicut passer?* (Ps 10,2). Bonum est enim tibi ut in illos montes leves oculos unde tibi auxilium a Domino sit, ut evadas sicut passer de muscipula venantium, non transmigres in montes. Passer enim instabilis res est; cito movetur, cito volat hinc et inde. Sed tu confide in Domino, et eris sicut mons Sion; non commoveberis in aeternum, et non transmigrabis in montes sicut passer. Numquid ibi sic nominavit montes, ut de Domino diceret?

6. Ama a los montes en los cuales está Dios. Pues ellos te amarán si no pones en ellos la esperanza. Ved, hermanos míos, cuáles son los montes de Dios. En otro salmo se denominan de este modo: *Tu justicia como los montes de Dios.* No dijo "su justicia", sino *tu justicia.* Oye, pues, al Apóstol, que es tal monte, decir: *Para ser hallado en El (en Cristo), no teniendo la justicia mía, que procede de la ley, sino la que es por la fe de Cristo.* Quienes desearon ser montes por su propia justicia, como algunos judíos o sus príncipes los fariseos, son censurados de este modo: *Desconociendo la justicia de Dios y tratando de establecer la suya propia, no se sometiron a la justicia de Dios.* De tal modo son excelsos, los que se sometieron, que al mismo tiempo son humildes. Por ser excelsos se llaman montes, por someterse a Dios son valles; mas como poseen la capacidad de la piedad, reciben la abundancia de la paz y transmiten su desbordamiento a los collados. Sin embargo, ve ahora tú a qué montes amas. Si quieres ser amado por los buenos montes, no pongas ni siquiera en los buenos montes la esperanza. Porque ¡qué monte no era Pablo! ¿Cuándo encontrarás otro parecido? Hablo de la grandeza de los hombres. ¿Puede fácilmente encontrarse alguno con tan inmensa gracia?; y, sin embargo, temía que el pájaro pusiera su esperanza en él. Pues ¿qué dice? *¿Acaso Pablo fue crucificado por vosotros?* Elevad los ojos a los montes de donde nos vendrá el auxilio, *porque yo planté, Apolo regó;* pero vuestro auxilio procede del Señor, que hizo el cielo y la tierra, puesto que *Dios da el incremento o*

6. Sed montes tales ama, in quibus Dominus est. Tunc autem te amant ipsi montes, si non in illis spem posueris. Videte, fratres, quales sunt montes Dei. Nam inde sic nominati sunt in alio loco: *Iustitia tua sicut montes Dei* (Ps 35,7). Non iustitia ipsorum, sed *iustitia tua.* Audi talem montem Apostolum: *Ut inveniar in illo,* inquit, *non habens iustitiam meam quae ex lege est, sed eam quae est per fidem Christi* (Phil 3,9). Illi autem qui per iustitiam suam mentes esse voluerunt, sicut Iudaei quidam vel Pharisaei principes eorum, sic reprehenduntur: *Ignorantes enim Dei iustitiam, et suam volentes constituere, iustitiae Dei non sunt subiecti* (Rom 10,3). Qui autem subiecti sunt, sic sunt alti, ut humiles sint. Et quia magni sunt, montes dicuntur; quia vero subiecti sunt Deo, valles sunt: et quia habent capacitatem pietatis, suscipiunt abundantiam pacis et inundationem transmittunt ad colles. Modo tamen tu vide quos montes ames. Si vis amari a bonis montibus, noli spem ponere nec in bonis montibus. Nam qualis mons erat Paulus? quando invenitur talis? (De magnitudine loquimur hominum.) Tantae gratiae quisquam potest facile inveniri? Et tamen timebat ne passer ille in illo poneret spem: Et quid ait? *Numquid Paulus pro vobis crucifixus est?* (1 Cor 1,13). Sed levate oculos in montes, unde auxilium veniat vobis; quia, *Ego plantavi, Apollo rigavit:* sed auxilium vestrum a Domino, qui fecit caelum et terram; quia *Deus incrementum dedit* (ib. 3,6). Ergo *montes in circuitu eius.* Sed quomodo *montes in circuitu eius,* sic

crecimiento. Luego *los montes están a su alrededor.* Mas como *los montes están a su alrededor,* así *el Señor rodea a su pueblo desde ahora y para siempre.* Luego si *los montes (están) a su alrededor y el Señor rodea a su pueblo,* el Señor le ata con el vínculo de la caridad y de la paz para que quienes confían en el Señor, como el monte de Sión, no se conmuevan eternamente; y esto acontece *desde ahora y para siempre.*

7 [v.3]. *Porque no abandonará el Señor la vara de los pecadores sobre la suerte (la heredad) de los justos, para que los justos no alarguen sus manos a la iniquidad.* Ahora ciertamente los justos sufren un poquito, y asimismo, de vez en cuando, los perversos dominan a los justos. ¿De qué modo? Consiguiendo algunas veces los inicuos los honores del mundo. Pues, cuando han alcanzado estos honores y han sido constituidos jueces o reyes, puesto que esto lo hace Dios por la enseñanza de su plebe y de su pueblo, no puede menos de acontecer que se preste el debido honor a los poderes. De tal modo ordenó Dios su Iglesia, que toda potestad establecida en este mundo debe ser honrada, y algunas veces lo es por los mejores. Pondré un ejemplo; de aquí conjeturad la naturaleza o condición de todos los poderes. La primera y la ordinaria potestad del hombre sobre el hombre es la del señor sobre su siervo. Casi en todas las familias se halla esta potestad. Hay *señores* y *siervos;* los nombres son diversos, pero *hombres* y *hombres* son iguales nombres. ¿Qué díce el Apóstol enseñando a los siervos a someterse a los señores? *Siervos, obedeced a vuestros amos carnales;* y lo dice así porque hay otro Señor en cuanto al

et Dominus in circuitu plebis suae, ex hoc nunc et usque in saeculum. Si ergo *montes in circuitu eius, et Dominus in circuitu plebis suae,* constringit Dominus plebem suam in unum vinculum charitatis et pacis, ut qui confidunt in Domino sicut mons Sion, non commoveantur in aeternum: et hoc est, *ex hoc et usque in saeculum.*

7 [v.3]. *Quoniam non derelinquet Dominus virgam peccatorum super sortem iustorum, ut non extendant iusti ad iniquitatem manus suas.* Modo quidem iusti aliquantum laborant, et modo aliquando iniusti dominantur iustis. Quibus modis? Aliquando iniusti perveniunt ad honores saeculi; cum pervenerint et facti vel iudices, vel reges, quia hoc facit Deus propter disciplinam plebis suae, propter disciplinam populi sui; non potest fieri nisi ut exhibeatur illis honor debitus potestati. Ordinavit enim sic Deus Ecclesiam suam, ut omnis potestas ordinata in saeculo habeat honorem, et aliquando a melioribus. Sed exempli gratia unam rem dico; hinc coniicite gradus omnium potestatum. Prima et quotidiana potestas hominis in hominem domini est in servum. Prope omnes domus habent huiusmodi potestatem. Sunt domini, sunt et servi; diversa sunt nomina: sed homines et homines paria sunt nomina. Et quid dicit Apostolus, docens servos dominis suis subditos esse? *Servi, obaudite dominis vestris secundum carnem:* quia est dominus secundum spiritum. Ille est verus Dominus et aeternus; isti autem temporales secundum tem-

espíritu. El es el verdadero y eterno Señor; mas estos de la carne lo son temporalmente. A ti, andando en el camino, viviendo en esta vida, Cristo no quiere hacerte soberbio. ¿Te hiciste cristiano y tienes por Señor a un hombre? Pues bien, no te hiciste cristiano para quebrantar el yugo de la servidumbre. Cuando mandándote Cristo sirves al hombre, no le sirves a El, sino a quien manda. Por esto dice el Apóstol: *Obedeced a vuestros señores carnales con temor y temblor, con sencillez de corazón; no sirviendo a la vista, como queriendo agradar a los hombres, sino como siervos de Cristo, cumpliendo el querer de Dios con agrado y buena voluntad.* Ved que no hizo de siervos libres, sino de malos siervos, siervos buenos. ¡Cuánto no deben los ricos a Cristo, que les arregló la casa! De suerte que, si allí hay un siervo desleal, Cristo le convierte y no le dice: "Abandona a tu dueño." No le dijo: "Ya conociste al que es verdadero Dueño; quizás el carnal es impío e inicuo, tú ya eres fiel y justo; es indigno que el justo y el fiel sirvan al inicuo e infiel." No le dijo esto, sino más bien: "Sirve." Y para corroborar al siervo dijo esto: "Sirve a ejemplo mío, pues yo, antes que tú, serví a los inicuos." ¿De quién soportó en la pasión el Señor tantos tormentos sino de los siervos? ¿Y de qué siervos sino de los malos, puesto que, si hubieran sido siervos buenos, hubieran honrado al Señor? Pero, como eran malos siervos, le injuriaron. Y El, ¿qué hizo a su vez? Devolvió amor por odio, pues dice: *Padre, perdónales, porque no saben lo que hacen.* Si el Señor del cielo y de la tierra, por quien fueron hechas todas las cosas, sirvió a los indignos, rogó

pus. Tu cum ambulas in via, cum vivis in hac vita, non vult te facere superbum Christus. Contigit tibi ut christianus efficereris, et haberes dominum hominem: non ideo christianus effectus es, ut dedigneris servire. Cum enim Christo iubente servis homini, non illi servis, sed illi qui iussit. Et hoc ait: *Obaudite dominis vestris secundum carnem, cum timore et tremore, in simplicitate cordis; non ad oculum servientes, quasi hominibus placentes, sed quasi servi Christi, facientes voluntatem Dei ex animo, cum bona voluntate* (Eph 6,5.6). Ecce non fecit de servis liberos, sed de malis servis bonos servos. Quantum debent divites Christo, qui illis componit domum! ut si fuit ibi servus infidelis, convertat illum Christus, et non ei dicat, Dimitte dominum tuum; iam cognovisti eum qui verus est dominus: ille forte impius est et iniquus, tu iam fidelis et iustus; indignum est ut iustus et fidelis serviat iniquo et infideli. Non hoc ei dixit, sed magis, Servi: et ut corroboraret; servum, hoc dixit, Exemplo meo servi; prior servivi iniquis. Dominus enim tanta in passione sustinens, a quibus sustinuit, nisi dominus a servis? et a quibus, nisi a malis servis? Nam si fuissent boni servi, honorarent dominum. Sed quia mali servi erant, iniuriaverunt. Ille quid contra? Reddidit dilectionem pro odio: ait enim, *Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt* (Lc 23,34). Si Dominus caeli et terrae, per quem facta sunt omnia, servivit indignis, rogavit pro saevientibus et furentibus, et tan-

por los despiadados y enfurecidos, y viniendo se mostró como médico, pues los médicos, siendo mejores que los enfermos, les sirven con el arte y la curación, ¿cuánto más no debe desdeñarse el hombre en servir al señor de todo corazón, con todo empeño y con todo el amor aun siendo malo? Ved que sirve el mejor al peor, pero temporalmente. Lo que dije del señor y del siervo, entendedlo de las potestades y reyes, de toda autoridad de este mundo. Algunas veces las potestades son buenas, temen a Dios; otras no le temen. El emperador Juliano fue infiel, apóstata, inicuo, idólatra; sin embargo, los soldados cristianos sirvieron a un emperador infiel; pero, cuando se presentaba la causa de Cristo, sólo reconocían por emperador a Aquel que estaba en el cielo. Cuando quería que adorasen a los ídolos, que les ofreciesen incienso, le posponían a Dios. Sin embargo, cuando les decía: "Aprestad el ejército, acometed a aquella nación", al momento le obedecían. Distinguían al Señor eterno del señor temporal y se sometían por el Señor eterno al señor temporal.

8. Pero ¿acontecerá siempre esto, que los iniciuos manden sobre los justos? No será así. Oíd lo que dice este salmo. *Porque no abandonará el Señor la vara de los pecadores sobre la heredad de los justos.* Temporalmente se percibe la vara de los pecadores sobre la heredad de los justos; pero no se la deja allí, no será eternamente. Llegará tiempo en que se reconozca un solo Dios; llegará tiempo en el que, apareciendo Cristo en su esplendor, congregue delante de El a todas las gentes y las divida, como el pastor divide las ovejas de los carneros, poniendo las ovejas a la

quam medicum se exhibuit adveniens (nam et medici et arte et sanitate meliores serviunt aegrotis); quanto magis non debet dedignari homo, ex toto animo, et ex tota bona voluntate, cum tota dilectione servire domino etiam malo? Ecce servit melior deteriori, sed ad tempus. Quod autem dixi de domino et servo, hoc intelligite de potestatibus et regibus, de omnibus culminibus huius saeculi. Aliquando enim potestates bonae sunt, et timent Deum; aliquando non timent Deum. Iulianus exstitit infidelis imperator, exstitit apostata, iniquus, idololatra: milites christiani servierunt imperatori infideli; ubi veniebatur ad causam Christi, non agnoscebant nisi illum qui in caelo erat. Si quando volebat ut idola colerent, ut thurificarent; praeponebant illi Deum: quando autem dicebat, Producite aciem, ite contra illam gentem; statim obtemperabant. Distinguebant dominum aeternum a domino temporali; et tamen subditi erant propter dominum aeternum, etiam domino temporali.

8. Sed numquid sic erit semper, ut iniqui imperent iustis? Non sic erit. Videte enim quid dicat iste psalmus: *Quoniam non derelinquet Dominus virgam peccatorum super sortem iustorum.* Sentitur ad tempus virga peccatorum super sortem iustorum; sed non ibi relinquitur, non erit in aeternum. Veniet tempus, quando unus agnoscatur Deus; veniet tempus, quando Christus in claritate sua apparens congreget ante se omnes gentes, et dividat eas, sicut dividit pastor haedos ab ovibus:

derecha, y los carneros a la izquierda. Allí veréis muchos siervos entre las ovejas, y muchos señores entre los carneros; y, asimismo, muchos señores entre las ovejas, y muchos siervos entre los carneros. No porque consolé así a los siervos son buenos todos ellos, o porque corregí así la soberbia de los señores son malos todos ellos. Hay fieles que son buenos señores, y también los hay malos; hay fieles que son siervos buenos, y también los hay malos. Pero, cuando los siervos buenos sirven a los malos señores, los toleran por tiempo, *porque el Señor no abandonará la vara de los pecadores sobre la heredad de los justos.* ¿Por qué esto? *Para que los justos no alarguen sus manos a la iniquidad,* es decir, no se entreguen a la maldad. Por tanto, soporten los justos temporalmente a los inicuos dominadores y entiendan que esto no es eterno, y, por lo mismo, se preparen para poseer la heredad sempiterna. ¿Qué heredad? Aquella en la que se destruirá toda potestad y potentado para que Dios esté en todas las cosas. Reservándose para esto, contemplando esto con amor y conservándose en la fe para ver eternamente, *no alargan sus manos a la iniquidad.* Porque, si viesen que siempre se halla sobre la heredad de los justos la vara de los pecadores, recapacitarían y dirían: "¿De qué me aprovecha ser justo? ¿Siempre ha de dominarme el inicuo y yo siempre he de ser siervo? Cometeré yo también la iniquidad, porque de nada me sirve conservar la justicia." Para que no diga esto, le insinúa la fe que temporalmente puede hallarse la vara de los inicuos sobre la heredad de los justos, pues *el Señor no la abandona sobre la heredad de los justos, para que no alarguen los justos sus ma-*

dicit in quodam psalmo: *Domine, tu cognovisti sessionem meam, et resurrectionem meam* (Ps 138,2); id est humilitatem meam, et exaltionem meam. Quid ergo vos ante lucem vultis exaltari, o filii Zebedaei? Sic enim loquamur, et ipsos potius nominemus, qui non nobis irascuntur; quia ideo de illis ista conscripta sunt, ut alii caverent superbiam in qua ipsi correpti sunt. Quid ergo vultis *ante lucem surgere? In vanum est vobis.* Exaltari vultis, antequam, humiliemini? Dominus ipse vester, qui est lux vestra, humiliatus est ut exaltaretur. Audite Paulum dicentem: *Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse aequalis Deo.* Quare illi non erat rapina? Quia natura erat, quia hoc natus erat, ut esset aequalis illi a quo genitus est. Sed quid fecit? Propter nos *semetipsum exinanivit, formam servi accipiens, in similitudine hominum factus, et habitu inventus ut homo. Humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.* Haec est sessio ipsius. Sed audi resurrectionem: *Propter quod et Deus illum exaltavit, et donavit illi nomen quod est super omne nomen* (Phil 2,6-9). Iam vos ad illud nomen festinatis; *surgite,* sed *posteaquam sedistis.* Surgere vultis, sed primo sedete: et surgens ab humilitate, pervenis ad regnum. Nam si praeripis regnum, cadis a regno antequam surgas. *Potestis bibere,* inquit, *calicem quem ego bibiturus sum?* Et illi: *Possumus.* Et ille: *Calicem,* inquit, *meum bibetis; sedere autem ad dexteram, vel ad sinistram meam,*

en mí darlo a los soberbios; y esto eran aún. Pero, si queréis recibirlo, no seáis lo que sois. *Para otros se preparó;* sed vosotros otros, y entonces os estará preparado. ¿Qué significa "sed otros"? Los que queréis ya ser exaltados, humillaos primero. Ellos comprendieron que les había de ser de provecho la humildad, y se corrigieron. Luego también nosotros oigamos esto, ya que el salmo dice: *Llevantaos después de haberos sentado.*

6. Para que nadie piense que se sienta para ser honrado, declara que por la sesión quiso recomendar la humildad; para que nadie creyese que se le mandó sentar o para juzgar, o para comer, o para regocijarse, y de aquí procurase ensoberbecerse más, añade, declarando y recalcando la clase de humildad: *Los que coméis pan de dolor.* Se alimentan del pan del dolor los que gimen en esta peregrinación, pues están en el valle de lágrimas. Pero Dios ordena las subidas en el corazón. ¿En dónde las ordena? *En su corazón*—dice—*ordenó las subidas.* ¿Quién? Dios. Si ordenó las subidas en el corazón, por esto cantan el cántico de grado. Nos humillemos en el siglo y subamos. ¿Cómo? Con el corazón, pues la subida del corazón surge del valle de lágrimas: *En el valle de lágrimas,* dice el salmo. Como se erigieron los montes, así se asentaron los valles. Se denominan "valles" las depresiones de la tierra; collados, las porciones de tierra algo más altas, pero menos que las de los montes, pues se llaman montes los lugares más encumbrados de la tierra. Cosa pequeña es la que se ordena, pues no se dice: "Levantaos desde el collado", ni "desde el campo o planicie", sino desde el valle, para que de este

ait, *non est meum dare vobis: aliis paratum est a Patre meo* (Mt 20, 22.23). Quid est, *non est meum dare vobis?* Non est meum dare superbis; hoc enim adhuc erant. Sed si vultis illud accipere, nolite esse quod estis. *Aliis paratum est;* et vos alii estote, et vobis paratum est. Quid est, Alii estote? Prius humiliamini, qui iam vultis exaltari. Intellexerunt ergo humilitatem profuturam sibi, et correcti sunt. Ergo et nos hoc audiamus, quia hoc dicit psalmus iste: *Surgite posteaquam sedistis.*

6. Sed ne quis putet se ad hoc sedere ut honoretur; ut ostenderet quia sessione ista humilitatem voluit commendare; ne quis se putaret iussum esse sedere aut ad iudicandum, aut ad epulandum et gaudendum, et maiorem superbiam ibi quaereret; in significationem humilitatis addidit, *Qui manducatis panem doloris.* Illi ergo manducant panem doloris, qui gemunt in ista peregrinatione. Ipsi sunt in convalle plorationis. Ascensiones enim facit Deus in corde. Sed ubi illas disponit? *Ascensiones,* inquit, *in corde eius disposuit.* Quis? Deus. Si ascensiones in corde, ideo cantant canticum graduum. Humiliemur in saeculo: ascendamus. Quomodo? Corde. Quia ipsa ascensio cordis, a convalle plorationis surgit. *In convalle,* inquit, *plorationis* (Ps 83,6.7). Quomodo erecti sunt montes, sic sederunt convalles: convalles enim dicuntur loca depressa terrarum: colles autem eminentiora loca, minus tamen quam montes; multum excelsa loca terrarum montes dicuntur. Parum est: non ait, A colle surgite; nec

modo sea algo más humilde y bajo que el campo o planicie. Luego si en el valle de lágrimas comes el pan de dolor y dices: *Mis lágrimas fueron mi pan día y noche mientras que se me dice cada día: "¿En dónde está tu Dios?"*, te levantas bien, porque te habías sentado.

7. Y como si preguntases cuándo nos levantaremos, puesto que ahora se nos manda sentar, se te responde: "Nuestra resurrección tendrá lugar cuando la del Señor." Atiende al que te precedió, ya que, si no atiendes a El, es inútil que te levantes antes de la luz. ¿Cuándo fue ensalzado El? Después de muerto. Luego espera tu exaltación después de la muerte; espérala en la resurrección de los muertos, porque El resucitó y subió al cielo. Pero ¿en dónde durmió? En la cruz. Cuando durmió en la cruz simbolizaba, ¿qué digo?, cumplía lo que se ejecutó en Adán; pues, estando éste dormido, le fue arrancada una costilla, y de ella fue hecha Eva; así también, al ser herido el costado del Señor con la lanza mientras dormía en la cruz, brotaron los sacramentos y nació la Iglesia. La Iglesia, esposa del Señor, fue hecha del costado, como Eva. Como ésta fue hecha del costado del que dormía, así lo fue aquélla del costado del muerto. Luego si El no resucitó sino después de haber muerto, espera tú la exaltación después de esta vida. Enseñándote este salmo a ti, que parece le preguntas: "¿Cuándo me levantaré? ¿Quizás antes de sentarme?", te dice: *Cuando diere el sueño a sus amados.* Dios dará esto después de dormir sus amados. Entonces se levantarán sus amados, es decir, los de Cristo. Todos se levantarán, pero no como

ait, a campo: sed, a convalle, ut sit aliquid humilius quam campus est. Si ergo in convalle plorationis manducas panem doloris, et dicis, *Factae sunt mihi lacrymae meae panis die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, Ubi est Deus tuus?* (Ps 41,4) bene surgis, quia sedisti.

7. Et quasi diceres, Quando surgemus? modo iubemur sedere; quando erit nostra surrectio, quando fuit Domini. Ad eum attende, qui te praecessit: nam si non ipsum attendis, in vanum est tibi ante lucem surgere. Ipse quando exaltatus est? Cum mortuus est. Ergo et tuam exaltationem post mortem spera, in resurrectione mortuorum spera, quia ille resurrexit et ascendit. Sed ubi dormivit? In cruce. Quando dormivit in cruce, signum gestabat, imo implebat quod significatum est in Adam: quia cum dormiret Adam, costa illi detracta est, et Eva facta est (Gen 2,21.22); sic et Domino cum dormiret in cruce, latus eius lancea percussum est (Io 19,34), et Sacramenta profluxerunt, unde facta est Ecclesia. Ecclesia enim coniux Domini facta est de latere, quomodo Eva facta est de latere. Sed quomodo illa non est facta nisi de latere dormientis, sic ista non est facta nisi de latere morientis. Si ergo ille non resurrexit nisi mortuus, tu exaltationem speras nisi post hanc vitam? Sed ut doceat te iste psalmus, quasi interrogares, Quando surgam? fortassis priusquam sedero? *Cum dederit,* inquit, *dilectis eius somnum.* Dat hoc Deus, cum dormierint dilecti eius; tunc surgent dilecti eius, id est Christi,

sus predilectos. La resurrección de los muertos se verificará en todos. Pero ¿qué dice el Apóstol? *Todos resucitaremos, pero no todos nos cambiaremos.* Unos resucitarán para recibir el castigo; nosotros resucitaremos, como resucitó nuestro Señor, para seguir a nuestra Cabeza si somos sus miembros. Si somos sus miembros, entonces somos sus predilectos, entonces nos pertenece la resurrección que precedió en el Señor para que se levantase la luz antes que nosotros, y nosotros después de la luz; porque *nos es inútil levantarnos antes de la luz,* es decir, recabar la altura antes de morir, siendo así que Cristo, nuestra luz, no fue ensalzado en la carne, sino después de su muerte. Luego hechos miembros de Cristo y, en sus miembros, sus predilectos, después de morir nos levantaremos en la resurrección de los muertos. Uno resucitó y ya no morirá. Lázaro resucitó, pero murió; resucitó la hija del arquisinagogo, y murió; resucitó el hijo de la viuda, y murió. Resucitó Cristo, y ya no morirá. Oye al Apóstol: *Cristo, resucitado de entre los muertos, no morirá y la muerte ya no se enseñoreará más de El.* Espera tú tal resurrección y sé cristiano por esto, no por la felicidad de este mundo. Si quieres ser cristiano por la felicidad de esta vida, cuando tu luz no encuentre aquí la mundana felicidad, entonces intentarás levantarte antes de la luz, pero es necesario que permanezcas en tinieblas. Cambia de parecer, sigue a tu luz; levántate con la que resucitó; siéntate primero, y así levántate *cuando diere el sueño a sus predilectos.*

8 [v.3]. Como si preguntase de nuevo: "¿A qué amados?" *He aquí*—prosigue el salmo—*la heredad del Señor: los hijos,*

Omnes enim surgent, sed non quomodo dilecti eius. Omnium est resurrectio mortuorum; sed quid ait Apostolus? *Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur* (1 Cor 15,51). Resurgunt illi ad poenas; resurgimus nos quomodo resurrexit Dominus noster, ut sequamur caput nostrum, si membra ipsius sumus. Si autem membra eius sumus, tunc sumus dilecti eius, tunc ad nos pertinet illa resurrectio quae praecessit in Domino, ut lux surrexerit ante nos, nos post lucem: quia in vanum est nobis ante lucem surgere, id est, altitudinem quaerere antequam moriamur; cum Christus lux nostra non sit exaltatus in carne, nisi posteaquam mortuus est. Constituti ergo membra eius, et in membris eius dilecti eius, cum somnum acceperimus, tunc surgemus in resurrectionem mortuorum. Unus resurrexit, iam non moriturus. Resurrexit Lazarus (Io 11,44), sed moriturus; resurrexit filia archisynagogi (Mt 9,25), sed moritura; resurrexit filius viduae (Lc 7,15), sed moriturus: resurrexit Christus, non moriturus. Audi Apostolum: *Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, et mors ei ultra non dominabitur* (Rom 6,9). Talem spera resurrectionem; et propter hoc esto christianus, non propter felicitatem terrae huius. Nam si propter felicitatem vitae huius vis esse christianus, quando illa lux tua non hic quaesivit mundanam felicitatem; ante lucem vis surgere, necesse est ut in tenebris perseveres. Mutare, sequere lucem tuam; qua resurrexit, surge: sede prius, et sic surge, *cum dederit somnum dilectis eius.*

galardón del fruto del vientre. Al decir *fruto del vientre,* estos hijos han sido dados a la luz. Existe cierta mujer en la que espiritualmente se cumple lo que se dijo a Eva: *Parirás en gemidos,* pues la Iglesia, esposa de Cristo, pare hijos. Si está de parto, pare. Prefigurándola, se llamó a Eva *madre de los vivientes.* Entre los gemidos de la parturienta se hallaba Aquel que decía: *Hijitos míos, a quienes de nuevo doy el ser hasta que Cristo sea formado en vosotros.* No en vano dio el ser ni en vano parió; pues habrá linaje santo en la resurrección de los muertos, abundarán los justos, que ahora se hallan desparramados por todo el orbe terráqueo. Ahora gime por ellos la Iglesia, ahora les da el ser; pero en la resurrección de los muertos, habiendo pasado el dolor y el gemido, aparecerá el parto de ella. ¿Y qué se dirá? *He aquí la heredad del Señor: los hijos, galardón del fruto del vientre.* Se dice *del* fruto, no *el* fruto; galardón del fruto del vientre. ¿Cuál es este galardón? La resurrección de entre los muertos. ¿Cuál es este galardón? Levántate después de haberte sentado. ¿Cuál es este galardón? Alégrate después de haber comido el pan del dolor. ¿De qué vientre? Del de la Iglesia. En el vientre de ella, cuya figura representaba Rebeca, luchaban los dos mellizos, simbolizando dos pueblos. Una sola madre contenía en sus entrañas a los disidentes hermanos, aún no nacidos. Ellos herían las entrañas maternas con las discordias internas. Ella gemía, era maltratada, pero al parir distinguió a los gemelos que soportaba estando encinta. Así también ahora, hermanos, mien-

8 [v.3]. Quasi quaereres iterum, Quibus dilectis? *Ecce haereditas Domini, filii, merces fructus ventris.* Quando dicit, *fructus ventris,* parturiti sunt filii isti. Est quaedam mulier, in qua spiritualiter ostenditur quod dictum est Evae: *In gemitu parturies.* Parit enim Ecclesia filios coniux Christi; et si parit, parturit. In cuius figura etiam Eva *mater vivorum* appellata est (Gen 3,16-20). In membris parturientis erat ille qui dicebat: *Filioli mei, quos iterum parturio, donec Christus formetur in vobis* (Gal 4,19). Sed non frustra parturivit, nec frustra peperit: erit semen sanctum in resurrectione mortuorum; abundabunt iusti, qui diffusi sunt modo toto orbe terrarum. Gemit illos Ecclesia, parturit illos Ecclesia: in illa autem resurrectione mortuorum apparebit partus Ecclesiae, transiet dolor et gemitus. Et quid dicetur? *Ecce haereditas Domini, filii, merces fructus ventris.* Huius *fructus,* non, hic fructus; *merces* huius *fructus ventris.* Quae est ipsa merces? Resurgere a mortuis. Quae est ipsa merces? Surgere, posteaquam sedisti. Quae est ipsa merces? Laetari, posteaquam manducasti panem doloris. Cuius ventris? Ecclesiae: in cuius ventre, quia eius typum Rebecca gestabat, duo illi gemini tanquam duo populi luctabantur (Gen 25,22.23). Una mater in visceribus suis dissentientes fratres nondum natos continebat: pulsabant materna viscera discordiis internis; gemebat illa, vim patiebatur; sed pariens discernebat quos geminos praegnans pertulerat. Sic et modo, fratres, quamdiu gemitus datus est Ecclesiae, quamdiu parturit Ecclesia, ipsi sunt intus et boni et

tras gime la Iglesia, mientras está de parto la Iglesia, dentro de ella hay buenos y malos. En Jacob se cifró el fruto del vientre, porque la madre le amó. *Amé a Jacob*—dice Dios—*y aborrecí a Esaú.* Ambos procedieron de un mismo seno; el uno mereció ser amado, el otro reprobado. Luego en los amados se hallará el fruto de El, pues son *galardón del fruto del vientre.*

9 [v.4]. *Como saetas en manos de un valiente o guerrero, así son los hijos de los sacudidos.* ¿Cómo se formó esta heredad, hermanos míos? ¿Cómo se constituyó tan inmensa heredad, de la cual ha de decirse al fin: *He aquí la heredad del Señor: los hijos, galardón del fruto del vientre?* Algunos fueron lanzados, como saetas, de la mano del Señor, y fueron muy lejos, llenaron toda la tierra, en la cual pululan los santos. Pues ésta es la heredad de la que se dice: *Pídeme, y te daré las naciones en herencia tuya, y en posesión tuya los confines de la tierra.* Pero ¿cómo crece y se extiende esta posesión hasta los confines de la tierra? Porque *como saetas en manos de un valiente, así son los hijos de los sacudidos.* Las saetas se lanzaron con el arco, e irán tanto más lejos cuanto con mayor fuerza hubieren sido arrojadas. ¿Quién las arrojará con más fuerza que el Señor? Con su arco lanza a sus apóstoles. No puede haber absolutamente nada a donde no llegue la saeta lanzada por tan poderoso brazo; llegó hasta los confines de la tierra. Y no llegó más allá porque nada hay más allá del género humano. Sin embargo, este brazo tiene tales fuerzas, que, si hubiere algo más allá a donde pudiera llegar la saeta, allá la lanzaría. También los hijos de los sacudidos fueron lanzados como los sacudidos. Quienes trataron estas cosas antes que

mali. Fructus autem ventris in Iacob erat, quia ipsum dilexit mater. *Iacob dilexi,* dicit Deus, *Esau autem odio habui* (Mal 1,2.3; Rom 9,13). Ambo de uno utero processerunt; unus amari meruit, alius reprobari. In dilectis ergo eius fructus erit. Ergo *merces fructus ventris.*

9 [v.4]. *Sicut sagittae in manu potentis, sic filii excussorum.* Unde enim facta est haereditas ista, fratres? unde facta est tam multa haereditas, de qua dici habet in fine, *Ecce haereditas Domini, filii, merces fructus ventris?* Excussi sunt quidam de manu Domini, tanquam sagittae, et ierunt longe, et totam terram impleverunt, unde pullulant sancti. Nam ipsa est haereditas de qua dicitur: *Postula a me, et dabo tibi gentes haereditatem tuam, et possessionem tuam terminos terrae* (Ps 2,8). Et quomodo ista possessio pertenditur et crescit usque ad fines terrae? Quia *sicut sagittae in manu potentis, sic filii excussorum.* De arcu excutiuntur sagittae, et quanto fortior excusserit, tanto longius vadit sagitta. Quid autem fortius excutiente Domino? De arcu suo mandat Apostolos suos: non potuit esse residuum, quo non perveniret sagitta a tam forti excussa; pervenit usque ad fines terrae. Ideo non ultra, quia nihil est ultra generis humani. Nam tantas vires ille habet, ut etiam si ultra esset quo pertenderet sagitta, excuteret illuc sagittam. Sic sunt autem filii excussorum, quomodo et illi excussi. Quaesitum est enim de hoc verbo etiam

yo, investigaron por qué fueron llamados hijos de los sacudidos y quiénes son ellos. A algunos les pareció, como ahora dije, que los hijos de los sacudidos son los hijos de los apóstoles.

10. Atienda un poquito vuestra caridad. Se investigó por qué fueron sacudidos los apóstoles. Y por algunos se dijo que fueron llamados sacudidos porque el Señor les mandó que, *si tuviesen que salir de alguna ciudad en la que no les oyesen, sacudiesen el polvo de sus pies.* Hay uno que dice que no debieron llamarse hijos de los sacudidos, sino hijos de los sacudidores, puesto que el Señor hizo a los que dijo: *Sacudid el polvo de vuestros pies,* sacudidores, no sacudidos. Sutilmente quiso contradecir la sentencia anterior aquel por quien se trataban y exponían estas cosas. Sin embargo, yo, en cuanto me ayudó el Señor, buscando cómo pudieron rectamente ser llamados sacudidos aquellos a quienes dijo el Señor: *Sacudid el polvo de vuestros pies,* encontré que muy bien pudieron ser llamados sacudidos. Pues, aun cuando ellos sacudiesen, con todo, se sacudían a sí mismos. Por tanto, digo que quien sacude, o se sacude a sí mismo o a alguna otra cosa; si sacude a alguna otra cosa, es sacudidor, no sacudido; pero, si se sacude a sí mismo, es sacudidor y sacudido. Atended, lo diré más claro si puedo. Si sacude otra cosa, es sacudidor, no sacudido; si por otro es sacudido, no es sacudidor, sino sacudido; si se sacude a sí mismo, es sacudidor, porque se sacude, y es sacudido, porque se sacude a sí mismo. Luego se pregunta: ¿A quiénes sacudieron los apóstoles? A sí mismos, pues sacudieron el polvo de sus pies. Pero dirá al-

ab iis qui ante nos ista tractarunt, quare filii excussorum dicti sunt, vel qui sunt intelligendi filii excussorum; et quibusdam visum est, sicut modo dixi, filios excussorum, filios esse Apostolorum.

10. Intendat paululum Charitas vestra. Quaesitum est quare excussi Apostoli: dictum est a quibusdam, ideo illos appellatos excussos, quia praecepit eis Dominus, *Si exieritis de civitate in qua non audiunt vos, excutite pulverem de pedibus vestris* (Mt 10,14). Sed ait alius, Non ergo *filii excussorum* dici debuerunt, sed filii excutientium: excutientes enim illos fecit Dominus, quibus dixit, *Excutite pulverem de pedibus vestris;* non excussos. Subtiliter quidem quasi contradicere voluit praecedenti sententiae, ille a quo iam ista tractata et dicta erant: verumtamen nos, quantum adiuvat Dominus, quaerentes quomodo recte dici potuerint etiam excussi, quibus ait Dominus, *Excutite pulverem de pedibus vestris;* invenimus non absurde dici potuisse. Quamvis enim ipsi excuterent, se ipsos excutiebant. Hoc dico: qui excutit, aut se excutit, aut aliquid aliud: si aliquid aliud excutiat, excutiens est, excussus non est: si autem se excutiat, et excutiens est et excussus. Intendite; hoc planius dicam, si potuero. Si aliud excutiat, excutiens est, non excussus; si ab alio excutiatur, excussus est, non excutiens: si autem excutiat seipsum, excutiens est, quia excutit se; et excussus, quia excutitur a se. Quaeritur ergo quos excusserint Apostoli? Utique seipsos: a pedibus enim suis pulverem

guno: "No se sacudieron a sí mismos, sino que sacudieron el polvo." Esto se dice falsamente, pues de dos modos decimos que algo se sacude: o *lo que* se sacude o *aquello de donde* se sacude. Así decimos que "se sacudió el polvo", y también que "se sacudió el vestido". Figúrate a algunos que sacuden el vestido y que de él sale el polvo de que se había impregnado. ¿Qué dices del polvo? Se sacudió el polvo. ¿Qué dices del vestido? Se sacudió el vestido. Si lo que salió sacudiendo y aquello de donde salió lo que se había adherido se denomina sacudido, el polvo fue sacudido, y también los apóstoles. Luego ¿por qué no han de llamarse *hijos de los sacudidos* los hijos de los apóstoles?

11. Pero existe otra opinión que no debo pasar por alto. Quizás se consignó esto oscuramente para que diese origen a muchos sentidos, y así, al descubrirse de muchos modos lo que se hallaba oculto, se enriqueciesen de esta manera más los hombres que si se patentizase de un solo modo. También decimos que se sacude algo para que salga de allí lo que está escondido. De un modo decimos que se sacude el vestido, para que salga el polvo de él, y de otro que se sacude el saco, para que salga fuera lo que se ocultaba dentro de él. Por tanto, entiendo cuanto puedo, hermanos, que se llamó quizás a los mismos apóstoles hijos de los sacudidos; es decir, hijos de los profetas, puesto que los profetas contenían sacramentos herméticos y encubiertos, pero fueron sacudidos para que apareciesen en claro. Cree, pues, que el profeta dijo, como ciertamente lo dijo, que *el buey conoció a su dueño, y el asno el pesebre de su señor, pero Israel no me conoció.* Ahora por el momento se me ocurrió esto que pudiera

excusserunt. Sed ait aliquis: Non se excusserunt, sed pulverem. Hoc plane calumniose dicitur. Duobus enim modis dicimus aliquid excuti; sive illud quod inde excutitur, sive illud unde excutitur. Nam et, Excussus est pulvis, dicimus; et, Excussa est vestis. Tenent aliqui et excutiunt vestem, et exsilit inde pulvis qui inhaeserat. Quid dicis de pulvere? Excussus est pulvis. Quid dicis de veste? Excussa est vestis. Si ergo et quod inde excutiendo exsiliit, et illud unde exsiliit quod inhaeserat, excussum dicitur; et pulvis excussus est, et Apostoli excussi sunt. Quare ergo non dicantur *filii excussorum* filii Apostolorum?

11. Sed est alia sententia quam praetermittere non debemus. Ideo enim forte obscurius positum est, ut multos intellectus generet, et ditiores discedant homines, quia clausum invenerunt quod multis modis aperiretur, quam si uno modo apertum invenirent. Dicimus excuti etiam aliquid, ut exeat inde quod forte absconditum est. Aliter enim dicimus excuti vestem, ut excutiant inde pulverem; et aliter dicimus excuti saccum, ut illud quod intus latebat, exeat. Ergo intelligo, fratres, quantum possum, filios excussorum fortasse ipsos Apostolos dictos, filios Prophetarum. Prophetae enim clausa sacramenta et operta continebant: excussi sunt, ut inde manifesta procederent. Puta ergo prophetam dixisse, sicut et dixit: *Agnovit bos possessorem suum, et asinus praesepe domini sui; Israel autem me non cognovit* (Is 1,3). Hoc mihi interim ad praesens

decir del profeta; si otra cosa se me hubiera ocurrido, lo hubiera dicho. Pues bien, si al oír esto el hombre piensa en el asno, en el buey, en los animales y en los jumentos que ve, dado que perciba externamente lo que interiormente se halla encerrado como en un envoltorio, con todo, ignorará qué cosa hay allí. El asno y el buey tienen su simbolismo. ¿Qué cosa, pues, se dice al hombre que quiere ya percibir? "Espera; lo que tocas está encubierto; sacude el envoltorio." El profeta lo encubrió con no sé qué disfraces de nombres. ¿A qué asno y buey se refiere? El asno simbolizando al pueblo de Dios es el jumento de Dios, que lleva de caballero al Señor para que no yerre el camino, y el buey es aquel del cual dice el Apóstol: *No pondrás bozal al buey que trilla. ¿Por ventura se cuida Dios de los bueyes?;* y añadió: *Esto lo dice la Escritura por nosotros.* Todo el que predica la palabra de Dios, amonesta, reprende, atemoriza, trilla la mies y cumple el oficio de buey. El buey procedía de la parte de los judíos; de allí procedían los apóstoles predicadores; el asno, de la parte del prepucio, es decir, de los gentiles; se acercó para llevar al Señor, y por eso el Señor cabalgó en el asno, que jamás había llevado a hombros alguno, puesto que ni la ley ni los profetas habían sido enviados a los gentiles. Luego como nuestro Señor Jesucristo quiso ser nuestro alimento, y, por lo mismo, al nacer fue colocado en el pesebre, *el buey conoció a su dueño, y el asno el pesebre de su señor.* ¿Por ventura hubieran salido estas cosas a luz si no hubiera sido sacudido el saco? Si la encubierta profecía no hubiera sido sacudida con diligencia, ¿por ventura aparecería clara a nosotros? Todas estas cosas se hallaban ocultas antes de

occurrit, quod de propheta dicerem: si aliud occurrisset, hoc dixissem. Hoc autem audiens homo, si asinum et bovem, et pecora et iumenta quae videt, cogitaverit; nescio quid intus tanquam in involucro positum forinsecus pertractabit; quid ibi sit nescit. Asinus et bos aliquid significant. Quid ergo dicitur homini iam pronuntiare volenti? Exspecta; clausum est quod tangis, excute involucrum: Propheta nescio quid illis velaminibus nominum texit; et nescio quem asinum, nescio quem bovem significat. Nam asinus in figura populi Dei, iumentum Dei est, portans sessorem Dominum ne erret in via; et bos ille de quo dicit Apostolus, *Bovi trituranti os non infrenabis. Numquid de bobus pertinet ad Deum,* dixit? *Sed propter nos Scriptura dicit* (1 Cor 9,9.10). Omnis ergo qui praedicat verbum Dei, monet, obiurgat, terret; triturat aream, et bovis implet officium. Veniebat bos de gente Iudaeorum; inde enim praedicatores Apostoli: veniebat et asinus de gente praeputii, id est a Gentibus. Venit enim ut portaret Dominum: et ideo in asino sedit Dominus, qui nunquam portaverat hominem; quoniam ad Gentes Lex non erat missa, nec Prophetae. Ergo quia Dominus noster Iesus Christus cibaria nostra voluit esse, et propterea natus in praesepio collocatus est; *Cognovit bos possessorem suum, et asinus praesepe Domini sui.* Sed numquid ista exirent, nisi saccus excuteretur? Nisi prophetia involuta, accedente diligentia discuteretur, numquid operta exirent ad nos? Omnia ergo ista clausa erant,

venir el Señor. Vino el Señor, sacudió las cosas ocultas, y se mostraron patentes. Fueron sacudidos los profetas y creados los apóstoles. Luego como, al ser sacudidos los profetas, engendraron los apóstoles, los apóstoles son hijos de los sacudidos. Ellos, puestos en manos del Potente como saetas, llegaron hasta los confines de la tierra. De aquí que ha de decirse al fin: *He aquí la heredad del Señor: los hijos, galardón del fruto del vientre.* Por tanto, esta heredad se reúne desde los confines de la tierra, porque *como saetas en manos de un valiente, así son los hijos de los sacudidos;* es decir, los apóstoles, hijos de los profetas, fueron como saetas en manos del Potente. Si El es poderoso, sacudió con poder; si sacudió con poder, hasta el confín de la tierra llegaron aquellos a quienes sacudió.

12 [v.5]. *Bienaventurado el hombre que llenó su deseo de ellos.* Ea, hermanos, ¿quién llenó su deseo de ellos? El que no ama el mundo. El que está lleno de deseos del mundo, no tiene sitio por dónde entre lo que ellos predicaron. Arroja lo que llevas y hazte capaz para lo que no tienes. Es decir, ¿deseas las riquezas? No puedes llenar tu deseo de ellas. ¿Deseas los honores de la tierra, deseas las cosas que Dios también dio a los jumentos, es decir, el placer temporal, y la salud corporal, y cosas semejantes? No llenarás tu deseo de ellos. Pero si deseas, como el ciervo desea, la fuente de agua, si dices: *Mi alma desea y desfallece por los atrios del Señor,* entonces llenas tu deseo de ellos; no porque ellos puedan llenar ya tal deseo, sino porque, imitando a los tales, te acercas a Aquel que llena el deseo de ellos.

antequam veniret Dominus. Venit Dominus et excussit illa clausa, et manifestata sunt; excussi sunt Prophetae, et generati sunt Apostoli. Quia ergo excussis Prophetis generati sunt, Apostoli filii sunt excussorum. Ipsi in manu potentis positi tanquam sagittae, pervenerunt usque in fines terrae. Unde dici habet in fine: *Ecce haereditas Domini, filii, merces fructus ventris.* Quia ideo de finibus terrae colligitur ista haereditas: quia, *Sicut sagittae in manu potentis, sic filii excussorum;* id est, filii Prophetarum Apostoli fuerunt quasi sagittae in manu potentis. Si potens illi, potenter excussit; si potenter excussit, usque in fines terrae pervenerunt quos excussit.

12 [v.5]. *Beatus homo qui implevit desiderium suum ex eis.* Eia, fratres mei, quis replet desiderium suum ex eis? Qui non amat saeculum. Qui desiderio saeculi plenus est, non est quo intret quod illi praedicaverunt. Funde quod portas, et capax fiere ad id quod non habes. Id est, desideras divitias; non potes implere ex eis desiderium tuum: desideras honores in terra, desideras ea quae etiam iumentis donavit Deus, hoc est voluptatem temporalem, et salutem corporis, et talia; non ex eis implebis desiderium tuum. Si autem sic desideras, quomodo cervus desiderat ad fontes aquarum (Ps 51,2); si dicis, *Desiderat et deficit anima mea in atria Domini* (Ps 83,3): imples desiderium tuum ex eis; non quia iam illi possunt tale desiderium implere, sed tales imitando venis ad eum qui implevit desiderium ipsorum.

13. *No se avergozará cuando hable a sus enemigos en la puerta.* Hermanos, hablemos en la puerta, es decir, conozcan todos lo que hablamos. Quien no quiere hablar en la puerta, intenta ocultar lo que habla; y quizás quiere ocultarlo porque es cosa mala. Si confía, hable en la puerta, conforme se dice de la sabiduría: *Habla intrépidamente en las puertas de la ciudad.* Mientras los inocentes retuvieren la justicia, no se avergonzarán; y esto es precisamente predicar en la puerta. ¿Y quién predica en la puerta? El que predica en Cristo, porque Cristo es la puerta por la que entramos a la ciudad. Yo mentiría si El no hubiera dicho: *Yo soy la puerta.* Si es puerta, es entrada. El se llama puerta de la casa; la puerta de la ciudad es la entrada, la puerta de la casa es entrada. Pero quizás no se denomina con rectitud entrada si rectamente no se llama ciudad la que se llama casa. Poco antes se dijeron ambas cosas: *Si el Señor no edificare la casa, inútilmente trabajarán los constructores;* y para que no pensases que, al oír la palabra *casa,* se trataba de una cosa baladí, añadió: *Si el Señor no guardare la ciudad, en vano vigiló el que la guarda.* Luego la casa es ciudad. Tiene puerta, como casa, y entrada, como ciudad. El que es puerta de casa es entrada de ciudad. Luego si Cristo es entrada de ciudad, el que se afianza en Cristo no se avergüenza, y así predica. Pero quien predica contra Cristo, le cierra la entrada. ¿Quiénes son los que predican contra Cristo? Los que niegan que fueron lanzadas saetas de mano del Potente y que llegaron hasta los confines de la tierra, y que ésta es la heredad del Señor, de la cual se dijo: *Pídeme,*

13. *Non confundetur, cum loquetur inimicis suis in porta.* Fratres, in porta loquamur, id est, omnes noverint quid loquamur. Qui enim non vult loqui in porta, latere vult quod loquitur; et forte ideo vult latere, quia malum est. Si fidit, in porta loquatur; sicut dicitur de Sapientia: *In portis autem civitatum audenter dicit* (Prov 8,3). Quanto tempore iustitiam innocentes tenuerint, non erubescent: hoc est in porta praedicare. Et quis est qui praedicat in porta? Qui praedicat in Christo; quia Christus est porta qua intramus ad illam civitatem. Mentior, si non ipse dixit, *Ego sum ianua* (Io 10,9). Si ianua est, et porta est. Ianua enim dicitur domus; ianua civitatis porta est, porta domus ianua est. Sed forte non bene dicitur porta, si non bene dicitur civitas quae dicta est domus. Utrumque enim paulo ante dictum est: *Nisi Dominus aedificaverit domum, in vanum laboraverunt aedificantes eam;* et ne istam domum audiendo parvum aliquid putares, *Nisi Dominus,* inquit, *custodierit civitatem, in vanum laboravit qui custodit eam.* Illa est ergo domus quae est civitas. Ipsa ergo habet ianuam tanquam domus, et habet portam tanquam civitas. Qui est ergo ianua domus, ipse est porta civitatis. Ergo si Christus porta civitatis, ille non erubescit qui in Christo stat, et sic praedicat. Qui autem contra Christum praedicat, clauditur contra illum porta. Qui sunt illi qui contra Christum praedicant? Qui negant quia missae sunt sagittae de manu potentis, et pervenerunt usque in fines

y te daré en herencia tuya las gentes, y en posesión tuya los confines de la tierra. Se predicó, se oyó esto antes de cumplirse; y cumplido, no quieren reconocerlo. Los que predican contra Jesucristo están fuera de la entrada, puesto que buscan su honor, mas no el de Jesucristo. El que predica en la entrada busca el honor de Cristo, no el suyo; y por eso el que predica en la entrada dice: "No pongáis en mí la esperanza, pues no entraréis por mí, sino por la puerta." Al contrario, los que desean que los hombres pongan la esperanza en ellos, no quieren que entren por la puerta; por lo mismo, no es de extrañar que se les cierre la puerta y que en vano llamen para que se abra. Atended, hermanos; el sermón de mañana, que ha de predicarse, según mi promesa, ayudándome el Señor, sobre el evangelio, tratará de la Paloma. En el nombre de quien prometimos, daremos por su misericordia. Para que pueda ser dador idóneo, orad por mí, no acontezca que sea audaz prometedor.

SALMO 127

[FELICIDAD DEL JUSTO]

SERMÓN

1 [v.1-4]. Acoplemos, conforme dice el Apóstol, hermanos carísimos, *las cosas espirituales a los espirituales, porque el hombre animal no percibe las cosas que pertenecen al Espíritu de Dios.* Pero ha de evitarse que los hombres carnales, que no per-

terrae; et ipsa est haereditas Domini, de qua dictum est, *Postula a me, et dabo tibi gentes haereditatem tuam, et possessionem tuam terminos terrae* (Ps 2,8). Praedicatum est, auditum est, antequam fieret; et iam factum nolunt agnoscere. Qui disputant ergo contra Christum, extra portam sunt; quia suos honores quaerunt, non Christi. Qui autem praedicat in porta, Christi honorem quaerit, non suum; et ideo qui praedicat in porta, dicit: Nolite in me praesumere; non enim per me, sed per portam intrabitis. Illi autem qui volunt homines in seipsos praesumere, nolunt eos intrare per portam: non mirum si clauditur contra illos porta, et otiosi pulsant ut aperiatur. Adestote ergo animo, fratres, etiam propter crastinum sermonem, ex nostra pollicitatione, adiuvante Domino, vobis reddendum ex Evangelio de columba. In cuius nomine promisimus, in illius misericordia reddemus. Sed ut possimus esse idonei redditores, ne audaces fuerimus promissores, orate pro nobis.

PSALMUS 127

SERMO

1 [v.1-4]. Sicut dicit Apostolus, fratres charissimi, *Spiritualibus spiritualia comparamus; animalis autem homo non percipit quae sunt Spiritus Dei* (1 Cor 2,13.14); cavendum est ne homines animales non percipientes quae sunt Spiritus Dei, scandalizentur potius in hoc psalmo,

ciben las cosas que pertenecen al Espíritu de Dios, tropiecen en este salmo cuando deben edificarse. Aunque ya lo hemos oído cuando se cantaba, lo recordaré brevemente, porque es breve; no exponiendo, sino leyendo. Ved que si alguno hubiere anhelado de Dios, como algo grande, las cosas que este salmo contiene y no las hubiere recibido, no porque le abandonó el Señor, sino porque le ama con más predilección, y percibiese que las cosas que oyó aquí que eran premios de los que temían a Dios, las poseían en abundancia los que a Dios no temen, quizás vacilen sus pies y resbalen y diga en su corazón que temió a Dios sin motivo al no merecer aquellos bienes que prometió a los que le temen; es más, y que recibieron quienes no sólo no le temieron, sino que le injuriaron. Ved, pues, lo que dice: *Bienaventurados todos los que temen al Señor, los que andan en sus caminos. Comerás los trabajos de tus frutos. Serás bienaventurado y te irá bien.* Aún podemos pensar aquí, aunque carnales, en la bienaventuranza del siglo futuro; pero ved lo que sigue: *Tu mujer, como viña fértil a la portada de tu casa. Tus hijos, como pimpollos de olivo alrededor de tu mesa. Ved que así será bendecido el hombre que teme al Señor.* ¿Cómo? Siendo su mujer como viña fértil a la portada de su casa, y sus hijos hallándose rodeando su mesa como retoños de oliva. Luego ¿perdieron su galardón quienes por Dios no quisieron casarse? Pero dirá el que no quiso casarse: "Dios me bendecirá de otro modo." ¿Qué digo? Ya te bendiga o no te bendiga así, claramente se consignó esta sentencia: *Ved que así será bendecido el hombre que teme a Dios.*

quam aedificentur. Nam breviter (quanquam eum, cum cantaretur, audivimus), quia brevis est, curro eum, non tractans, sed legens. Et videte quia si talia quisque concupierit pro magno a Deo, qualia continet iste psalmus; et forte non quia desertus est ab illo, sed quia magis diligitur, non acceperit; viderítque illa quae hic sic audivit esse praemia timentium Deum, abundare illis qui non timent Deum: nutent gressus illius, et effundantur lapsu vestigia eius, et dicat in corde suo, sine causa se Deum timuisse, quando illa dona non meruit, quae promisit timentibus se; insuper et illi acceperunt, qui eum non solum non timuerunt, sed etiam blasphemaverunt. Videte enim quid dicat: *Beati omnes qui timent Dominum, qui ambulant in viis eius. Labores fructuum tuorum manducabis; beatus es, et bene tibi erit.* Adhuc possumus hic, et quamvis animales, beatitudinem futuri saeculi cogitare; sed videte quid sequitur: «Uxor tua sicut vinea fertilis, in lateribus domus tuae. Filii tui sicut novellatio olivarum, in circuitu mensae tuae. Ecce sic benedicetur homo qui timet Dominum». Quomodo? Ut sit uxor eius tanquam vinea fertilis in lateribus domus eius, et filii eius circumdent mensam eius, tanquam olivarum novellatio. Ergo perdiderunt mercedem suam, qui propter Deum etiam uxores ducere noluerunt? Sed ait qui noluit ducere uxorem: Aliter me benedicet Deus. Imo vero, aut sic te benedicet, aut non te benedicet: aperte dicta sententia est, *Ecce sic benedicetur homo qui timet Dominum.*

2. ¿Qué quiere decir esto, hermanos? El profeta nos presentó un disfraz, para que no sucediese que, deseando la felicidad temporal, perdiésemos la eterna. Este envoltorio no sé qué tiene dentro. Recordará vuestra caridad que, cuando os expuse el salmo anterior inmediato a éste, dimos con un versillo oscuro, aquel en el cual se dijo: *Como saetas en mano de un poderoso, así son los hijos de los sacudidos.* Y, al indagar quiénes eran los hijos de los sacudidos, sugiriéndome el Señor, me pareció, en cuanto creo, que los hijos de los sacudidos son los apóstoles, hijos de los profetas. Porque los profetas hablaron enigmáticamente y encubrieron con los simbolismos de las cosas, como con envolturas de misterios, el sentido, que no pudo darse a conocer a los hombres sino sacudiendo aquellos envoltorios. Por lo cual se llaman *hijos de los sacudidos* los adelantados de los profetas sacudidos. Luego sacudamos nosotros también este salmo, no suceda que nos engañemos por el envoltorio, y, palpando lo que se halla dentro, pero no viéndolo, quizás tengamos por madera lo que es oro, y por cascajo lo que es plata. Sacudamos, si lo cree conveniente vuestra caridad. Conceda el Señor que aparezca lo que se halla dentro, y principalmente, hermanos míos, porque celebramos la festividad de un mártir. ¡Cuántas calamidades padecieron los mártires, cuántos daños, cuántos tormentos, inmundas cárceles, peso de cadenas, crueldad de fieras, ardor de llamas, mordaces calumnias! ¿Hubieran padecido todas estas cosas si no hubieran visto algo a donde se encaminaban, que no pertenece a la felicidad del mundo? Es vergonzoso celebrar la festividad de

2. Quid ergo sibi hoc vult, fratres? Ne desiderando temporalem et terrenam felicitatem, perdamus caelestem, Propheta tanquam involucrum nobis constituit. Involucrum hoc nescio quid habet intus. Meminit autem Charitas vestra, cum superiorem psalmum vobis tractarem, qui est ante istum, incurrisse nos in quemdam versum obscurum, ubi dictum est, *Sicut sagittae in manu potentis, sic filii excussorum* (Ps 126,4); et cum quaereremus qui sint *filii excussorum,* visum esse nobis, suggerente quantum credimus Domino, filios excussorum Apostolos dictos esse, filios Prophetarum: quia Prophetae aenigmatis locuti sunt, et figuris rerum tanquam mysteriorum involucris cooperuerunt intellectum; qui intellectus prodire non potuit ad homines, nisi involucra illa excuterentur: unde dicti sunt illi *filii excussorum,* qui de Prophetis excussis profecerunt. Ergo et nos excutiamus istum, ne per involucra fallamur, et tangentes quod intus est et non videntes, dicamus forte lignum pro auro, aut testam pro argento. Excutiamus, si videtur Charitati vestrae: aderit Dominus, ut procedat quod intus est; maxime, fratres mei, quia martyrum natalitia celebramus. Quanta mala passi sunt martyres, quanta exitia, quanta tormenta, squalores carcerum, stricturam catenarum, saevitiam ferarum, ardorem flammarum, aculeos contumeliarum! Ista omnia passi essent, nisi nescio quid viderent quo se tenderent, quod ad huius saeculi felicitatem non pertinet? Turpe est autem ut natalitia martyrum celebre-

los mártires, de estos siervos de Dios que despreciaron este mundo por la felicidad eterna, y que al mismo tiempo tomemos como cosa para la felicidad presente lo que se escribió aquí, de suerte que si, aconteciendo a cualquier hombre fiel de Dios, ciudadano de la celestial Jerusalén, que, habiéndose casado, no tuvieron hijos, digamos: "Este hombre no temió al Señor, porque, si le hubiese temido, hubiera sido su mujer como viña fértil en su casa, y no estéril, y hasta el punto de no engendrar ni siquiera un solo hijo; si este hombre hubiera temido al Señor, sus hijos hubieran rodeado su mesa como retoños de olivo." Al decir tales cosas, somos carnales, que no percibimos las cosas que son del Espíritu de Dios. Comencemos nosotros también a sacudir para que seamos hijos de los sacudidos. Pues si fuésemos hijos de los sacudidos, seremos como saetas en manos del potente y nos arrojará por su mandato hacia los corazones de los hombres que aún no aman, para que, heridos con las saetas de las palabras de Dios, amen. Porque si comenzáremos a predicarles y decirles: "Hijos o hermanos nuestros, temed al Señor para que tengáis hijos y nietos, para que se alegre vuestra casa", no asaetamos para que se ame la Jerusalén eterna. Y, por tanto, permanecerán en el amor de lo terreno; y, al ver que los impíos abundan en esto, si no se atreviesen a decirnos: "¿Por qué los que no temen a Dios tienen la casa repleta de hijos?", lo dirán en su corazón. Quizás alguno le diga: "Todavía ignoras qué le puede acontecer"; porque ¿qué dirías si se le concediesen porque no teme a Dios, y le nacieron muchos para que soportase mayor sufrimien-

mus, horum videlicet servorum Dei contemnentium mundum istum propter sempiternam felicitatem, et accipiamus quod hic scriptum est pro praesenti felicitate, ut cuicumque forte homini Dei fideli, civi illius Ierusalem, contingat etiam ducta uxore filios non habere, dicamus: Non timet homo iste Dominum; nam si timeret Dominum, uxor eius tanquam vinea fertilis esset in domo eius, non sterilis, ut nullum generaret; et si timeret Dominum homo iste, filii ipsius circumdarent mensam ipsius, tanquam arbores olivarum. Si enim talia dixerimus, animales sumus, non percipientes quae sunt Spiritus Dei. Incipiamus et nos excutere, ut simus et nos filii excussorum. Si enim erimus filii excussorum, erimus in manu potentis tanquam sagittae, et iaculabitur nos de praecepto suo in corda hominum nondum amantium, ut percussa sagittis verborum Dei ament. Nam si talia coeperimus illis praedicare: Filii, aut fratres mei, timete Dominum, ut habeatis filios et nepotes, ut gaudeat domus vestra; non saggitamus ut ametur illa aeterna Ierusalem: remanebunt in amore terrenorum, et videntes ista abundare impiis, etsi nobis non audent, in corde suo dicunt, Quare ille qui non timet Deum, plenam domum habet filiis? Et forte alius dicit illi: Adhuc nescis quid illi possit contingere: quid si efferet illos, quia non timet Deum, et ad hoc illi plures nati sunt, ut maiorem dolorem de illorum morte patiatur? Sed si talia dixeris, respondebit tibi ille: Ego novi hominem impium, paganum, sacrilegum, adora-

to por su muerte?" Pero al decirlo esto, quizás te responderá: "Yo conozco a un hombre impío, pagano, sacrílego, adorador de los dioses"; tal vez le conoce y dice verdad, pues no conoce solamente a uno, ni a dos, ni a tres, al cual llevaron al sepulcro anciano, decrépito, que murió en su lecho rodeado de una turba de hijos y nietos. "Ve que éste no temió al Señor, y, sin embargo, una numerosa familia le cerró sus ojos. ¿Qué hemos de decir a esto?", te dirá. Nada malo le puede acontecer; es decir, que vivo entierre a los hijos, siendo así que, ya muerto, es llevado él por ellos a un mausoleo suntuoso.

3. Sacudamos, pues, sacudamos, si queremos ser hijos de los sacudidos; salga algo de aquí. Hay un hombre que así es bendecido, y únicamente teme al Señor aquel que se halla entre los miembros de este hombre; son muchos hombres y un hombre solo; muchos cristianos y un solo Cristo. Estos cristianos, con su Cabeza, que subió al cielo, son un solo Cristo; no es El uno y nosotros muchos, sino que, siendo nosotros muchos en Aquel uno, somos uno. Luego Cristo es uno, Cabeza y Cuerpo. ¿Cuál es su Cuerpo? Su Iglesia, conforme dice el Apóstol: *Somos miembros de su Cuerpo;* y: *Vosotros sois Cuerpo de Cristo y miembros.* Entendamos, pues, la voz de este hombre en cuyo Cuerpo somos un hombre solo, y allí veremos estos bienes verdaderos de Jerusalén. Si atiendes a estos bienes con ojo terreno, a la muchadumbre de hijos y nietos, a la fertilidad y fecundidad de la esposa, no son bienes de aquella Jerusalén, porque todos estos bienes se hallan en la tierra de los que mueren, y ésta es

torem idolorum (et forte novit et verum dicit, nec unum tantum novit, nec duos vel tres), quem deduxerunt ad fossam, senen, decrepitum, mortuum in lecto suo, turbae filiorum et nepotum. Ecce non timuit Dominum, et proles fecundissima domus eius clausit oculos eius. Quid ad hoc dicturi sumus? Nihil illi potest evenire mali, ut efferat filios suos vivus, quando iam mortuus a filiis ad sepulcrum gloriosum deductus est

3. Excutiamus ergo, excutiamus, si volumus esse filii excussorum: exeat huc aliquid. Est enim quidam homo qui sic benedicitur; et nemo timet Dominum, nisi qui est in membris ipsius hominis: et multi homines sunt, et unus homo est; multi enim Christiani, et unus Christus. Ipsi Christiani cum capite suo, quod ascendit in caelum, unus est Christus: non ille unus et nos multi, sed et nos multi in illo uno unum. Unus ergo homo Christus, caput et corpus. Quod est corpus eius? Ecclesia eius, dicente Apostolo, *Quoniam membra sumus corporis eius* (Eph 5,30); et, *Vos autem estis corpus Christi et membra* (1 Cor 12,27). Intelligamus ergo vocem huius hominis, in cuius corpore unus sumus homo; et ibi videbimus ista vera bona Ierusalem. Sic enim dixit in fine: *Et videas bona quae sunt Ierusalem.* Si autem ista bona terreno oculo attenderis, abundantiam filiorum et nepotum, et fertilitatem fecunditatemque coniugis, non sunt bona illius Ierusalem; quia bona ista in terra morientium sunt, illa terra viventium est. Noli valde pro magno habere, si habes

tierra de los que viven. No reputes como cosa extraordinaria tener hijos que han de morir, si no antes de ti, ciertamente después. ¿Quieres tener hijos que jamás han de morir y siempre han de vivir contigo? Pertenece al Cuerpo de Aquel de quien se dijo: *Vosotros sois Cuerpo de Cristo y miembros.*

4. También este salmo, para demostrar esto, ya que de tal modo es oscuro, que aconseja sea agitado, y de tal manera es oculto, que quiere sea sacudido, comienza con *muchos,* diciendo: *Bienaventurados todos los que temen al Señor, los que andan en sus caminos.* Habla a muchos, pero como estos muchos son uno en Cristo, prosigue exponiendo ya en singular: *Comerás los trabajos de tus frutos.* Anteriormente dijo: *Bienaventurados son todos los que temen al Señor, los que caminan en sus sendas.* ¿Por qué dice ahora: *Comerás los trabajos de tus frutos,* y no "comeréis"? ¿Y por qué *los trabajos de tus frutos* y no "los trabajos de *vuestros frutos*"? ¿Tan pronto se olvidó que hablaba de muchos? Pero si ya sacudiste, ¿qué te responde? Cuando nombro a muchos cristianos, reconozco a uno solo en un solo Cristo. Luego sois muchos y sois uno. ¿Cómo somos muchos y uno? Porque estamos unidos a Aquel del cual somos sus miembros, de cuyos miembros está la Cabeza en el cielo para que después sigan los miembros.

5. Describa ya El mismo, puesto que es evidente a quién se refiere. Así quedarán en claro todas las cosas que siguen. Vosotros únicamente temed al Señor y andad en sus caminos, y no envidiéis a quienes no andan por los caminos de Dios cuando

filios morituros, et si non ante te, certe post te. Vis habere filios nunquam morituros, et tecum semper victuros? Esto in illius corpore, de quo dictum est, *Vos autem estis corpus Christi et membra.*

stolus, quia *omnes qui volunt pie vivere in Christo Iesu, persecutionem patiuntur?* (2 Tim 3,12). Non enim modo, quia diabolus per reges non saevit, ideo Christiani non patiuntur persecutionem. Si mortuus est diabolus, mortuae sunt persecutiones; si autem ille adversarius noster vivit, unde non tentationes suggerit? unde non saevit? unde non minas aut scandala procurat? O si incipias pie vivere, videbis quia omnis qui vult pie vivere in Christo Iesu, persecutionem patietur. Propter quid ergo patimur tantas persecutiones? *Si enim in hac vita in Christo sperantes sumus tantum,* ait Apostolus, *miserabiliores sumus omnibus hominibus* (1 Cor 15,19). Propter quid damnati sunt ad bestias martyres? quod est illud bonum, dici potest? unde, aut quae lingua dicat? aut quae aures audiant? Et quidem illud *nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit* (ib. 2,9). Amemus tantum, proficiamus tantum: videtis enim quia pugnae non desunt, et pugnamus cum concupiscentiis nostris. Pugnamus foris cum infidelibus et inobedientibus hominibus; pugnamus intus cum suggestionibus, cum perturbationibus carnalibus: ubique pugnamus adhuc, quia corpus quod corrumpitur, aggravat animam (Sap 9,15); pugnamus adhuc, quoniam si *spiritus vita est,* tamen *corpus mortuum est propter peccatum.* Sed quid futurum est? *Si autem Spiritus eius habitat in vobis, qui suscitavit Christum ex mortuis, vivificabit et mortalia corpora vestra, propter Spiritum eius qui habitat in vobis* (Rom 8,10.11). Cum ergo

cuando hubieren sido vivificados nuestros miembros mortales, ya nada se opondrá a nuestro espíritu. No habrá hambre ni sed, porque éstas provienen de la corrupción del cuerpo. Te repones porque desfalleces. La concupiscencia de la delectación carnal lucha contra nosotros. Llevamos la muerte por la debilidad del cuerpo; pero, cuando la muerte hubiere sido convertida en la inmutabilidad, y esto corruptible se vistiere de incorrupción, y esto mortal de inmortalidad, ¿a qué se atreverá entonces la muerte? *En dónde está, ¡oh muerte!, tu combate; en dónde está, ¡oh muerte!, tu aguijón?* Quizás muere y se dice: "¿Faltan algunos enemigos?" No, pues prosigue: *La muerte es el último enemigo.* Cuando ésta hubiere sido destruida, sobrevendrá la inmortalidad. Por tanto, destruida la muerte como último enemigo, no habrá enemigo alguno, y la paz será nuestro bien, por el que suspiramos. He aquí el bien, hermanos; el gran bien se llama paz. Preguntabais cómo se llamaba, si oro, plata, heredad o vestido. Se llama paz. No la paz que entre sí tienen los hombres, desleal, inestable, mudable, incierta; ni la paz que consigo tiene cada hombre, pues hemos dicho que el hombre lucha consigo mismo; lucha hasta que doblegue todas las concupiscencias. Luego ¿cuál es esta paz? La que *no vio el ojo ni el oído oyó.* ¿Cuál es esta paz? La de Jerusalén, porque Jerusalén significa visión de paz. Luego así *te bendiga el Señor desde Sión y veas los bienes de Jerusalén;* y los veas *todos los días de tu vida.* Y veas no sólo a tus hijos, sino *a los hijos de tus hijos.* ¿Quiénes son tus hijos? Las obras que tú haces. ¿Quienes son los hijos de tus hijos? Los frutos de tus

vivificata fuerint membra nostra mortalia, iam nihil resistet spiritui nostro. Non fames erit, non sitis erit, quia de corruptione corporis ista nascuntur. Ideo reficis, quia a te aliquid deficit. Concupiscentiae delectationum carnalium contra nos pugnant. Mortem portamus infirmitate corporis: sed cum mors ipsa conversa fuerit in illa incommutabilitatem, et corruptibile hoc induerit incorruptionem, et mortale hoc induerit immortalitatem, quid audiet tunc mors? *Ubi est, mors, contentio tua? ubi est, mors, aculeus tuus?* Et forte moritur, et dicetur: Restant aliqui inimici? Non; sequitur *novissima inimica mors.* Cum haec destructa fuerit, immortalitas succedet. Si nullus erit inimicus, quasi *novissima destruetur mors* (1 Cor 15,53.54.55.26). Bonum nostrum cui suspiramus, pax erit. Ecce bonum, fratres, magnum bonum pax vocatur. Quaerebatis quid vocaretur: Aurum est, argentum est, an fundus, an vestis? Pax est: non pax qualem inter se habent homines, infidam, instabilem, mutabilem, incertam; nec pax talis qualem secum habet ipse unus homo. Diximus enim quia et secum pugnat homo; usquequo domet omnes cupiditates, adhuc pugnat. Qualis ergo pax? Quam *oculus non vidit, nec auris audivit.* Qualis pax? De Ierusalem, quia Ierusalem interpretatur, Visio pacis. Sic ergo *benedicat te Dominus ex Sion; et videas bona quae sunt Ierusalem,* et videas *omnes dies viae tuae. Et videas,* non filios tuos tantum, sed *filios filiorum tuorum.* Quid est, filios tuos? Opera tua quae hic agis. Qui sunt filii filiorum? Fructus operum tuorum. Facis eleemosynas, filii

obras. Das limosna: éstos son tus hijos. Por la limosna consigues la vida eterna: éstos son los hijos de tus hijos. *Veas los hijos de tus hijos,* y sobrevendrá lo que sigue, con lo cual concluye el salmo: *La paz sobre Israel.* Esta paz se os predica por mí, ésta amo y deseo que se ame por vosotros. Esta la consiguen quienes fueren pacíficos aquí. Serán pacíficos aquí los que han de ser también allí; los que rodean la mesa del Señor como brotes de oliva para que no sea estéril el árbol, como fue aquella higuera en la que el Señor no encontró fruto cuando tuvo hambre. Ya sabéis qué le aconteció. Tenía solamente hojas, no tenía fruto. Así son los que no carecen de palabras, pero se hallan faltos de obras; y, por tanto, al venir con hambre, el Señor no hallará qué comer, porque el Señor tiene hambre de nuestra fe y de nuestras buenas obras. Le alimentemos viviendo bien y nos alimentará El eternamente dándonos el vivir.

SALMO 128

[ORACIÓN CONTRA LOS ENEMIGOS DEL PUEBLO]

SERMÓN AL PUEBLO

1. El salmo que acabamos de cantar es breve. Pero así como se escribió en el Evangelio acerca de Zaqueo que fue pequeño de estatura, pero grande en obras, y que la viuda que echó dos maravedís en el gazofilacio fue escasa en dinero, pero grande en caridad, igualmente este salmo, si cuentas las palabras, es breví-

tui sunt: propter eleemosynas accipis vitam aeternam, filii filiorum tuorum sunt. *Videas filios filiorum tuorum;* et erit quod sequitur, quo concluditur, *Pax super Israel.* Haec pax vobis praedicatur a nobis, ipsa amatur a nobis, ipsa ut a vobis ametur, optamus. Ad illam pacem perveniunt qui et hic pacifici fuerint. Illi sunt et hic pacifici, qui et tibi; qui circumeunt mensam Domini tanquam novellatio olivarum, et non sit sterilis arbor, qualis fuit illa ficulnea ubi fructum non invenit esuriens Dominus. Et videtis quid ei contigerit. Folia sola habebat, fructum non habebat (Mt 21,18 et 19): sic sunt qui verba habent, et facta non habent. Veniens esuriens Dominus non ibi invenit quod manducet; quia fidem nostram et facta bona esurit Dominus. Pascamus illum bene vivendo, et pascet nos in aeternum nobis vivere donando.

PSALMUS 128

SERMO AD PLEBEM

1. Psalmus quem cantavimus, brevis est: sed sicut scriptum est in Evangelio de Zacchaeo, statura brevis, et magnus in opere (Lc 19,2-9); sicut scriptum est de illa vidua quae duo minuta misit in gazophylacium, brevis pecunia, sed magna charitas (Mc 12,42-44): sic et iste psalmus, si verba numeres, brevis est; si sententias appendas, magnus est. Non

simo; mas, si pesas las sentencias, es grandísimo. Luego no podrá por mucho tiempo detenernos de suerte que nos canse. ¿Por qué? Reflexione vuestra mente y atienda el cristiano. Se oiga a tiempo y a destiempo la palabra de Dios para los que quieren y los que no quieren. Encontró su lugar, encontró corazones en dónde descansar, encontró tierra en la cual germine y fructifique. Es evidente que hay muchos inicuos y perversos a los cuales soporta la Iglesia hasta el fin, y éstos son aquellos para quienes es superflua la palabra de Dios, y, por tanto, o cae en ellos como la semilla que se pisa en el camino y es comida por las aves, o cae en ellos como la semilla arrojada en tierra pedregosa, que, no teniendo fondo, nace al instante y se seca al calentar el sol, porque no tiene raíz; o cae en ellos como entre espinas, la cual, aunque germine y brote, sin embargo, es ahogada por la multitud de abrojos. Aquí tenéis a los que desprecian la palabra de Dios, la cual cae como en el camino; a los que se alegran de momento y, al presentarse la tribulación, se secan como por el ardor del sol; a los que, debido a pensamientos, afanes y cuidados de este mundo, como espinas de avaricia, ahogan lo que en ellos había comenzado a germinar. Pero hay otra tierra buena, en la que, al caer la semilla, fructifica con el treinta, el setenta y el ciento por uno; y, sea mucho o poco, todo irá al granero. Hay hombres de esta clase, y por ellos hablo. Por ellos habla la Escritura, por ellos no calla el Evangelio. Pero también oigan los otros, no suceda que hoy sean una cosa y mañana otra, y así acontezca que oyendo cambien, o arando el camino, o despedregando

ergo nos poterit diutius usque ad fastidium detinere. Quare? Advertat prudentia vestra, et adsit intentio christiana: sonet verbum Dei volentibus, nolentibus, opportune, importune. Invenit sibi locum, invenit corda ubi requiescat, invenit terram ubi germinet et fructum ferat. Nam quia multi mali sunt et iniqui quos portat Ecclesia usque in finem, manifestum est: et hi sunt quibus verbum Dei superfluum est; et aut sic in illos cadit, quomodo semen in via conculcatur, et a volatilibus colligitur; aut sic in eos cadit, quomodo semen in petrosa loca, ubi non habet terram multam, statim exit, et calefacto sole arescit, quia non habet radicem; aut sicut inter spinas, quod etsi germinet et conetur in auras surgere, offocatur tamen multitudine spinarum. Tales autem sunt qui verbum Dei contemnunt sicut via, aut qui ad horam gaudent, et facta tribulatione, sicut aestu solis, arescunt; aut qui cogitationibus et curis et sollicitudine huius mundi, tanquam spinis avaritiae offocant quod in illis coeperat germinare. Est autem etiam terra bona, quo semen cum ceciderit, affert fructum, aliud tricenum, aliud sexagenum, aliud centenum (Mt 13,3-23): sive parum, sive multum, omnes in horreo erunt. Sunt ergo tales, et propter hos loquimur. Propter hos loquitur Scriptura, propter hos non tacet Evangelium. Sed et illi audiant, ne forte aliud sint hodie, aliud cras; ne forte mutentur audiendo, aut arent viam, aut lapides purgent, aut spinas evellant. Dicat Spiritus Dei, dicat nobis, cantet nobis; sive

la tierra, o arrancando las espinas. Hable el Espíritu de Dios; nos hable, nos cante, ya queramos saltar, ya no queramos; El cante. Pues así como quien danza mueve los miembros acompañando al canto, así los que saltan al ritmo de los preceptos de Dios acompasan al sonido las obras. Por eso, ¿qué dice el Señor en el Evangelio a los que no quieren obrar de este modo? *Os hemos tocado, y no saltasteis; os hemos entonado endechas, y no plañisteis.* Luego cante; creemos en la misericordia de Dios; sin duda habrá algunos que no se consuelen, pues los pertinaces, los obstinados en la malicia, aunque oigan la palabra de Dios, perturban la Iglesia con diarios escándalos. De ellos habla este salmo, pues empieza así:

2 [v.1-3]. *Frecuentemente me combatieron desde mi juventud.* Habla la Iglesia de aquellos a quienes tolera y como si dijese: "¿Por ventura ahora?" La Iglesia existe de antiguo; desde que se comenzó a llamar santos a algunos, existe la Iglesia en la tierra. En algún tiempo existía sólo la Iglesia en Abel, el cual fue vencido por el perverso y criminal hermano Caín. En algún tiempo existió sólo en Enoc, el cual fue arrebatado de los inicuos. En algún tiempo existió sólo en la casa de Noé, el cual soportó a todos los que perecieron en el diluvio al nadar sola el arca en las aguas y quedar en lugar seco. En algún tiempo existió la Iglesia sólo en Abrahán, de quien sabemos las cosas que soportó de parte de los enemigos. Existió en sólo Lot, hijo del hermano de Abrahán, en su casa de Sodoma, el cual soportó las iniquidades y perversidades de los sodomitas hasta que Dios le sacó de

velimus saltare, sive nolimus, cantet ipse. Sicut enim qui saltat, membra movet ad cantum; sic qui saltant ad praeceptum Dei, operibus obtemperant sono. Ideo qui noluerunt hoc facere, quid illis Dominus dicit in Evangelio? *Cantavimus vobis, et non saltastis; planximus, et non lamentastis* (ib. 11,17). Cantet ergo; credimus in Dei misericordiam, quia erunt de quibus non consoletur. Nam qui pertinaces sunt, perseverantes in malitia, quamvis audiant verbum Dei, scandalis quotidie perturbant Ecclesiam. De talibus dicit iste psalmus; sic enim coepit:

2 [v.1-3]. *Saepe expugnaverunt me a iuventute mea.* Ecclesia loquitur de his quos tolerat, et tanquam diceretur, Numquid modo? Olim est Ecclesia; ex quo vocantur sancti, est Ecclesia in terra. Aliquando in solo Abel Ecclesia erat, et expugnatus est a fratre malo et perdito Cain (Gen 4,8). Aliquando in solo Enoch Ecclesia erat, et translatus est ab iniquis (ib. 5,24). Aliquando in sola domo Noe Ecclesia erat, et pertulit omnes qui diluvio perierunt, et sola arca natavit in fluctibus, et evasit ad siccum (ib. 6-7). Aliquando in solo Abraham Ecclesia erat, et quanta pertulit ab iniquis, novimus. In solo filio fratris eius Lot, et in domo eius in Sodomis Ecclesia erat, et pertulit Sodomorum iniquitates et perversitates, quousque Deus eum de medio ipsorum liberavit (Gen 12-20). Coepit esse et in populo Israel Ecclesia; pertulit Pharaonem et Aegyptios. Coepit et in ipsa Ecclesia, id est in populo Israel, numerus esse

en medio de ellos. También comenzó a existir la Iglesia en el pueblo de Israel, que soportó al faraón y a los egipcios, pues comenzó a existir el número de los santos en la Iglesia, es decir, en medio del pueblo de Israel, ya que Moisés y los demás santos soportaron a los inicuos judíos, al pueblo de Israel. Por fin se llegó a nuestro Señor Jesucristo, se predicó el Evangelio, pues dijo en los salmos: *Anuncié y hablé; se multiplicaron sobre todo número.* ¿Qué significa *sobre todo número?* Que no sólo creyeron los que pertenecen al número de los santos, sino que entraron en la Iglesia, sobrepasando el número, muchos justos y también muchos inicuos, y los justos soportaron a los inicuos. ¿Cuándo? Mientras existe la Iglesia. ¿Por ventura sólo ahora, desde que se reseña, desde que se conmemora? Para que la Iglesia no se admire ahora o para que nadie se admire en la Iglesia al querer ser miembro bueno de la Iglesia, oiga a la misma Iglesia, su madre, que le dice: "Hijo, no te admires por estas cosas; *frecuentemente me combatieron desde mi juventud.*"

3. Grandemente afectado, comenzó el salmo así: *Frecuentemente me combatieron desde mi juventud.* Parece que no comienza, sino que responde como si hubiera hablado antes algo. Pero ¿a quiénes responde? A los que pensaban y decían: "¡Cuántos males soportamos, cuántos escándalos se cometen diariamente al entrar los inicuos en la Iglesia y tolerarlos!" Responda, pues, la Iglesia por algunos, es decir, responda por la voz de los fuertes, a las quejas de los débiles, y así los fuertes consoliden a los débiles, y los grandes a los pequeños, y diga la Iglesia: *Frecuentemente me combatieron desde mi juventud. Diga ahora Israel:*

sanctorum: Moyses et caeteri sancti pertulerunt iniquos Iudaeos populum Israel. Ventum est et ad Dominum nostrum Iesum Christum, praedicatum est Evangelium, dixit in Psalmis, *Annuntiavi et locutus sum, multiplicati sunt super numerum* (Ps 39,6). Quid est, *super numerum?* Non solum illi crediderunt qui pertinent ad numerum sanctorum; sed et *super numerum* intrarunt: multi iusti, sed et plures iniqui; et pertulerunt iusti iniquos. Quando? In Ecclesia. Numquid modo solum, ex quo enumerat, ex quo commemorat? Ideo ne miraretur modo Ecclesia, vel ne quisquam miraretur in Ecclesia, volens esse membrum bonum Ecclesiae, audiat et ipsam Ecclesiam matrem suam dicentem sibi: Noli mirari ad ista, fili; *Saepe expugnaverunt me a iuventute mea.*

3. Magnus affectus sic coepisse Psalmum: *Saepe expugnaverunt me a iuventute mea.* Quasi aliquid iam loquebatur: videtur non coepisse, sed respondisse. Respondit autem, quibus? Cogitantibus et dicentibus: Quanta mala perferimus, quanta scandala crebrescunt quotidie, quando iniqui intrant in Ecclesiam et portamus eos? Respondeat autem Ecclesia de quibusdam, id est, de fortiorum voce respondeat querelis infirmorum, et confirment firmi infirmos, et grandes parvulos, et dicat Ecclesia, *Saepe expugnaverunt me a iuventute mea. Dicat vero Israel, Saepe expugnaverunt me a iuventute mea.* Dicat illud, non illud timeat. Quo enim

"*Frecuentemente me combatieron desde mi juventud.*" Lo diga, no lo tema. Pero ¿para qué sirve añadir *desde mi juventud* después de haber dicho *frecuentemente me combatieron?* Ahora se combate la vejez de la Iglesia, pero no tema; diga: *Frecuentemente me combatieron desde mi juventud.* ¿Acaso no llegó a la vejez, porque no cesaron de combatirla? ¿Acaso pudieron destruirla? *Dígalo, pues, Israel;* y se consuele Israel, se consuele la misma Iglesia, con las pruebas pasadas y diga: *Frecuentemente me combatieron desde mi juventud.*

4. ¿Por qué me combatieron? *Porque no pudieron conmigo. Sobre mis espaldas edificaron los pecadores; alargaron su injusticia.* ¿Por qué me combatieron? *Porque no pudieron conmigo.* ¿Qué *no pudieron conmigo?* Edificar. ¿Qué *no pudieron conmigo?* Que no consintiese con ellos en el mal. Todo hombre malo persigue al bueno, porque el bueno no consiente con él en el mal. Obra uno mal; cállese el obispo: entonces el obispo es bueno. Corrija el obispo: entonces el obispo es malo. Robe alguno; calle el despojado: entonces es bueno; hable a lo menos y censure, aunque no pida: entonces es malo. ¡Es malo el que reprende al ladrón y es bueno el que roba! Adelante: *Comamos y bebamos, pues mañana moriremos.* El Apóstol dice todo lo contrario: *Las malas conversaciones corrompen las buenas costumbres. Justos, sed sobrios y no pequéis.* Suena la palabra, suena el discurso opuesto a la liviandad; pero el amigo de su sensualidad y el enemigo del discurso contradictor se halla inficionado de su amiga, y odia la palabra de Dios. Se hizo amigo de la

valet, quod cum dixisset, *Saepe expugnaverunt me,* addidit, *a iuventute mea?* Iam modo Ecclesiae senectus expugnatur, sed non timeat: dicat, *Saepe expugnaverunt me a iuventute mea.* Numquid ideo non pervenit ad senectutem, quia non cessaverunt illi expugnando? numquid delere potuerunt? *Dicat vero Israel;* et consoletur se Israel, consoletur se ipsa Ecclesia de praeteritis exemplis, et dicat, *Saepe expugnaverunt me a iuventute mea.*

4. Quare expugnaverunt? *Etenim non potuerunt mihi. Supra dorsum meum fabricaverunt peccatores; longe fecerunt iniustitiam suam.* Quare expugnaverunt: *Quia non potuerunt mihi.* Quid est, *non potuerunt mihi?* Fabricare. Quid est, *non potuerunt mihi?* Non illis consensi ad malum. Omnis enim malus ideo persequitur bonum, quia non illi consentit bonus ad malum. Faciat aliquid mali, non obiurget episcopus, bonus est episcopus: obiurget episcopus, malus est episcopus. Rapiat aliquid, taceat cui rapit, bonus est: saltem loquatur et reprehendat, etsi non repetat, malus est. Malus est qui reprehendit raptorem, et bonus est qui rapit! Ambulet, *Manducemus et bibamus; cras enim moriemur.* Contra Apostolus: *Corrumpunt bonos mores colloquia mala. Sobrii estote iusti, et nolite peccare* (Is 22,13; 1 Cor 15,32-34). Sonat verbum, sonat sermo contradictor libidinis: at ille amicus libidinis suae, et inimicus sermoni contradicenti amicae suae infestus est, et odit sermo-

avaricia, y es enemigo de Dios. Dios se opone a la avaricia y quiere que no posea nada la avaricia. "Yo debo ser poseído—clama (el Señor)—. ¿Por qué quieres que te posea la avaricia? Ella manda cosas pesadas, yo leves; su carga es agobiante, la mía ligera; su yugo es áspero, el mío suave. No te posea la avaricia. La avaricia te manda que surques el mar, y obedeces; te manda que te entregues a los vientos y a las tempestades. Yo te mando que des de lo que tienes al pobre que está ante tu puerta. Eres perezoso para hacer el bien sin moverte y denodado para exponerte a los peligros de la travesía del mar. Ordena la avaricia, y sirves. Manda Dios, y odias." ¿Y qué acontece? Al comenzar a odiar, empieza a querer censurar a aquellos de quienes oye los buenos consejos e intenta por sus sospechas hallar crímenes en los siervos de Dios. Los que nos dicen estas cosas, ¿no las cometen ellos? Por tanto, ya se cometan o no estas cosas, se dice que se cometen; y las que se hacen bien, se dice que se hacen mal, y las que toleramos, las achacan a culpa nuestra. ¿Qué les responderemos? "No pongas en mí la mirada; atiende a este discurso; él te habla por cualquiera; tú eres enemigo de él." *Haz las paces con tu adversario mientras estás en el camino.* Tú te hiciste enemigo de la palabra de Dios. No atiendas que te hable aquel hombre; concedamos que es malo aquel por quien se te habla, pero no es malo el que te habla, es decir, la palabra de Dios. Acusa a Dios, acúsale si puedes.

5. ¿Creéis, hermanos, que no llegaron hasta el punto de censurar al mismo Dios aquellos de quienes se dice: *Frecuentemen-*

nem Dei. Facta est amica avaritia, inimicus Deus. Contradicit enim Deus avaritiae, et vult nihil possideri ab avaritia. Ego possidear, clamat. Quid vis ab avaritia possideri? Dura iubet, levia iubeo: onus eius grave, sarcina mea levis est; iugum eius asperum est, iugum meum lene est (Mt 11,30). Noli velle ab avaritia possideri. Iubet avaritia ut mare transeas, et obtemperas: iubet ut te ventis procellisque committas: iubeo ego ut ante ostium tuum ex eo quod habes des pauperi: piger es ad faciendum ante te opus bonum, et strenuus es ad transeundum mare. Quia avaritia imperat, servis; quia Deus iubet, odisti. Et quid? Cum odisse coeperit, incipit velle criminari eos a quibus audit bona praecepta, et velle per suspiciones suas crimina quaerere servorum Dei. Qui nobis ista dicunt, ista non faciunt ipsi? Et ista sive quae fiunt, sive quae non fiunt, dicuntur fieri; et quae fiunt bene, dicuntur male fieri: et quae toleramus, ad culpam nostram applicantur. Nos quid respondemus? Noli me attendere; sermonem istum attende: ipse tibi loquitur per quemlibet; huic tu inimicus es. Concorda cum adversario tuo, cum es cum eo in via (ib. 5,25): adversarium tuum sermonem Dei fecisti. Noli attendere quia ille tibi loquitur: malus est per quem tibi loquitur; sed non est malus, qui tibi loquitur, sermo Dei. Accusa Deum, accusa, si potes.

5. Creditis, fratres, huc usque pervenisse eos de quibus dicitur, *Saepe expugnaverunt me a iuventute mea,* ut etiam ipsum Deum ac-

te me combatieron desde mi juventud? Tú censuras al avaro, y él censura a Dios, porque hizo el oro; no seas avaro. "¡Que no hubiera hecho el oro!" Sólo faltaba esto, que, no pudiendo reprimir tus obras malas, censures las obras buenas de Dios. Te desagrada el Creador y Ordenador del mundo. Entonces que no hubiera hecho el sol, puesto que muchos pleitean en sus observaciones sobre las estrellas. ¡Oh si reprimiésemos nuestros vicios! Todas las cosas son buenas, porque es bueno Dios, que hizo todas las cosas. Quien tiene espíritu de investigación, espíritu de sabiduría y piedad, al considerar que todas las cosas son buenas, ve que todas sus obras la alaban. En todo lugar alaban sus obras a Dios. ¡Cómo le alaban todas sus obras por la boca de los tres jóvenes! ¿Qué se omitió en su cántico? Le alaban los cielos, le alaban los ángeles, le alaban los astros, el sol y la luna, el día y la noche; le alaba todo lo que germina en la tierra, todo lo que nada en el mar, todo lo que vuela en el aire; le alaban los montes y los collados, le alaban el calor y el frío; y todas las cosas que hizo Dios oís que alaban a Dios. ¿Por ventura oísteis allí que alaba a Dios la avaricia, que alaba a Dios la lujuria? Estas no le alaban, porque El no las hizo. Allí alaban a Dios los hombres; Dios es creador del hombre. La avaricia es obra del hombre perverso, el hombre es obra de Dios. ¿Y que quiere Dios? Destruir lo que tú hiciste en ti y salvar lo que El hizo.

6. No ejerzas la usura. Tú censuras a la Escritura, que dice: *No dio su dinero a usura.* Yo no escribí esto, no salió por pri-

cusare non dubitent? Accusas avarum, et ille accusat Deum quia fecit aurum. Noli avarus esse. Et non faceret Deus aurum. Iam hoc restat, quia mala tua opera cohibere non potes, accusas opera bona Dei: displicet tibi creator et fabricator mundi. Non faceret et solem; quia multi in fenestris contendunt de luminaribus, et ad iudicia se trahunt. O si vitia nostra cohibeamus! quia bona sunt omnia, quia bonus Deus qui fecit omnia; et laudant illum opera sua, considerata quia bona sunt, ab eo qui habet spiritum considerandi, spiritum pietatis et sapientiae. Undique laudatur Deus ab operibus suis. Quomodo illum laudant opera sua per os trium puerorum? quid praetermissum est? Laudant caeli, laudant Angeli, laudant sidera, laudant sol et luna, laudant dies ac noctes, laudat quidquid germinat de terra, laudat quidquid natat in mari, laudat quidquid volitat in aere, laudant omnes montes et colles, laudant frigora et aestus; et caetera omnia quae Deus fecit, audistis quia laudant Deum (Dan 3,57-90): numquid audistis ibi quia laudat Deum avaritia, quia laudat Deum luxuria? Non laudant ista, quia non ipse illa fecit. Laudant ibi homines Deum; hominis creator est Deus. Avaritia opus est mali hominis; homo ipse opus est Dei. Et quid vult Deus? Occidere in te quod ipse fecisti, et salvare quod ipse fecit.

6. Noli fenerare. Tu accusas Scripturam dicentem, *Qui pecuniam suam non dedit ad usuram* (Ps 14,5). Non ego illud scripsi, non de ore

mera vez de mi boca; oye a Dios; El dice que los clérigos no presten a usura. Quizás el que te habla no presta a usura; pero, si presta, cree que él presta. ¿Por ventura presta a usura aquel que habla por Dios? Si hace lo que te dice y tú no lo haces, tú irás al fuego, él al cielo. Si no hace lo que te dice y hace igualmente el mal que tú haces, diciendo cosas buenas que no hace, irá contigo al fuego. Arderá el heno, pero la palabra de Dios permanece eternamente. ¿Por ventura arderá la palabra que por él se te habló? El que te habla, o es Moisés, es decir, el siervo de Dios justo y bueno, o el fariseo, que se sentó en la cátedra de Moisés. Oíste decir de ellos: *Haced lo que dicen, no hagáis lo que hacen.* No tienes excusa, puesto que te habla la palabra de Dios. Porque no puedes destruir la palabra de Dios, intentas censurar a aquellos por los cuales te habla la palabra de Dios. Escudriña cuanto quieras, di lo que quieras, ultraja cuanto te venga en gana: *Frecuentemente me combatieron desde mi juventud;* diga Israel: "Frecuentemente me combatieron desde mi juventud." También se atreven a decir los usureros: "No tengo otro medio de vida." Esto me diría asimismo el ladrón cogido en el garlito; esto lo diría el descerrajador atrapado a la puerta de la casa ajena; esto me diría el alcahuete o burdelero al comprar doncellas para la prostitución; esto lo diría el hechicero encantando malamente y vendiendo su perversidad. A todos los que intentamos prohibir estas cosas, nos responderán que no tienen otro modo de vivir, que de aquí se alimentan. ¡Como si esto mismo no debiera ser castigado especialmente en ellos por haber

meo primo exiit: Deum audi. Et ille: Clerici non fenerent. Et forte qui tibi loquitur, non fenerat: sed si fenerat, fac quia et ipse fenerat; numquid fenerat qui per ipsum loquitur? Si facit quod tibi dicit, et non tu facis; tu in ignem, ille in regnum. Si non facit quod tibi dicit, et pariter facit mala quae facis, et dicit bona quae non facit; pariter in ignem. Fenum ardebit, verbum autem Domini manet in aeternum (Is 40,8). Numquid ardet sermo qui tibi per illum locutus est? Aut Moyses est qui tibi loquitur, id est, bonus et iustus famulus Dei; aut pharisaeus est cathedram Moysi sedens. Audisti et de ipsis: *Quae dicunt, facite; quae autem faciunt, facere nolite* (Mt 23,3). Non habes tu unde te excuses, quando sermo Dei tibi loquitur. Quia non potes interficere sermonem Dei, criminari quaeris eos per quos loquitur tibi sermo Dei. Quaere quantum vis, dic quantum vis, blasphema quantum vis: *Saepe expugnaverunt me a iuventute mea, dicat vero Israel, Saepe expugnaverunt me a iuventute mea.* Audent etiam feneratores dicere: Non habeo aliud unde vivam. Hoc mihi et latro diceret, deprehensus in fauce; hoc et effractor diceret, deprehensus circa parietem alienum; hoc mihi et leno diceret, emens puellas ad prostitutionem; hoc et maleficius incantans mala, et vendens nequitiam suam; quidquid tale prohibere conaremur, responderent omnes quia non haberent unde viverent, quia inde se pascerent; quasi non hoc ipsum in illis maxime puniendum est, quia

elegido el arte de la iniquidad para pasar la vida, y haber querido alimentarse por este medio, ofendiendo al que alimenta a todos!

7. Al gritar y decir esto, te responderán: "Si es así, no nos acercamos aquí; si es así, no entramos en la Iglesia." Vengan, entren, oigan: *Frecuentemente me combatieron desde mi juventud. Ciertamente no pudieron conmigo. Los pecadores edificaron sobre mis espaldas.* Esto es, no pudieron conseguir que consintiese; sólo consiguieron que los soportase. ¡Cuán bellamente se dijo, qué bien se expresó lo que dijo: *No pudieron conmigo. Los pecadores edificaron sobre mis espaldas!* Se dirigen a nosotros, nos hablan, primero para que consintamos con ellos en los hechos malos; si no consentimos, dicen: "Toleradnos." Luego como no pudiste conmigo, sube a mi espalda; he de llevarte hasta que llegue el fin, pues se me manda que lleve el fruto con paciencia. ¿No te llego a corregir? Te tolero, pues quizás tolerándote llegarás a corregirte. Si no te corriges hasta el fin, hasta entonces te toleraré y hasta el fin te hallarás sobre mis espaldas, pero temporalmente. ¿Acaso estarás siempre sobre mi espalda? Vendrá el que te arroje de ella; llegará el tiempo de la recolección, llegará el fin del mundo, y Dios enviará segadores. Los ángeles son los segadores; separarán a los malos de los justos, como se separa la cizaña del trigo: meterán el trigo en el granero y quemarán la paja en fuego inextinguible. Soporté el tiempo que pude; ahora paso gozoso a la troje de Dios y canto seguro: *Frecuentemente me combatieron desde mi juventud.*

artem nequitiae delegerunt, unde vitam transigant, et inde se volunt pascere, unde offendant eum a quo omnes pascuntur.

7. Sed cum clamaveris hoc et dixeris, illi respondent: Si sic, non huc accedimus; si sic, non intramus in ipsam Ecclesiam. Veniant, intrent, audiant: *Saepe expugnaverunt me a iuventute mea. Etenim non potuerunt mihi: supra dorsum meum fabricaverunt peccatores:* hoc est, non potuerunt agere ut consentiam; fecerunt quod portem. Quam praeclare dictum est, quam optime significavit, *Etenim non potuerunt mihi: supra dorsum meum fabricaverunt peccatores.* Agunt nobiscum, primo ut consentiamus illis ad facta mala: si non consenserimus, Tolerate nos, dicunt. Ergo quia non potuisti mihi, ascende in dorsum meum; portare te habeo quousque veniat finis: sic enim mihi praeceptum est, ut fructum afferam cum tolerantia (Lc 8,15). Non te corrigo, tolero te: aut forte, cum tolero te, corrigis te. Si non te corrigis usque in finem, tolero te usque in finem; et usque in finem super dorsum meum eris, usque ad tempus. Numquid semper super dorsum meum eris? Veniet enim qui inde te excutiat: veniet tempus messis, veniet finis saeculi; immittet Deus messores. Messores autem Angeli sunt: separant malos de medio iustorum, sicut zizania a tritico; frumentum recondent in horreo, paleam autem comburent igni inexstinguibili. Portavi quousque potui, iam gaudens transeo in horreum Dei, et securus canto, *Saepe expugnaverunt me a iuventute mea.*

8. ¿Qué pudieron hacerme *los que me combatieron desde mi juventud?* Me ejercitaron, mas no me abatieron. Me hicieron lo que el fuego hace al oro, no lo que el fuego ejecuta sobre el heno. Al acercarse el fuego, quita al oro la inmundicia, a la paja la convierte en ceniza. *Ciertamente no pudieron conmigo,* puesto que no consentí, puesto que no me hicieron lo que ellos son. *Sobre mi espalda edificaron los pecadores, prolongaron su iniquidad.* Consiguieron que los tolerase, no que consintiese. Su injusticia está lejos de mí. Los malos están mezclados con los buenos; no sólo en el tráfago del mundo, sino también dentro de la Iglesia, los malos se hallan mezclados con los buenos. Lo sabéis y lo comprobáis; y especialmente lo comprobáis si sois buenos, ya que *al crecer lo que estaba en hierba y dar fruto, entonces apareció también la cizaña.* Los malos sólo aparecen en la Iglesia a los que son buenos. Sabéis que están mezclados, y la Escritura continuamente dice que sólo se separarán al fin. Pero, a pesar de estar mezclados, están distantes unos de otros. Para que nadie pensase que la iniquidad se halla junto a la justicia, porque los malos están mezclados entre los buenos, dijo: *No pudieron conmigo,* es decir, hablaron, y hablaron malamente, diciendo: *Comamos y bebamos, pues mañana moriremos.* Las malas palabras no corrompieron las buenas costumbres. Por haber oído a Dios no cedí a las palabras de los hombres. Los pecadores consiguieron de mí que los soportase, no que me mezclase con ellos, y así se alejó de mí la iniquidad. ¿Qué cosa hay más cerca que dos hombres en una iglesia? ¿Y qué cosa hay más lejos

8. Quid enim mihi facere potuerunt, quia *expugnaverunt me a iuventute mea?* Exercuerunt me, non oppresserunt. Valuerunt mihi sicut ignis ad aurum, non sicut ignis ad fenum. Ignis enim accedens ad aurum, sordem tollit; accedens ad fenum, in cinerem vertit. *Etenim non potuerunt mihi,* quia non consensi, quia non me fecerunt quales sunt ipsi. *Supra dorsum meum fabricaverunt peccatores, longe fecerunt iniustitiam suam.* Fecerunt quod tolerem, et non fecerunt cui consentirem. Iam ergo iniustitia ipsorum longe est a me. Mali mixti sunt bonis, non solum in saeculo, sed et in ipsa intus Ecclesia mali mixti sunt bonis. Nostis, et probastis; et magis probabitis, si boni fueritis. *Cum* enim *crevisset herba et fructum fecisset, tunc apparuerunt zizania* (Mt 13, 27-43). Nulli apparent mali in Ecclesia, nisi ei qui fuerit bonus. Nostis ergo quia mixti sunt, et semper et ubique dicit Scriptura quia non separabuntur, nisi in fine. Sic, quomodo mixti sunt, longe sunt a se. Ne quis ergo ex eo quod mixti sunt mali inter bonos, putaret iniquitatem esse iuxta iustitiam, *Non potuerunt,* inquit, *mihi;* id est, dixerunt, et male dixerunt, *Manducemus et bibamus; cras enim moriemur.* Non corruperunt sermones mali mores bonos: in eo quod audivi a Deo, non cessi sermonibus hominum. Fecerunt mihi peccatores quod portarem, non cui commiscerer, et facta est iniquitas eorum longe a me. Quid enim tam prope, quam duo homines in una Ecclesia? quid tam longe, quam iniquitas a iustitia? Ubi enim consensio, ibi propinquitas. Ligan-

que la iniquidad y la justicia? En donde hay común consentimiento hay proximidad. Se ata a dos hombres y son enviados al juez el ladrón y el compañero; el uno es criminal, el otro inocente; por una misma cadena se hallan atados, pero se hallan lejos el uno del otro. ¿Qué distancia hay entre ellos? Lo que dista el crimen de la inocencia. Ved que estos dos se hallan muy distantes de sí. Un ladrón comete en España un crimen; sin embargo, está cerca de aquel que le comete en Africa. ¿Qué les separa? La diferencia que hay de crimen a crimen, de latrocinio a latrocinio. Luego nadie tema hallarse mezclado, en cuanto al cuerpo, con los malos. Se distancie de ellos con el corazón, y seguro soportará lo que no teme: *prolongaron su iniquidad.*

9 [v.4]. ¿Qué ocurre? Que brillan los que inicuamente se sobreponen y, por decirlo vulgarmente, truenan y alborotan los inicuos, y se engríen e imperan con la soberbia y la calumnia. Pero ¿qué? ¿Siempre ha de suceder esto? No. Oye lo que sigue: *El Señor justo quebrantará las cervices de los pecadores.* Atienda vuestra caridad. *El Señor, justo, quebrantará las cervices de los pecadores.* ¿Quién no temblará? Pues ¿quién no pecó? *El Señor, justo, quebrantará las cervices de los pecadores.* Todos los que oyen trepidan si creen a la Escritura de Dios. Si los hombres se golpean el pecho sin causa, mienten al golpeárselo si son justos, y, al mentir a Dios, se hacen pecadores. Luego si se dan golpes de pecho verazmente, son pecadores. ¿Y quién de nosotros no se da golpes de pecho? ¿Y quién de nosotros no clava los ojos en tierra como el publicano y dice: *Señor, seme propicio a*

tur duo, et mittuntur ad iudicem; latro et colligatus: ille sceleratus, ille innocens, una catena ligantur, et longe sunt a se. Quantum longe sunt a se? Quantum longe est scelus ab innocentia. Ecce isti longe sunt ab invicem. Alius latro in Hispania facit scelera, proximus ei est qui facit in Africa. Quantum proximus? Quantum sibi iunguntur scelus et scelus, quantum sibi iunguntur latrocinium et latrocinium. Nemo ergo timeat mixtos sibi corpore malos. Longe ab illis sit corde, et securus portat quod non timet: *Longe fecerunt iniustitiam suam.*

9 [v.4]. Quid occurrit? Florent illi qui regnant inique; et ut sermonem loquamur vulgi, tonant iniqui, extolluntur in typhos, in calumnias. Quid ergo? semper hoc? Non. Audi quod sequitur: *Dominus iustus concidet cervices peccatorum.* Intendat Charitas vestra. *Dominus,* inquit, *iustus concidet cervices peccatorum.* Quis non contremiscat? Quis enim non peccavit? *Dominus iustus concidet cervices peccatorum.* Omnibus qui audiunt, intrat tremor in cor, si credunt Scripturae Dei. Si enim sibi sine causa tundunt homines pectora, mentiuntur quia tundunt pectora, si iusti sunt; et in eo quod mentiuntur Deo, fiunt peccatores. Si ergo veraciter sibi tundunt pectora, peccatores sunt. Et quis nostrum non sibi tundit pectus? et quis nostrum non elidit oculos ad terram, sicut ille Publicamus, et dicit, *Domine, propitius esto mihi peccatori?* (Lc 18,13). Si ergo omnes peccatores, et nemo invenitur sine peccato;

mí, pecador? Si todos somos pecadores y nadie se halla sin pecado, todos han de temer que caiga la espada sobre las cervices, porque *el Señor, justo, quebrantará las cervices de los pecadores.* No creo, hermanos míos, que habla de *todos* los pecadores, sino que, por el miembro que hiere, designa a qué pecadores ha de herir. Pues no dijo: "El Señor, justo, quebrantará las manos de los pecadores"; o: "El Señor, justo, quebrantará los pies de los pecadores", sino que, como quería se entendiese los pecadores *soberbios,* y todos los soberbios son de dura cerviz, pues no sólo hacen el mal, sino que no quieren reconocerlo; y, cuando se les acusa, se justifican, ya que, si se les dice: "He aquí que hiciste esto"; reconoce a lo menos lo hecho; Dios odia al pecador; ódiale tú, únete a Dios y con El venga tu pecado", dice: "No; yo obré bien; Dios obró mal." ¿Qué es esto? "Yo no obré mal —afirma—, porque lo hizo Saturno, lo hizo Marte, lo hizo Venus; yo no hice nada; las estrellas lo hicieron." De este modo te justificas y acusas a Dios, que hizo las estrellas y ornamentó el cielo. Así, pues, como justificas tu pecado y te levantas contra Dios, puesto que te haces inocente, y a Dios culpable, y levantaste tanto tu cerviz, y saliste al encuentro oponiéndote a Dios, como se escribió en el libro de Job, ya que, hablando del impío, decía: *Corrió contra Dios armado con el escudo de su erguida cerviz,* y aquí nombró la cerviz porque te engríes así y no clavas tus ojos en la tierra y golpeas tu pecho y dices: *Señor, seme propicio a mí, pecador,* sino que te jactas de tus méritos y quieres, dice Dios, entablar juicio conmigo, venir a juicio conmigo,

omnibus timendus est gladius in cervices, quia *Dominus iustus concidet cervices peccatorum.* Non puto, fratres mei, quia omnium peccatorum; sed in membro quod percutit, ibi designat quos peccatores percutiat. Non enim dixit, Dominus iustus concidet manus peccatorum; aut, Dominus iustus concidet pedes peccatorum, non dixit: sed quia peccatores superbos volebat intelligi, superbi autem omnes cervicati sunt, qui non solum faciunt mala, sed nec agnoscere volunt, et quando obiurgantur, iustificant se (Ecce fecisti; saltem agnosce quid feceris: odit Deus peccatorem, oderis et tu; coniungere Deo, simul persequímini peccatum tuum. Non, inquit: ego bene feci, Deus male fecit. Quid hoc est? Ego nihil mali feci, inquit: quia Saturnus fecit, quia Mars fecit, quia Venus fecit; ego nihil feci, stellae fecerunt. Iustificas te, accusas Deum qui fecit stellas, qui ornavit caelum): itaque quoniam iustificas peccatum tuum, et superbis adversus Deum, quia te facis extra culpam, et Deum in culpa, et tantum erexisti cervicem tuam, et cucurristi contra Deum, sicut scriptum est in Iob (dicebat de impio peccatore), *Currens adversus Deum in crassa cervice scuti sui* (Iob 15,26); et ibi cervicem nominavit; quia sic te erigis, et non elidis oculos ad terram, et tundis pectus, et dicis, *Domine, propitius esto mihi peccatori;* sed iactas te de meritis tuis, et vis mecum, inquit Deus, iudicio contendere (Ier 2,29), intrare mecum ad iudicium; cum debeas in reatu tuo satisfacere Deo, et cla-

siendo así que debes satisfacer a Dios por tu culpa y clamarle conforme se clama en otro salmo: *Si atendieses, Señor, a las iniquidades, Señor, ¿quién se sostendría?*; clamarle según se clama también en otro salmo: *Yo dije: "Señor, compadécete de mí, sana mi alma, porque pequé contra ti"*; como no quieres decir esto, sino que justificas tus obras contra la palabra de Dios, vendrá sobre ti lo que, prosiguiendo, dice la Escritura. *El Señor, justo, quebrantará las cervices de los pecadores.*

10 [v.5]. *Sean confundidos y apartados todos los que odiaron a Sión.* Los que odiaron a Sión odiaron a la Iglesia, pues Sión es la Iglesia. Y los que fingidamente entran en la Iglesia, odian la Iglesia. Los que no quieren cumplir la palabra de Dios, odian la Iglesia. *Edificaron sobre mis espaldas.* ¿Qué ha de hacer la Iglesia? Soportar hasta el fin.

11 [v.6-7]. Pero ¿qué dice de ellos? A continuación lo indica: *Háganse como hierba de tejados, que se secó antes de arrancarse.* La hierba de los tejados es la que nace en los tejados, en la cubierta de las azoteas. Parece crecida, pero no tiene raíz. ¡Cuánto mejor le hubiera sido haber nacido en lugar más bajo, y así hubiera conseguido ser más próspera. Ahora nace en lugar más alto para quedar más pronto seca. Aún no se arrancó, y ya se secó. Aún no se presentaron al juicio de Dios, y ya carecen del jugo de la frondosidad. Atended a sus obras, y ved que se secaron. Pero viven y están aquí. Todavía no fueron arrancados; se secaron, pero aún no fueron arrancados; se hicieron *como hierba de tejados, que se seca antes de que se arranque.*

mare ad illum, quod clamatur in alio psalmo, *Si iniquitates observaveris, Domine; Domine, quis sustinebit?* (Ps 129,3) clamare ad illum, quod clamatur in alio psalmo, *Ego dixi: Domine, miserere mei, sana animam meam, quia peccavi tibi* (Ps 40,5): quoniam haec non vis dicere, sed iustificas facta tua adversus sermonem Dei; venit in te quod sequitur Scriptura, et dicit, *Dominus iustus concidet cervices peccatorum.*

10 [v.5]. *Confundantur, et avertantur retrorsum, omnes qui oderunt Sion.* Qui oderunt Sion, oderunt Ecclesiam: Sion Ecclesia est. Et qui intrant in Ecclesiam ficte, oderunt Ecclesiam. Qui nolunt observare verbum Dei, oderunt Ecclesiam: *Super dorsum meum fabricaverunt.* Quid factura est Ecclesia, nisi portatura usque in finem?

11 [v.6-7]. Sed quid de illis dicit? Sequitur, *Fiant sicut fenum tectorum, quod prius quam evellatur aruit.* Fenum tectorum herba est quae nascitur in tectis, in solario integulato. In alto videtur, et radicem non habet. Quanto melius humilius nasceretur, et laetius viresceret! Modo nascitur altius ad celeriorem ariditatem. Nondum evulsum est, et aruit: nondum finiti sunt in iudicio Dei, et iam non habent succum viriditatis. Attendite opera ipsorum, et videte quia aruerunt. Sed vivunt, et hic sunt: nondum ergo avulsi sunt: Aruerunt, sed nondum avulsi sunt: facti sunt *sicut fenum tectorum, quod prius quam evellatur aruit.*

12. Vendrán los segadores, pero no harán gavillas de ellos. Han de venir los segadores, y, recogiendo el trigo y echándole al granero, atarán la cizaña y la arrojarán al fuego. Así ha de ser purificado el heno del tejado, puesto que todo lo que de allí se arranque será arrojado al fuego, porque se secó antes de arrancarse. El segador no llenará allí las manos, pues prosigue el salmo y dice: *No llenará su mano el segador, ni su regazo el que recoge las gavillas.* El Señor dice que los segadores son los ángeles.

13 [v.8]. *Y los viandantes no dijeron: "La bendición del Señor sobre vosotros; os bendijimos en nombre del Señor."* Sabéis, hermanos, que, cuando se pasa por delante de los que trabajan en el campo, es costumbre decir: *La bendición del Señor sea con vosotros.* Esta costumbre existía antes especialmente en la nación judía. Nadie pasaba sin que, al ver a algunos que trabajaban en el campo, o en la viña, o en la siega, o en algo parecido, no dijese estas palabras, pues no se permitía pasar sin saludar de esta manera. Unos son los que recogen las gavillas, otros son los caminantes. Los que recogen las gavillas no llenan sus manos de ellas, porque no se recoge para el granero la hierba del tejado. ¿Quiénes son los que recogen las gavillas? Los segadores. ¿Quiénes son los segadores? El Señor dijo: *Los segadores son los ángeles.* ¿Quiénes son los transeúntes? Los que ya pasaron por este camino, es decir, por esta vida, de aquí a la patria. Transeúntes eran los apóstoles en esta vida; los profetas eran transeúntes. ¿A quiénes bendiieron los apóstoles y los profetas? A aquellos en quienes observaron la raíz de la caridad. A los

12. Et venient messores, sed non de illis implent manipulos. Venturi sunt enim messores, et collecturi sunt triticum in horreum, et zizania alligabunt, et mittent in ignem. Sic et fenum tectorum expurgatur, et quidquid inde evellitur, in ignem mittitur; quia et priusquam evelleretur aruit. Non inde implet messor manus. Sequitur enim et dicit: *Non replevit manum suam messor, et sinum suum qui manipulos colligit. Messores autem Angeli sunt* (Mt 13,39), Dominus dicit.

13 [v.8]. *Et non dixerunt transeuntes viam, Benedictio Domini super vos; benediximus vos in nomine Domini.* Nostis enim, fratres, quando transitur per operantes, est consuetudo ut dicatur illis, *Benedictio Domini super vos.* Et magis ista consuetudo erat in gente Iudaeorum. Nemo transibat et videbat aliquos facere aliquod opus in agro, vel in vinea, vel in messe, vel aliquid huiusmodi; non licebat transire sine benedictione. Alii sunt qui manipulos colligunt, alii sunt transeuntes viam. Qui manipulos colligunt, non de illis replent manus; quia non colligitur ad horreum fenum tectorum. Qui sunt qui manipulos colligunt? Messores. Qui sunt messores? Dominus dixit: *Messores autem Angeli sunt.* Qui sunt transeuntes? Illi qui iam per viam istam, id est, per vitam istam transierunt hinc ad patriam: Apostoli transeuntes erant in ista vita, Prophetae transeuntes erant. Quos benedixerunt Prophetae et Apostoli? Illos in quibus radicem charitatis viderunt. Quos autem invenerunt in tectis eminere et superbire *in cervice scuti sui,* dixerunt

que vieron en los tejados sobresalir y ensoberbecerse, *escudados en su erguida cerviz,* les dijeron lo que más tarde serían, mas no los bendijeron. Luego todos estos malos que soporta la Iglesia, y que leéis en la Escritura hallarse designados por malditos, pertenecen al anticristo, pertenecen al diablo, pertenecen a la cizaña, pertenecen a la paja. Otras muchísimas cosas se dicen de ellos por semejanza, *porque no todo el que me dice: "Señor, Señor", entrará en el reino de los cielos.* No hallarás un testimonio en la Escritura que hable bien de ellos, puesto que los transeúntes no los bendijeron. Los profetas que pasaron pronosticaron sobre ellos infinidad de males. Aquí tenéis a este que nos acompaña; a David, que atravesó por el camino. Ya oísteis lo que dijo de ellos: *El Señor, justo, quebrantará las cervices de los pecadores. Sean confundidos y echados atrás todos los que odiaron a Sión. Háganse como hierba de tejados, que se secó antes de ser arrancada. No llenó su mano el segador, ni su seno el que recoge las gavillas.* Estas cosas dijo de ellos. Este, al pasar, no los bendijo, y se cumplió por él lo que profetizó: *Y los transeúntes no dijeron: "Os bendijimos en nombre del Señor."* Los que pasan, ya sean profetas, patriarcas, apóstoles o cualquiera otra persona, si vivimos bien, hermanos, nos bendicen *en nombre del Señor.* "¿Cuándo—me dices—bendijo Pablo? ¿Cuándo Pedro?" Atiende a la Escritura, ve si vives bien; si así es, ve allí que fuiste bendecido. Pues bendijeron a todos los que viven bien. ¿Y cómo? *En nombre del Señor,* no en su nombre, como los herejes. Los que dicen: "Es santo lo que nosotros damos", quieren ben-

pues, sobre lo que no podían comprender, se ensoberbecieron, y se cumplió en ellos lo que se dice en el salmo. *Si no sentí humildemente, sino que engreí mi alma, como niño destetado y apartado del regazo de su madre, así se dé galardón a mi alma.* La madre es la Iglesia de Dios, de la cual se separaron; en ella debían haberse amamantado y nutrido para que creciesen a fin de alimentarse del Verbo, Dios en Dios; en la forma de Dios, igual al Padre.

12. Quienes trataron estas cosas antes que yo tuvieron otro parecer, y dieron a estas palabras del salmo otro sentido, el cual no he de ocultar a vuestra caridad. Dijeron que todo soberbio desagrada a Dios y que el alma humana debe humillarse para no desagradar a Dios y considerar con toda la capacidad de su mente lo que se dijo: *Cuanto más grande eres, tanto más has de humillarte en todas las cosas, y encontrarás gracia delante de Dios.* Pero hay ciertos hombres que, al oír que deben ser humildes, se abandonan y no quieren aprender nada, pensando que, si apendren algo, serán soberbios, y se quedan en niños de leche. La Escritura reprende a éstos, diciendo: *Habéis necesitado leche de nuevo, no manjar sólido.* Dios quiere alimentarnos con leche; pero de tal modo, que no permanezcamos en ella, sino que, creciendo por ella, lleguemos al manjar sólido. Luego no debe el hombre encauzar su corazón hacia la soberbia, sino elevarlo hacia la enseñanza de la palabra de Dios. Si no debiera ser elevada el alma, no se diría en otro pasaje del salmo: *A ti, Señor, elevé mi alma.* Y, si el alma no se levanta sobre sí misma, no llegará a la visión de Dios, al cono-

Deus et Spiritus sanctus Deus inaequales sunt, et non sunt eiusdem substantiae; non est unus Deus, sed tres dii. Disputantes ergo quod capere non poterant, elati sunt in superbiam; et factum est in eis quod dicitur in isto psalmo, *Si non humiliter sentiebam, sed exaltavi animam meam; quemadmodum qui ablatus est a lacte super matrem suam, sic retributio in animam meam.* Mater enim Ecclesia Dei est, unde illi separati sunt: ibi lactari et nutriri debebant, ut crescerent ad capiendum Verbum Deum apud Deum, in forma Dei aequalem Patri.

12. Visa est hic quidem ab his qui ante nos ista tractarunt, et alia sententia, et alius intellectus in his verbis, quem non tacebo Charitati vestrae. Hoc enim dixerunt: Omnis superbus displicet Deo, et debet se humana anima humiliare, ne Deo displiceat, et toto corde intueri quod dictum est, *Quanto magnus es, tanto humilia te in omnibus, et coram Deo invenies gratiam* (Eccli 3,20). Sed rursus sunt quidam homines, qui cum audierint quia humiles esse debent, dimittunt se, nihil volunt discere, putantes quia si aliquid didicerint superbi erunt; et remanent in solo lacte. Quos reprehendit Scriptura, dicens: *Et facti estis opus habentes lacte, non solido cibo* (Hebr 5,12). Sic enim nos Deus vult nutriri lacte, ut non ibi remaneamus; sed crescendo per lac, ad solidum cibum perveniamus. Ergo non debet homo extollere cor suum in superbiam, sed debet levare in doctrinam verbi Dei. Nam si levanda anima non esset,

cimiento de aquella sustancia inmutable. Ahora, cuando se halla en la carne, se le dice: *¿En dónde está tu Dios?* Dentro está su Dios; espiritualmente está dentro, espiritualmente es excelso; no como con intervalos de espacio, como por distancias locales más altas. Si hubieran de buscarse estas alturas, las aves nos vencerían volando hacia Dios. Luego Dios, dentro y espiritualmente, está alto; y no llegará el alma a tocarle si no se rebasa a sí misma. Porque todo lo que corporalmente sientas de Dios es un gran error. Todavía eres un niño si sientes de Dios también algo parecido al alma humana, es decir, que Dios o se olvida o que de tal modo es sabio, que llega a ser necio; o que hace algo y se arrepiente de ello, puesto que todo esto se consignó en la Escritura para que los lactantes conociesen a Dios; por tanto, no oigamos estas cosas de Dios como si propiamente le perteneciesen; y, por lo mismo, entendamos que Dios se arrepiente, y que aprende lo que ignoraba, y entiende lo que no entendía, y recuerda lo que se le había olvidado. Tales cosas pertenecen al alma, no a Dios. Luego si no traspasase la condición de su alma, no verá que Dios es lo que es, pues El dijo: *Yo soy el que soy.* Por esto, ¿qué dijo aquel a quien se decía: *En dónde está tu Dios? Mis lágrimas son mi pan día y noche al decírseme todo los días: "¿En dónde está tu Dios?"* ¿Qué hizo para encontrar a su Dios? *Medité estas cosas*—dice—*y derramé mi alma sobre mí.* Para encontrar a su Dios derramó su alma sobre sí. Luego no se te dice: "Sé humilde para que no conozcas. Sé humilde por causa de la soberbia y sé excelso atendiendo a la sabiduría." Oye una clara sentencia sobre esta materia: *No seáis*

non diceretur in alia voce psalmi: *Ad te, Domine, levavi animam meam* (Ps 24,1). Et nisi se ipsa anima super se effundat, non pervenit ad visionem Dei, et ad cognitionem substantiae illius incommutabilis. Nam modo cum adhuc in carne est, dicitur ei: *Ubi est Deus tuus?* Sed intus est Deus eius, et spiritualiter intus est, et spiritualiter excelsus est; non quasi intervallis locorum, quomodo per intervalla loca altiora sunt. Nam si talis altitudo quaerenda est, vincunt nos aves ad Deum. Ergo intus Deus altus est, et spiritualiter altus; nec pervenit anima ut contingat eum, nisi transierit se. Nam quidquid de Deo sentis secundum corpus, multum erras. Multum infans es, si sentis de Deo etiam secundum animam humanam, quod Deus aut obliviscatur, aut ita sapiat ut desipiat, aut faciat aliquid et poeniteat eum: omnia enim ista posita sunt in Scripturis, ut nobis lactentibus commendaretur Deus; non ut proprie de illo sic audiamus ista, et intelligamus quasi poeniteat Deum, et modo discat aliquid quod non noverat, et intelligat quod non intelligebat, et reminiscatur quod oblitus erat. Talia enim animae sunt, non Dei. Nisi ergo transierit et modum animae suae, non videbit quia Deus est quod est; qui dixit, *Ego sum qui sum* (Ex 3,14). Itaque ille cui dicebatur, *Ubi est Deus tuus,* quid dixit? *Factae sunt mihi lacrymae meae panis die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, Ubi est Deus tuus?* Ut autem inveniret Deum suum, quid egit? *Haec meditatus sum,* inquit, *et effudi super me*

niños en el conocimiento; sed niños en la malicia para que seáis perfectos en la mente. Con claridad se explicó, hermanos míos, en qué quiso Dios que fuésemos humildes y en qué excelsos: humildes para evitar la soberbia, excelsos para conseguir la sabiduría. Amamántate para nutrirte; nútrete para crecer; crece para que comas pan. Pues, cuando comiences a comer pan, serás destetado, es dicir, ya no te será necesaria la leche, sino el alimento sólido. Esto parece que consignó al decir: *Si no sentí humildemente, sino que engreí mi alma,* es decir, si no fui niño en el conocimiento, sino en la malicia. Dando a entender esto último, dijo lo anterior: *Señor, no se engrió mi corazón, ni fueron altaneros mis ojos, ni caminé en grandeza, ni en cosas más admirables que yo:* he aquí cómo fui niño en la malicia. Pero como veis también que no fui niño en el conocimiento, *pues no sentí humildemente, sino que engreí mi alma,* se me dé lo que se da al niño que es apartado del pecho de la madre, puesto que ya soy capaz de comer pan.

13. Luego, hermanos, esta sentencia no me desagrada, porque no va contra la fe. Sin embargo, me inquieta, porque no se dijo únicamente; "Como el niño que fue apartado de la leche, así se dé el galardón a mi alma", sino que se consignó: *Como el niño que fue apartado de la leche estando en el regazo de su madre, así se dé el galardón a mi alma.* En esto no sé por qué se me ocurre ver que fue maldecido. Pues aquí es destetado no el niñito, sino el ya mayorcito, pues el débil, que se halla en la *primera* infancia, la cual es la verdadera infancia, se encuentra sobre los

animam meam (Ps 41,4.5). Ut inveniret Deum, effudit super se animam suam. Non ergo sic tibi dicitur, Humilis esto, ut non sapias. Humilis esto, propter superbiam; altus esto, propter sapientiam. Audi evidentem sententiam de hac re: *Nolite pueri effici mentibus; sed malitia infantes estote, ut mentibus perfecti sitis* (1 Cor 14,20). Certe explicatum est, fratres mei, ubi nos Deus voluit esse humiles, ubi altos: humiles, propter cavendam superbiam; altos, propter capiendam sapientiam. Lactare, ut nutriaris; sic nutrire, ut crescas; sic cresce, ut panem manduces. Cum enim coeperis panem manducare, ablactaberis, id est, iam tibi non opus erit lac, sed solidus cibus. Et hoc videtur dixisse: *Si non humiliter sentiebam, sed exaltavi animam meam;* id est, si non mente, sed malitia parvulus fui. Quod significans, dixit superiora verba: *Domine, non est exaltatum cor meum, neque in altum elati sunt oculi mei; neque ingressus sum in magnis, neque in mirabilibus super me.* Ecce quia malitia parvulus fui. Sed quia sensu non fui parvulus; *Si non humiliter sentiebam, sed exaltavi animam meam;* retribuatur mihi quod retribuitur parvulo qui ablactatur a matre, ut iam panem sim idoneus manducare.

13. Et haec ergo, fratres, sententia non displicet, quia non est contra fidem. Movet me tamen, quia non tantum dictum est, *Quemadmodum qui ablatus est a lacte, sic retributio in animam meam;* sed additum est, *Quemadmodum qui ablatus est a lacte super matrem suam, sic retributio in animam meam.* Hic mihi nescio quid tale occurrit, ut videam quia

brazos de su madre, y, si se le apartase de la leche, moriría. Luego no en vano se añadió: *y del regazo de su madre.* Todos pueden ser destetados habiendo crecido. Al que crece y es destetado en estas circunstancias, le va bien; por el contrario, al que todavía se halla en el regazo de su madre y lo es, le es pernicioso. Luego, hermanos, ha de evitarse que alguno sea destetado antes de tiempo. A todo niño mayorcito se le aparta de la leche, pero no se separe de la leche a nadie que todavía se halla sobre el regazo de su madre. Cuando se lleva en los brazos de la madre al que fue llevado en el vientre, y se llevó en el vientre para que naciese, y se le lleva en los brazos para que crezca, necesita de leche, pues aún está sobre el regazo de su madre. Luego no engría su alma cuando es incapaz de tomar alimento sólido, sino más bien cumpla el precepto de la humildad. Tiene en qué ejercitarse; crea en Cristo para que pueda comprender a Cristo. No puede ver al Verbo, no puede comprender la igualdad del Verbo y del Padre; la igualdad del Espíritu Santo, y del Padre, y del Verbo; créalo y mame. Esté seguro que, cuando creciere, comerá, lo que no podrá hacer antes que crezca mamando. También tiene adónde dirigirse: *No busques cosas más excelsas, más altas que tú, ni escudriñes cosas de más consistencia que tú;* es decir, no te dirijas a comprender lo que eres todavía incapaz. ¿Y qué haré?—dices—. ¿Permaneceré así? *Piensa siempre en las cosas que el Señor te mandó.* ¿Qué te mandó el Señor? Haz obras de misericordia; no quebrantes la paz de la Iglesia; no pongas la esperanza en

maledictum est. Ablactatur enim non infans, sed iam grandiusculus: qui autem infirmus est prima infantia, quae vera infantia est, super matrem est; si forte fuerit a lacte ablatus, exstinguitur. Non frustra ergo additum est, *super matrem suam.* Ablactari enim omnes possunt crescendo. Qui crescit, et sic ablactatur bonum est illi; qui autem adhuc super matrem suam est, perniciosum. Ergo cavendum, fratres, et timendum est ne quis ante tempus ablactetur. Nam omnis grandis puer separatur a lacte. Sed ne quis tunc a lacte separetur, quando adhuc super matrem suam est. Cum autem portatur manibus matris, qui portatus est utero (portatus est enim utero, ut nasceretur; portatur manibus, ut crescat), lacte opus habet; adhuc super matrem suam est. Non ergo velit tunc exaltare animam suam, cum forte minus idoneus est ad capiendum cibum, sed impleat praecepta humilitatis. Habet ubi se exerceat: credat in Christum, ut possit intelligere Christum. Videre Verbum non potest, capere non potest aequalitatem Verbi cum Patre, aequalitatem Spiritus sancti cum Patre et Verbo nondum potest videre; credat hoc, et sugat. Securus est, quia cum creverit, manducabit, quod non poterat antequam sugendo cresceret: et habet ubi se extendat. *Altiora te ne quaesieris, et fortiora te ne scrutatus fueris;* id est, ad quae capienda minus idoneus es. Et quid facio, inquis? sic remanebo? *Sed quae praecepit tibi Dominus, illa cogita semper* (Eccli 3,22). Quae tibi praecepit Dominus? Fac misericordiam, pacem Ecclesiae noli dimittere, in homine spem noli ponere, desiderando mi-

el hombre; no tientes a Dios deseando milagros. Si en ti ya hay fruto, conoces que con los buenos soportas la cizaña hasta la siega, puesto que puedes temporalmente estar con los malos, pero no eternamente. La paja se halla aquí temporalmente mezclada contigo en la era, pero no estará contigo en la troje. Estas son *las cosas que te manda el Señor; piensa siempre en ellas.* No te separes de la leche mientras estés en el regazo de tu madre, no sea que mueras antes de que seas capaz de comer el pan. Crece, y tendrás fuerzas vigorosas, y comprenderás lo que no podías comprender, y tomarás lo que no tomabas.

14. "Pero ¿qué? Cuando viere lo que no podía ver y cuando tomare lo que no podía tomar, ¿ya estaré seguro? ¿Ya seré perfecto?" No. Mientras vives no te acontecerá esto. Nuestra perfección es la humildad. Ahora oísteis cómo concluyó la lectura apostólica, si se grabó en vuestra memoria; ahora oísteis cómo el Apóstol, por la misma sublimidad de las revelaciones, porque podía envanecerse a no ser que recibiera el ángel de satanás, recibió la bofetada para que no se envaneciese en las revelaciones; ¡cuántas cosas se le revelaban! Y, sin embargo, a quien se le revelaban tantas y tan grandes cosas, ¿qué dice? *Hermanos, yo no pienso que ya haya conseguido (la perfección).* Pablo, el que recibió el abofeteante ángel de satanás para que no se envaneciese con la sublimidad de sus revelaciones, dice: *Hermanos, yo no pienso que ya la haya conseguido.* ¿Quién se atreverá a decir que la consiguió? He aquí a Pablo, que no la consiguió, pues dice: *Yo*

racula noli tentare Deum. Si iam est in te fructus, cognoscis, quia cum bonis toleras zizania usque ad messem (Mt 13,30); quia cum malis ad tempus potes esse, non in aeternum. Palea hic tibi mixta est in hoc tempore in area; in horreo tecum non erit. Haec *quae tibi praecepit Dominus, illa cogita semper.* A lacte non separaberis quoadusque super matrem tuam es; ne prius fame moriaris, antequam panem manducare sis idoneus. Cresce; erunt validae vires tuae, et videbis quod non poteras, et capies quod non capiebas.

14. Quid ergo? cum videro quae non poteram videre, et cepero quae non poteram capere, iam securus ero? perfectus ero? Non, quamdiu hic vivis. Ipsa est perfectio nostra, humilitas. Audistis quo conclusit modo apostolica lectio, si haesit in memoria vestra; quomodo ille qui accepit colaphum ne extolleretur in revelationibus (quanta ei revelabantur!) propter ipsam magnitudinem revelationum, quia poterat extolli, nisi acciperet angelum satanae: et tamen cui tanta revelabantur, quid ait? *Fratres, ego meipsum non arbitror apprehendisse.* Paulus dicit, *Fratres, ego meipsum non arbitror apprehendisse;* qui ad hoc accepit colaphizantem angelum satanae, ne extolleretur in magnitudine revelationum suarum. Qui audet dicere quia comprehendit? Ecce Paulus non apprehendit, et dicit, *Non me arbitror apprehendisse.* Et quid ais, o Paule? *Adhuc curro,* inquit, *ut apprenhendam.* Adhuc Paulus in via est, et tu te putas

no pienso que ya la conseguí ¿Y qué añades, oh Pablo? *Todavía corro para alcanzarla.* Pablo todavía se halla en el camino, ¿y tú te crees ya en la patria? *Una cosa hago*—dice—, *olvidarme de lo de atrás.* Haz también tú esto y olvida tu mala vida pasada. Si la vanidad te deleitó en algún tiempo, ya no te deleite. *Olvidándome de lo de atrás*—dice—*me extendí a lo de adelante; y con la intención sigo corriendo hacia la corona de la suprema vocación de Dios, que se halla en Cristo Jesús.* Oigo la voz de Dios arriba y corro para conseguirla. No permitió que me quedara en el camino, porque no dejó de hablarme. Hermanos, Dios no cesa de hablarnos. Si cesase, ¿qué haríamos? ¿Qué hacen los cánticos y lecciones divinas? Olvidaos de las cosas de atrás y extendeos a las de adelante. Mamad la leche para que crezcáis en vistas al sólido alimento. Cuando lleguéis a la patria, os gozaréis. Ved ahora al Apóstol cómo sigue corriendo hacia la corona de la suprema vocación. Dice, pues: *Cuantos somos perfectos, sintamos esto.* No hablo, dice, a los imperfectos; a éstos todavía no puedo hablarles sabiduría. Quienes aún toman leche no son alimentados con comida sólida; hablo a los que ya comen alimento sólido. Ya parece que son perfectos, porque comprenden la igualdad del Verbo con el Padre, pero aún no ven como ha de verse cara a cara; aún ven en parte y en enigma. Luego corran, porque al terminarse el camino llegaremos a la patria; corran y se extiendan. *Cuantos seamos perfectos, sintamos esto; y, si algo sentís de otra manera, también eso os lo revelará Dios.* Si quizás yerras en

in patria? *Unum autem,* inquit, *quae retro sunt oblitus.* Hoc fac et tu, et vitam praeteritam malam obliviscere. Si te delectavit aliquando vanitas, non te delectet. *Quae retro oblitus,* inquit, *in ea quae ante sunt extentus, secundum intentionem sequor ad palmam supernae vocationis Dei in Christo Iesu.* Audio vocem Dei desuper, et curro ut apprehendam. Non enim dimisit me in via remanere, quia non cessat alloqui me. Ergo, fratres, non cessat Deus alloqui nos. Nam si cessat, quid est quod agimus? quid est quod agunt lectiones divinae et cantica divina? Obliviscimini ergo quae retro sunt, et in ea quae ante sunt vos extendite. Sic sugite lac, ut crescatis ad cibum. Cum ergo veneritis in patriam, gaudebitis. Et adhuc attendite Apostolum sequi ad palmam supernae vocationis. Dicit enim: *Quotquod ergo perfecti, hoc sapiamus.* Non loquor, inquit, imperfectis, quibus adhuc non possum loqui sapientiam, quid adhuc lacte potantur, non solido cibo pascuntur; sed illis dico, qui iam manducant solidum cibum. Iam videntur esse perfecti, quia intelligunt aequalitatem Verbi cum Patre: adhuc non sic vident, quomodo videndum est, facie ad faciem; adhuc ex parte, in aenigmate (1 Cor 13,12). Currant ergo, quia cum via finita fuerit, tunc redimus ad patriam: currant, extendant se. *Quotquot ergo perfecti, hoc sapiamus; et si quid aliter sapitis, hoc quoque vobis Deus revelabit* (Phil 3,12-15). Si forte erras in aliquo, quare non redis ad lac matris? Quia si non extollimini, quia si non

algo, ¿por qué no vuelves a la leche de la madre? Si no os envanecéis, si no engreís vuestro corazón, si no os entregáis a cosas más admirables que vosotros, sino que guardáis la humildad, Dios os revelará lo que sentís de otro modo. Pero, si queréis defender lo que sentís de otra manera y pertinazmente sostenerlo e ir contra la paz de la Iglesia, se convertirá en maldición para vosotros lo que dijo: estando sobre el regazo de la madre, os separaréis lejos de la leche, y, lejos de las entrañas de la madre, moriréis de hambre. Por el contrario, si perseveráis en la paz católica y quizás alguno siente algo de otro modo del que conviene se sienta, Dios os lo revelará a vosotros siendo humildes. ¿Por qué? Porque Dios resiste a los soberbios, pero da gracia a los humildes.

15 [v.3]. Por tanto, este salmo concluye con esto: *Espere Israel en el Señor desde ahora y hasta el siglo.* Lo que se escribió en griego: *Apo tu nin kai eos tu aionos,* se tradujo al latín por *ex hoc nunc et usque in saeculum;* desde ahora y hasta el siglo. Pero no siempre la palabra *saeculi,* siglo, significa este siglo o mundo, pues algunas veces significa *eternidad;* porque *aeternum,* eterno, también se entiende de dos modos: o por siempre, es decir, para siempre y sin fin, o hasta que lleguemos a la eternidad. Luego aquí, ¿de qué modo ha de entenderse? Hasta que lleguemos *a la eternidad,* esperemos en el Señor Dios, porque, cuando hayamos llegado allá, ya no habrá esperanza, sino realidad; es decir, lo que se espera.

exaltatis cor vestrum, quia si non ingredimini in mirabilibus super vos, sed servatis humilitatem, revelabit vobis Deus quod aliter sapitis. Si autem hoc ipsum quod aliter sapitis, defendere vultis, et pertinaciter astruere, et contra pacem Ecclesiae; fit vobis maledictum hoc quod dixit: super matrem cum estis et foris a lacte separamini, foris a visceribus matris fame moriemini. Si autem perseveratis in pace catholica, si quid forte aliter sapitis quam oportet sapere, Deus vobis revelabit humilibus. Quare? Quia Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam (Iac 4,6; et 1 Petr 5,5).

15 [v.3]. Ideo ad hoc conclusit hic psalmus: *Speret Israel in Dominum, ex hoc nunc et usque in saeculum.* Quod enim scriptum est graece, ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος, hoc expositum est, *ex hoc nunc et usque in saeculum.* Sed non semper saeculi nomen hoc saeculum significat, sed aliquando aeternitatem; quia aeternum duobus modis intelligitur; usque in aeternum, id est, aut semper sine fine, aut quousque veniamus ad aeternitatem. Hic ergo quomodo intelligendum est? Quousque veniamus ad aeternitatem, speremus in Dominum Deum; quia cum venerimus ad aeternitatem, iam spes non erit, sed ipsa res erit.

SALMO 131

[Canto para la dedicación del templo de Salomón]

SERMÓN AL PUEBLO

1 [v.1-2]. Era razonable, carísimos, que oyésemos más bien a nuestro hermano, mi colega, que se halla presente entre nosotros. No obstante, no se negó, sino que lo difirió, y os lo digo para que conmigo os acordéis de la promesa. No parezca disparatado a vuestra caridad que obedeciese yo primero al que me mandaba, pues ahora me obligó a ser mi oyente con el compromiso de serlo yo también de él, porque en la misma caridad todos somos oyentes de Aquel que es para nosotros el único Maestro, que está en el cielo. Luego atended al salmo, que, como sabéis, debo tratar según el orden. Lleva por título *Cántico de grado,* pero es algo más largo que los otros consignados con el mismo título. No me detendré sino en donde la necesidad me obligue para que pueda exponerlo íntegramente, si Dios me lo permite. Vosotros no debéis oír todas las cosas como ignorantes; por tanto, debéis de ayudarme en algo, teniendo en cuenta las pasadas audiciones, para que no sea necesario que diga todas las cosas como nuevas. Sin embargo, nosotros debemos ser nuevos, porque la vejez no debe apoderarse de nosotros, sino que debemos crecer y aprovechar. De este aprovechamiento dice el Apóstol: *Si bien el hombre exterior nuestro se corrompe, con todo, el interior se renueva*

PSALMUS 131

SERMO AD PLEBEM

1 [v.1.2]. Iustum quidem erat, charissimi, ut fratrem potius audiremus collegam meum, praesentem omnibus nobis. Et modo non negavit, sed distulit: et ideo hoc indico Charitati vestrae, ut mecum promissum teneatis. Non fuit autem absurdum Charitati vestrae, ut prior obtemperarem iubenti: extorsit enim mihi ut esset modo auditor meus, eo sane pacto ut et ego sim ipsius, quia in ipsa charitate omnes eius auditores sumus, qui unus nobis in caelo Magister est (Mt 23,10). Ergo animum intendite ad Psalmum, quem in ordine, sicut nostis, tractandum habemus. Est etiam ipse praenotatuus, *Canticum graduum;* et aliquanto caeteris sub eodem titulo prolixior. Non ergo immoremur, nisi ubi necessitas coegerit; ut totum, si Dominus permiserit, explicare possimus. Quia et vos non tanquam rudes omnia debetis audire; aliquid et de praeteritis auditionibus adiuvare nos debetis, ne omnia tanquam nova a nobis dici necesse sit. Et novi quidem esse debemus, quia vetustas nobis obrepere non debet; sed etiam crescendum et proficiendum est. De ipso quippe profectu ait Apostolus: *Etsi exterior homo noster corrumpitur, sed interior renovatur*

de día en día: No progresemos de tal modo que de nuevos nos hagamos viejos, sino crezca la misma cosa nueva.

2. *Señor, acuérdate de David y de toda su mansedumbre. Como juró al Señor, hizo voto al Dios de Jacob.* David, según la realidad, fue un hombre rey de Israel e hijo de Jesé; también fue manso, conforme lo indica y lo consigna la divina Escritura; y tan manso, que no devolvió mal por mal a su perseguidor Saúl, pues observó para con él tanta humildad, que le confesaba rey y él se tenía por perro; y, siendo delante de Dios más estimado, no respondía al rey con insolencia y soberbia, sino más bien procuraba agradarle con la humildad y sumisión que excitarle con la soberbia. Además le fue entregado Saúl a su arbitrio, y esto por el Señor Dios, para que hiciese de él cuanto le viniese en gana; pero como no le *mandó* que le matase, sino únicamente que se le entregó a su voluntad, y es lícito al hombre usar de su potestad, por esto más bien se inclinó a la blandura que a la concesión hecha por Dios. Luego si hubiera querido matarle, no tendría enemigo; pero entonces, ¿cómo diría: "Perdóname mis deudas como yo perdono a mis deudores"? Saúl entró en una cueva en donde se hallaba David, sin saber que David se encontraba allí. Entró a satisfacer la necesidad corporal; entonces se acerca David pausada y lentamente por la espalda y le cortó un pedazo del manto, que más tarde le mostraría para que supiese que le había tenido en sus manos, y que, por tanto, no le quiso matar, sino que voluntariamente, no por no haber podido, le había perdonado. Quizás ahora recordó esta mansedumbre al decir: *Acuér-*

de die in diem (2 Cor 4,16). Non sic proficiamus ut ex novis veteres efficiamur, sed ipsa novitas crescat.

2. *Memento, Domine, David, et omnis mansuetudinis eius. Sicut iuravit Domino; votum vovit Deo Iacob.* David secundum fidem rerum gestarum unus homo erat, rex Israel, filius Iesse. Erat quidem et ipse mansuetus, sicut eum indicat atque commendat Scriptura divina, et ita mansuetus ut nec persecutori suo Saüli malum pro malo reddiderit. Servavit autem erga eum tantam humilitatem, ut illum regem fateretur, se autem canem; et non proterve nec superbe, cum esset in Deo potentior, respondebat regi; sed eum placare potius affectabat humilitate, quam concitare superbia. Etiam in potestate datus est ei Saül, et hoc a Domino Deo, ut ei faceret quidquid vellet: sed quia non praeceptum illi erat ut occideret, sed tantum in potestate datus illi erat (licet autem homini uti potestate sua); ad lenitatem potius deflexit quod ei Deus concessit. Qui si vellet occidere, careret inimico: sed quomodo diceret, Dimitte mihi debita, sicut et ego dimitto debitoribus meis (Mt 6,12). In speluncam intravit Saül ubi erat David, nesciens quod illic esset David: ad necessaria ventris ille intravit. Surrexit David sensim et lente post ipsum, praecidit illi de veste panniculum, quem illi ostenderet, ut nosset quia illum habuerat in potestate; et non necessitate, sed voluntate pepercerat, et noluit occidere (1 Reg 24,4-15). Forte ipsam mansuetudinem commen-

date, Señor, de David y de toda su mansedumbre. Esto, como dije, lo consigna la divina Escritura según la realidad de los hechos. Pero en los salmos, lo mismo que en toda profecía, no acostumbramos a atender a la letra, sino por la letra escudriñar los misterios. También recuerda vuestra caridad que solemos oír en los salmos la voz de cierto hombre que, siendo uno, tiene Cabeza y Cuerpo: la Cabeza en el cielo y el Cuerpo en la tierra, y que a donde fue la Cabeza seguirá el Cuerpo. Y no digo ya quién es la Cabeza y quiénes son el Cuerpo, puesto que hablo a instruidos.

3. Se recuerda la humildad de David, se conmemora la mansedumbre de David y se dice a Dios: *Acuérdate, Señor, de David y de toda su mansedumbre.* ¿Tocante a qué se dice: *Acuérdate, Señor, de David?* (A lo que sigue:) *Así como juró al Señor, hizo voto al Dios de Jacob.* Luego acuérdate para que cumpla lo que prometió. El mismo David juró como si estuviese en su poder (lo que juraba), y, sin embargo, ruega a Dios para que pueda cumplir lo que juró; aquí se ve la devoción del promitente y la humildad del orante. Nadie confíe que por sus propias fuerzas ha de cumplir lo que juró. El que te exhorta a hacer votos te ayuda a cumplirlos. Veamos lo que juró, y por ello entenderemos de qué modo ha de tomarse simbólicamente David. La palabra *David* significa *de mano fuerte.* Era, pues, un gran guerrero. Confiando en el Señor, su Dios, emprendió todas las guerras, derrotó a todos sus enemigos; ayudándole Dios, llevaba el gobierno de aquel imperio; con todo, prefiguraba a cierto individuo de mano fuerte que había de someter a los enemigos: el diablo y sus ángeles. La

davit modo dicens, *Memento, Domine, David, et omnis mansuetudinis eius.* Hoc secundum rerum gestarum fidem, quam Scriptura divina, ut diximus, continet. Sed solemus in Psalmis non ad litteram attendere, sicut in omni prophetia, sed per litteram scrutari mysteria. Et meminit Charitas vestra quia cuiusdam hominis vocem in omnibus Psalmis solemus audire; qui unus habet caput et corpus. Caput autem in caelo est, corpus in terra: sed quo praecessit caput, et corpus secuturum est. Et iam non dico quis caput sit, qui corpus sint; quia scientibus loquor.

3. Commendatur ergo humilitas David, commendatur mansuetudo David; et dicitur Deo, *Memento, Domine, David, et omnis mansuetudinis eius.* Ad quam rem *memento, Domine, David? Sicut iuravit Domino, votum vovit Deo Iacob.* Ergo ad hoc memento, ut impleat quod promisit. Ipse David vovit tanquam in potestate habens, et rogat Deum ut impleat quod vovit: est devotio voventis, sed est humilitas deprecantis. Nemo praesumat viribus suis se reddere quod voverit: qui te hortatur ut voveas, ipse adiuvat ut reddas. Quid ergo vovit videamus, et hinc intelligimus quemadmodum sit accipiendus in figura David. David autem interpretatur, Manu fortis. Erat enim magnus belligerator. Praesumens quidem de Domino Deo suo, confecit bella omnia, postravit omnes inimicos suos, Deo se adiuvante, quemadmodum se habebat illius imperii dispensatio; praefigurans tamen fortem manu quemdam ad debellandos

Iglesia vence a todos estos enemigos. ¿Cómo los vence? Con la mansedumbre. Con la mansedumbre venció nuestro Rey al diablo. Este se ensañaba, Aquél soportaba, y así fue vencido el que se ensañaba y venció el que soportaba. Con esta mansedumbre el Cuerpo de Cristo, que es la Iglesia, venció a los enemigos. Sea de mano fuerte y venza obrando. El Cuerpo de Cristo es templo, casa y ciudad, y el que es Cabeza del Cuerpo es morador de la casa, santificador del templo y rey de la ciudad. Como la Iglesia es todas aquellas cosas, así también Cristo es todas éstas. Luego ¿qué hemos prometido a Dios sino ser templos de Dios? Ninguna cosa podemos ofrecer a Dios más agradable que decirle lo que consigna Isaías. *Poséenos.* En las posesiones terrenas se entrega algo al padre de familia cuando se le da la posesión; referente a la posesión, Iglesia; se concede a la misma posesión que ella posea.

4. Luego ¿qué dice al consignar: *Así como juró al Señor, hizo voto al Dios de Jacob?* Veamos qué voto es éste. Jurar es prometer firmemente. Atended a este voto; es decir, qué prometió, con qué vehemencia, con qué amor, con qué anhelo; y, sin embargo, para cumplirlo rogó al Señor, diciendo: *Acuérdate, Señor, de David y de toda su mansedumbre.* Con esta mansedumbre ofreció el voto para ser casa de Dios, pues dice: *Si entrare en la tienda de mi casa, si subiere al lecho de mi estrado, si diere el sueño a mis ojos,* le pareció poco decir: *Si diere sueño a mis ojos,* y añadió: *y a mis párpados adormecimiento, y descanso a mis sienes; si diere* (mas no doy estas cosas) *hasta que encuentre un lugar para el Señor, un tabernáculo para el Dios de Jacob.* ¿En dónde

inimicos, diabolum et angelos eius. Hos autem inimicos Ecclesia debellat. Et quomodo debellat? Mansuetudine. Mansuetudine enim ipse Rex noster vicit diabolum. Saeviebat ille; iste sufferebat: victus est qui saeviebat; vicit qui sufferebat. In ista mansuetudine corpus Christi, quod est Ecclesia, vincit inimicos. Sit manu fortis, operando vincat. Cum autem corpus Christi est et templum, et domus, et civitas; et ille qui caput corporis est, et habitator domus est, et sanctificator templi est, et rex civitatis est: quomodo Ecclesia omnia illa, sic Christus omnia ista. Quid ergo vovimus Deo, nisi ut simus templum Dei? Nihil gratius ei possumus offerre, quam ut dicamus ei quod dicitur in Isaia, *Posside nos* (Is 26,13). Et quidem in istis possessionibus terrenis patrifamilias praestatur, quando ei datur possessio: non sic est possessio, quae est Ecclesia; ipsi possessioni praestatur, ut a tali possideatur.

4. Quid ergo dicit, *Sicut iuravit Domino, votum vovit Deo Iacob?* Videamus quod votum. Iurare est autem firme promittere. Attendite votum hoc, id est, quod voverat quo ardore voverit, quo amore, quo desiderio; et tamen ad hoc implendum Dominum deprecatus est dicens. *Memento, Domine, David, et omnis mansuetudinis eius.* In hac mansuetudine votum vovit, ut sit domus Dei: *Si introiero in tabernaculum domus meae, si ascendero super lectum stratus mei. Si dedero somnum oculis meis.* Parum visus est dicere, *somnum oculis meis: Et palpebris*

buscaba un lugar para el Señor? Si era manso, lo buscaba en sí. ¿Cómo es lugar para el Señor? Oye al profeta: *¿Sobre quién descansa mi Espíritu? Sobre el humilde, el manso y el que teme mis palabras.* ¿Quieres ser lugar del Señor? Sé humilde, sé manso, teme las palabras de Dios, y tú mismo te harás lo que buscas. Pues, si en ti no se hace lo que buscas, el hacerse en otro, ¿de qué te sirve a ti? Dios obra algunas veces por el evangelista únicamente la salud de otro cuando él habla y no obra; entonces hace por su lengua lugar para Dios en otro, mas no lo hace en sí mismo (para Dios). Cuando obra rectamente lo que enseña y lo enseña de este modo, hace lugar para el Señor juntamente con aquel a quien enseña, porque todos los creyentes hacen un lugar para el Señor. El Señor tiene su lugar en el corazón, porque uno solo es el corazón de todos los unidos por la caridad.

5. ¡Cuántos miles, hermanos míos, creyeron cuando colocaron a los pies de los apóstoles el precio de sus bienes! ¿Y qué dice de ellos la Escritura? que se hicieron ciertamente templos del Señor; no sólo se hizo cada uno de por sí, sino también todos ellos juntos se hicieron templo de Dios. Luego hicieron un lugar al Señor. Para que sepáis que se hizo al Señor un lugar en todos, dice la Escritura: *Había en ellos una sola alma y un solo corazón en Dios.* Muchos, para no hacer un lugar a Dios, buscan, aman sus cosas, se gozan de su propio poder, anhelan su interés. El que quiere hacer un lugar al Señor no debe alegrarse de su propio bien, sino del común. Los primeros cristianos hicieron comunes sus cosas propias. ¿Por ventura perdieron lo propio? Si hubieran poseído

meis dormitationem; et requiem temporibus meis si dedero, *quoadusque inveniam locum Domino, tabernaculum Deo Iacob.* Ubi quaerebat locum Domino? Si mansuetus erat, in se quaerebat. Quomodo est enim locus Domini? Audi prophetam: *Super quem requiescet Spiritus meus? Super humilem, et quietum, et trementem verba mea* (ib. 66,2). Vis esse locus Domini? Esto humilis, et quietus, et tremens verba Dei, et tu ipse efficieris quod quaeris. Si enim in te non fiat quod quaeris, in altero quid tibi prodest? Operatur quidem Deus aliquando per evangelistam salutem alterius tantum, si ipse dicit et non facit; et fit per linguam eius in alio locus Domino, non autem fit ipse locus Dominus. Qui autem quae docet bene facit, et sic docet, fit locus Domino cum eo quem docet: quia omnes credentes unum locum faciunt Domino. In corde enim habet locum Dominus: quia unum cor est omnium in charitate copulatorum.

5. Quam multa millia crediderunt, fratres mei, quando pretia rerum suarum posuerunt ad pedes Apostolorum! Sed quid de illis dicit Scriptura? Certe facti sunt templum Dei; non tantum templum Dei singuli, sed et omnes templum Dei simul. Facti sunt ergo locus Domino. Et ut noveritis quia unus locus factus est Domino in omnibus, Scriptura dicit: *Erat illis anima una et cor unum in Deum* (Act 2,41; et 4,4.32.35). Multi autem ne faciant locum Domino, sua quaerunt, sua diligunt, potestate sua gaudent, privatum suum concupiscunt. Qui autem vult facere locum Do-

lo suyo y cada uno hubiera tenido lo propio, sólo tendrían lo que cada uno tenía; pero, al hacer común lo que era particular, también las cosas de los demás se hicieron de él. Atienda vuestra caridad. De las cosas que cada uno posee dimanan las riñas, las enemistades, las discordias, las guerras entre los hombres, los alborotos, las mutuas disenciones, los escándalos, los pecados, las iniquidades y los homicidios. ¿De qué cosas? De las que cada uno posee en particular. ¿Acaso litigamos por las que poseemos en común? Usamos del aire en común; al sol le vemos todos. Luego bienaventurados los que hacen un lugar al Señor, de tal modo que no se alegran del suyo particular. El que decía: *Si entrare en el tabernáculo de mi casa,* señalaba este lugar. Era propio; pero sabía que, por este lugar particular, él mismo obstaculizaba o impedía hacer lugar al Señor, y por eso conmemora las cosas que le pertenecían: "No entraré—dice—*en el tabernáculo de mi casa hasta que encuentre...*" ¿Qué? ¿Acaso cuando encuentres un lugar para el Señor entrarás en tu tabernáculo? O más bien, ¿no será tu mismo tabernáculo aquel en donde encuentres el lugar para el Señor? ¿Por qué? Porque tú serás este lugar del Señor, y también serás uno con aquellos que sean lugar del Señor.

6. Luego, hermanos, nos abstengamos de la posesión de cosa particular, y, si no podemos en la realidad, a lo menos por el afecto, y hagamos lugar al Señor. Alguno dirá: "Mucho es esto para mí." Ve quién eres tú, que has de hacer lugar al Señor. Si un senador quisiere hospedarse en tu casa, y no digo un senador,

mino, non de privato, sed de communi debet gaudere. Hoc illi fecerunt de rebus suis privatis; fecerunt illas communes. Quod habebant suum, numquid amiserunt? Si soli haberent, et unusquisque suum haberet; hoc solum haberet quod suum habebat: cum autem quod proprium erat, commune fecit; te ea quae erant caeterorum, ipsius facta sunt. Intendat Charitas vestra: quia propter illa quae singuli possidemus, existunt lites, inimicitiae, discordiae, bella inter homines, tumultus, dissensiones adversum se, scandala, peccata, iniquitates, homicidia. Propter quae? Propter ipsa quae singuli possidemus. Numquid propter ista quae communiter possidemus, litigamus? Aerem istum communiter ducimus, solem communiter omnes videmus. Beati ergo qui sic faciunt locum Domino, ut privato suo non gaudeant. Talem ergo describebat iste, qui dicebat, *Si introiero in tabernaculum domus meae.* Privatum hoc erat. Sciebat privato se impediri, ne faceret locum Domino, et ea commemorat quae ad seipsum pertinebant: non introibo *in tabernaculum domus meae, donec inveniam:* quid? cum inveneris locum Domino, intrabis in tabernaculum tuum? An ipsum erit tabernaculum tuum, ubi inveneris locum Domino? Quare? Quia ipse eris locus Domini, et cum eis qui fuerint locus Domini, unum eris.

6. Abstineamus ergo nos, fratres, a possessione rei privatae; aut ab amore, si non possumus a possessione; et facimus locum Domino. Multum est ad me, ait aliquis. Sed vide quis sis, facturus locum Domino. Si vellet apud te hospitium habere aliquis senator, non dico senator, pro-

sino un administrador de algún grande según el mundo, y te dijere: "Me desagrada esta cosa en tu casa", aun cuando tú la estimases, con todo, la quitarías para no desagradar a aquel de quien ambicionas la amistad. ¿Y de qué te sirve la amistad del hombre? Quizás no sólo no encontrarás en ella ayuda, sino peligros. Pues muchos, antes de juntarse a los grandes, no peligraban, pero anhelaron la amistad de los más encumbrados que ellos, y cayeron en grandes peligros. Tú anhela seguro la amistad de Cristo; quiere alojarse en tu casa; hazle lugar. ¿Qué significa "hazle lugar"? No te ames a ti, ámale a El. Si te amas, le cierras la puerta; si le amas, le abres. Si le abres y entra, no perecerás amándote, sino que le encontrarás por haberte amado.

7 [v.3]. *Si entrare en el tabernáculo de mi casa, si subiere al lecho de mi estrado.* El objeto propio en el que reposa el hombre hace soberbios; por eso dice: *Si subiere.* En el bien particular que cada uno posee, necesariamente es soberbio. De aquí que el hombre se encamina al hombre, siendo así que ambos son carne. ¿Qué es el hombre, hermanos? Carne. ¿Y qué es otro hombre? Otra carne. Y, con todo, la carne rica se dirige a la carne pobre, como si aquélla hubiera traído algo al nacer o llevara algo al morir. Lo que tuvo de más, lo tuvo para engreírse. Pero este que quiere encontrar un lugar para el Señor dice: *Si subiere sobre el lecho de mi estrado...*

8 [v.4]. *Si diere el sueño a mis ojos.* Muchos, cuando duermen, no preparan un lugar para el Señor. El Apóstol despierta a

curator alicuius magni secundum saeculum, et diceret, Offendit me quiddam in domo tua; etsi amares hoc, auferres tamen ne eum offenderes, ad cuius amicitiam ambires. Et quid tibi prodest hominis amicitia? Forte ibi non solum nullum auxilium, sed et periculum invenires. Nam multi non periclitabantur antequam maioribus iungerentur; exoptarunt maiorum amicitias, ut maiora pericula incurrerent. Securus opta amicitiam Christi: hospitari apud te vult; fac illi locum. Quid est, fac illi locum? Noli amare teipsum, illum ama. Si te amaveris, claudis contra illum; si ipsum amaveris, aperis illi: si autem aperueris et intraverit, non peries amando te, sed invenieris cum amante te.

7 [v.3]. *Si introiero in tabernaculum domus meae, si ascendero super lectum stratus mei.* Privata enim res ipsa, ubi homo acquiescit, superbos facit; ideo dixit, *Si ascendero.* In re quam privatam quisque possidet, necesse est superbus sit: inde se enim tendit homo ad hominem, cum ambo sint caro. Quid est homo, fratres? Caro. Et quid est alter homo? Altera caro. Et tamen caro dives extendit se contra carnem pauperem; quasi aliquid illa caro attulerit quando nata est, aut aliquid auferat quando moritur. Ad hoc plus habuit, ut plus tumeret. Iste autem qui vult invenire locum Domino, dicit, *Si ascendero super lectum strati mei.*

8 [v.4]. *Si dedero somnum oculis meis.* Multi enim cum dormiunt, non faciunt locum Domino. Tales excitat Apostolus: *Surge, qui dormis,*

éstos, diciéndoles: *Despierta tú que duermes y levántate de entre los muertos, y te iluminará Cristo;* y en otro lugar: *Nosotros, que somos hijos del día, vigilemos y seamos sobrios, pues los que duermen, de noche duermen, y los que se embriagan, de noche se embriagan.* Llama noche a la iniquidad en la que éstos duermen deseando cosas terrenas, pues toda esta felicidad que se ve del mundo es sueño de los que duermen. Y como aquel que ve tesoros en el sueño, durmiendo, es rico, pero al despertar es pobre, así todas estas cosas vanas del presente mundo, de las cuales se gozan los hombres, son sueño en el que se gozan. Mas despertarán cuando no quieran si ahora, cuando es útil, no despiertan, y se encontrarán que aquellas cosas fueron sueños y pasaron, como lo afirma la Escritura en cierto lugar: *Como sueño del que despierta;* y en otro sitio: *Durmieron su propio sueño, y no encontraron riquezas en sus manos todos los varones.* Durmieron su propio sueño; terminó el sueño, *y no encontraron nada en sus manos,* porque en sueños veían riquezas transitorias. Luego este que quiere encontrar un lugar para el Señor dijo también: *Si diere el sueño a mis ojos...* Hay también algunos que no duermen, pero dormitan. Se apartan algo del amor de las cosas temporales, mas de nuevo vuelven al afecto de ellas; como adormitados, cabecean. Despierta, despabila; adormitándose, caerás. El salmo no quiere que aquel que desea encontrar un lugar para el Señor entregue sus ojos al sueño, ni sus párpados al adormecimiento.

9 [v.5]. ...*Y descanso*—dice—*a mis sienes.* Por el descanso de las sienes se apodera el sueño de los ojos. La sien está junto

et exsurge a mortuis; et illuminabit te Christus (Eph 5,14); et alio loco, *Nos autem qui diei sumus, vigilemus, et sobrii simus: nam qui dormiunt, nocte dormiunt; et qui inebriantur, nocte ebrii sunt* (1 Thes 5,5-8). Noctem dicens iniquitatem, in qua illi obdormiunt cupiendo ista terrena. Et omnes istae felicitates quae videntur saeculi, somnia sunt dormientium. Et quomodo qui videt thesauros in somnis, dormiens dives est; sed evigilabit, et pauper erit: sic omnia ista vana huius saeculi, de quibus homines gaudent, in sommo gaudent: evigilabunt quando nolunt, si non modo evigilant quando utile est; et invenient somnia fuisse illa, et transisse, sicut dicit Scriptura, *veluti somnium exsurgentis* (Ps 72,20): et alio loco, *Dormierunt somnum suum, et nihil invenerunt omnes viri divitiarum in manibus suis* (Ps 75,6). *Dormierunt somnum suam,* finitus est somnus, *et nihil invenerunt in manibus suis;* quia in somnis videbant divitias transitorias. Iste ergo qui vult invenire locum Domino, dixit etiam, *Si dedero somnum oculis meis.* Sunt autem quidam qui non dormiunt, sed dormitant. Aliquantum retrahunt se ab amore temporalium, et rursus revolvuntur in eum; quasi dormitantes, caput crebro inclinant. Evigila, excute sommum; dormitando casurus es. Non vult Psalmus, oculis suis dare somnum, nec palpebris dormitationem, eum qui vult invenire locum Domino.

9 [v.5]. *Et requiem,* inquit, *temporibus meis.* A requie temporum somnus venit ad oculos. Tempora circa oculos sunt. Veluti futurus som-

a los ojos. La pesadez de la sien es como augurio del sueño. A los hombres que han de dormirse comienzan a pesarles las sienes; al sentir la pesadez de las sienes, está ya a las puertas el sueño, el cual, si ha de darse a los ojos, antes se da el descanso a las sienes, y así viene el sueño. Luego cuando algo temporal comenzare a arrastrarte al deleite del pecado, ya se hallan agravadas tus sienes. ¿Quieres estar en vigilia, no dormitar ni dormir? No te entregues a tal deleite, pues tendrás mayores dolores que encantos. Con este pensamiento, como refregando la frente, sacudes el sueño y preparas un lugar al Señor.

10. *Hasta que encuentre un lugar al Señor, un tabernáculo al Dios de Jacob.* Aun cuando algunas veces se llama al tabernáculo de Dios la casa de Dios, y a la casa de Dios, tabernáculo de Dios, sin embargo, carísimos hermanos, las palabras *tabernáculo* y *casa* se toman en distinto sentido. La Iglesia de Dios en este tiempo es tabernáculo, y la Iglesia de la celestial Jerusalén, adonde iremos, es casa. Pues el tabernáculo, como tal, es la tienda de campaña de los soldados y guerreros; el tabernáculo es la tienda de los soldados que se hallan preparados a entrar en batalla y en expedición; de aquí que los soldados se llaman *contubernales,* porque son hombres que se alojan y tienen los mismos tabernáculos o tiendas. Mientras tenemos enemigos con quienes luchar, construyamos tabernáculos a Dios. Sin embargo, cuando haya pasado el tiempo de la lucha y hubiere llegado aquella paz que se eleva sobre todo entendimiento, *la paz de Cristo, que,* como dice el Apóstol, *sobrepuja a todo entendimiento*, puesto que cuando más pienses sobre aquella

nus, gravedo temporum est. Nam hominibus dormituris gravari tempora incipiunt; et cum senserint sibi gravari tempora, iam imminet somnus: qui si dandus est oculis, dant requiem temporibus suis, et venit somnus; si non dederit requiem temporibus suis, non venit somnus. Cum ergo coeperit te aliquid temporale delectare ad peccatum, iam gravantur tibi tempora. Vis evigilare, et non dormire, nec dormitare? Noli te credere tali delectationi; maiores dolores habebit quam suavitates. Ista cogitatione quasi confricans frontem, excutis somnum, et paras locum Domino.

10. *Donec inveniam locum Domino, tabernaculum Deo Iacob.* Quanquam aliquando dicitur tabernaculum Dei domus Dei, et domus Dei tabernaculum Dei: distinctius tamen accipitur, fratres charissimi, tabernaculum Ecclesia secundum hoc tempus; domus autem Ecclesia caelestis Ierusalem, quo ibimus. Tabernaculum enim tanquam militantium et pugnantium: tabernacula militum in procinctu, in expeditione; unde contubernales dicuntur milites, quasi tabernacula eadem habentes et habitantes. Quamdiu ergo habemus hostem cum quo pugnemus, tabernaculum Deo facimus. Cum autem transierit tempus pugnae, et venerit pax illa quae praecellit omnem intellectum, sicut dicit Apostolus, *Et pax Christi quae praecellit omnem intellectum* (Phil 4,7); quantumcumque enim cogitaveris de pace illa, minus eam capit animus adhuc in ista corporis gravedine constitutus: cum venerit illa patria, iam domus erit, nullus

paz, tanto menos será capaz el ánimo, colocado aún en esta gravedad del cuerpo, de comprenderla; cuando hubiere llegado aquella patria, será ya casa, pues no desencadenará la guerra de tentación enemigo alguno para que se llame tabernáculo. Entonces no nos encaminaremos a luchar, sino que permaneceremos para alabar. ¿Qué se dice de aquella casa? *Bienaventurados los que moran en tu casa; por los siglos de los siglos te alabarán.* En el tabernáculo gemimos todavía; en la casa alabaremos. ¿Por qué? Porque el gemido es propio de los peregrinos, y la alabanza, de los que moran en la patria. Aquí se busque primeramente el tabernáculo para el Dios de Jacob.

28 [v.18]. *Sobre El brillará mi santificación.* ¿Sobre quién? Sobre mi Cristo o Ungido. Al llamarle *mi Cristo,* es la voz del Padre, que también dice: *Bendeciré copiosamente a su viuda y saciaré de panes a sus pobres. Vestiré a sus sacerdotes de salud, y sus santos saltarán de gozo.* El que dice: *En El suscitaré el cuerno o poder de David,* es Dios. Y El dice también: *Prepararé una antorcha a mi Cristo,* porque Cristo es nuestro y del Padre. Cristo es nuestro cuando nos salva y nos rige, así como también es nuestro Señor e Hijo del Padre. Si Cristo no fuese del Padre, no se diría anteriormente: *En atención a David, tu siervo, no apartes tu rostro de tu Cristo* (San Agustín omite la exposición de la primera parte de este último versillo del salmo: *Cubriré de confusión a sus enemigos),* y prosiguiendo, dice: *Sobre El brillará mi santificación.* Brilla sobre Cristo. Nadie se la apropie, porque sólo El santifica. De otro modo no sería verdadero: *Sobre El brillará la gloria de mi santificación.* Brillará la gloria de la santificación. Luego la santificación de Cristo se halla

spiritualis est, nisi de Christo praesumere; non dicere. Ego facio, ego baptizo; sed, *Hic est qui baptizat?* (Io 1,33). Ibi est cornu David. Et ut noveritis quia ibi est cornu David, attendite quid sequatur: *Paravi lucernam Christo meo.* Quae est lucerna? Iam nostis Domini verba de Ioanne: *Ille erat lucerna ardens et lucens* (ib. 5,35). Et quid ait Ioannes? *Hic est qui baptizat.* In hoc ergo exsultabunt sancti, in hoc exsultabunt sacerdotes; quia omne quod ipsorum bonum est, non est ipsorum, sed illius qui habet potestatem baptizandi. Securus ergo accedit ad templum eius omnis qui accepit Baptismum; quia non hominis, sed illius est in quo suscitatum est cornu David.

28 [v.18]. *Super ipsum autem florebit sanctificatio mea.* Super quem? Super Christum meum, *Christo* enim *meo* cum dicit, vox est Patris, qui dicit, *Viduam eius benedicens benedicam, et pauperes eius saturabo panibus. Sacerdotes eius induam salutari, et sancti eius exsultatione exsultabunt.* Qui dicit, *Ibi suscitabo cornu David,* Deus est. Ipse dicit, *Paravi lucernam Christo meo,* quia et Christus noster est, et Christus Patris: Christus noster est, cum salvat nos et regit nos, quomodo et Dominus noster, Filius autem Patris; Christus autem et noster et Patris. Nam si Patris Christus non esset, non diceretur superius, *Propter David servum tuum, ne avertas faciem Christi tui. Super ipsum autem florebit sanctificatio mea.* Super Christum floret. Nemo hominum

en el mismo Cristo, y el poder de la santificación de Dios, también en Cristo. Lo que dijo: *Brillará o florecerá,* quiere que pertenezca a la gloria, pues cuando los árboles florecen, entonces son bellos. Luego la santificación se halla en el bautismo; desde allí comienza a florecer y a brillar. ¿Por qué se rindió el mundo a esta hermosura? Porque brilla en Cristo. Ponla en poder del hombre; ¿y cómo ha de brillar, siendo así que toda carne es heno, y todo el esplendor del heno es como flor del campo?

SALMO 132

[Deleitosa comunión la de los santos]

SERMÓN AL PUEBLO

1 [v.1]. Este salmo es breve, pero muy nombrado y conocido. *¡Ved cuán bueno y deleitoso es habitar unidos los hermanos!* Es tan agradable este sonido, que aun los que ignoran el Salterio cantan este verso. Es tan dulce cuanto lo es la caridad, que hace habitar en unión a los hermanos. Esto, hermanos: *¡Cuán bueno y deleitable es habitar los hermanos en unión!,* no necesita interpretación o explicación; pero lo que sigue encierra algo que debe aclararse a los que llaman. Sin embargo, para que a partir de este versillo conozcamos la total estructura de este salmo, consideremos una y otra vez este primer versillo, y veamos si se dijo de todos los cristianos: *¡Cuán bueno y deleitoso es habitar los hermanos en unión!,* o haya algunos señalados

illam sibi assumat, quia ipse sanctificat; alioquin non erit verum, *Super ipsum autem florebit sanctificatio mea.* Gloria sanctificationis florebit. Sanctificatio ergo Christi in ipso Christo, potestas sanctificationis Dei in Christo. *Florebit* enim quod dixit, ad gloriam vult pertinere: quando enim florent arbores, tunc pulchrae sunt. Ergo sanctificatio in Baptismo; inde floret et claret. Unde cessit mundus huic pulchritudini? Quia in Christo floret: nam pone illam in hominis potestate; quomodo floret, quando omnis caro fenum, et omnis claritas carnis ut flos feni? (Is 40,6).

PSALMUS 132

SERMO AD PLEBEM

1 [v.1]. Psalmus brevis est; sed valde notus et nominatus. *Ecce quam bonum et quam iucundum habitare fratres in unum.* Ita sonus iste dulcis est, ut et qui Psalterium nesciunt, ipsum versum cantent. Tam dulcis est, quam dulcis est charitas quae facit fratres habitare in unum. Et hoc quidem, fratres, non indiget interpretatione, aut expositione, quam bonum et quam iucundum sit habitare in unum; sed ea quae sequuntur, habent aliquid quod pulsantibus aperiatur. Verumtamen ut ab isto versu descendat nobis intellectus universae texturae Psalmi, hoc primum etiam atque etiam consideremus: utrum de omnibus Christianis

y perfectos que habitan en unión; y, por tanto, no se refiera a todos esta bendición, sino a algunos especiales, desde quienes, sin embargo, alcance a los demás.

2. Estas palabras del Salterio, este dulce sonido, esta grata melodía tanto en el cántico como en la comprensión, dio origen a los monasterios. Ante esta voz se animaron los hermanos que anhelaron habitar unidos. Este verso fue la trompeta para ellos. Sonó por todo el orbe de la tierra, y los que se hallaban separados fueron congregados. El clamor de Dios, el clamor del Espíritu Santo, el clamor profético, no se oía en la Judea, pero se oyó en todo el orbe de la tierra. Aquellos entre quienes se cantaba se taparon los oídos para no oír este sonido, pero los abrieron otros; aquellos de quienes se dijo: *Le verán aquellos a los que no se habló de El y le entenderán quienes no le oyeron.* Con todo, carísimos, si consideramos bien las cosas, primeramente recibió esta bendición la pared de la circuncisión. Pues ¿acaso perecieron todos los judíos? ¿De dónde procedían los apóstoles, hijos de los profetas, *hijos de los sacudidos?* Hablo como a los que ya conocéis esto. ¿De dónde eran aquellos quinientos que vieron al Señor después de la resurrección, según conmemora el apóstol San Pablo? ¿De dónde aquellos ciento veinte que se hallaban juntos en un solo lugar después de la resurrección del Señor y la subida al cielo, sobre los que, estando reunidos, vino, enviado desde el cielo, según fue prometido, el Espíritu Santo el día de Pentecostés? Todos eran de Judea y ellos fueron los primeros que habitaron en común, porque vendieron cuanto po-

dictum sit, *Quam bonum et quam iucundum habitare fratres in unum;* an aliqui sint certi atque perfecti qui habitant in unum, nec ad omnes pertineat ista benedictio, sed ad quosdam, a quibus tamen descendat ad caeteros.

2. Ista enim verba Psalterii, iste dulcis sonus, ista suavis melodia, tam in cantico quam in intellectu, etiam monasteria peperit. Ad hunc sonum excitati sunt fratres qui habitare in unum concupierunt; iste versus fuit tuba ipsorum. Sonuit per omnem orbem terrarum, et qui divisi erant, congregati sunt. Clamor Dei, clamor Spiritus sancti, clamor propheticus non audiebatur in Iudaea; et auditus est in toto orbe terrarum. Adversus istum sonum surdi erant, inter quos cantabatur; et apertis auribus inventi sunt, de quibus dictum est: *Quibus non est nuntiatum de illo, videbunt; et qui non audierunt, intelligent* (Is 52,15). Verumtamen, dilectissimi, si consideremus, de illo pariete circumcisionis prius nata est ista benedictio. Num enim omnes Iudaei perierunt? Et unde Apostoli, filii Prophetarum, *filii excussorum?* (Ps 126,4). Sicut iam scientibus loquimur. Unde illi quingenti qui Dominum post resurrectionem viderunt, quos commemorat apostolus Paulus? (1 Cor 15,6). Unde illi centum viginti qui simul erant in uno loco post resurrectionem Domini et ascensionem in caelum, quibus in uno loco constitutis supervenit Spiritus sanctus die Pentecostes missus de caelo; sic missus, sicut

seían y colocaron el precio de sus bienes a los pies de los apóstoles, según se lee en los Hechos Apostólicos: *Y se distribuía a cada uno conforme cada uno lo necesitaba, y nadie tenía propiedad, sino que todas las cosas les eran comunes.* ¿Qué significa *en uno,* o en unión, o unidos? *Que tenían una sola alma y un solo corazón en Dios.* Luego ellos fueron los primeros que oyeron: *¡Ved cuán bueno y deleitoso es habitar los hermanos en unión!* Fueron los primeros que lo oyeron. Pero no sólo lo oyeron ellos, no sólo llegó hasta ellos esta bendición y unidad de los hermanos, sino que este regocijo de caridad y ofrecimiento a Dios llegó a los posteriores. Se prometió algo a Dios, pues se dijo: *Haced votos y cumplidlos al Señor, Dios vuestro.* Sin embargo, mejor es no prometer que prometer y no cumplir. Pero debe estar pronto el ánimo a prometer y cumplir, no acontezca que, al juzgarse incapaz de cumplir, sea perezoso para prometer. Y, efectivamente, nunca cumpliría si piensa que ha de cumplir por sus propias fuerzas.

3. Del lenguaje de este salmo se originó el nombre de monjes; por tanto, nadie vitupere a los católicos por este nombre. Cuando vosotros censuráis rectamente a los herejes por los *circeliones,* para que avergonzándose se salven, ellos os censuran por los monjes. Primeramente ved vosotros si deben ser comparados. Si se necesita alguna explicación vuestra, ya os esforzáis. Pero únicamente es necesario que amonestéis a cada uno que se fije; que se fije sólo y que compare. ¿Qué necesidad hay de vuestras palabras? Se comparen los borrachos con los sobrios, los impe-

promissus? Omnes inde erant: et ipsi primi habitaverunt in unum, qui omnia quae habebant vendiderunt, rerumque suarum pretia ad pedes Apostolorum posuerunt, sicut in Actibus Apostolorum legitur; *et distribuebatur unicuique sicut cuique opus erat; et nemo dicebat aliquid proprium, sed erant illis omnia communia.* Et quid est, *in unum? Et erat illis,* inquit, *anima una et cor unum in Deum* (Act 1,2, et 4). Ergo ipsi prius audierunt, *Ecce quam bonum et quam iucundum habitare fratres in unum.* Primi audierunt, sed non soli audierunt. Non enim usque ad illos ista dilectio et unitas fratrum venit. Venit enim et ad posteros ista charitatis exsultatio, et votum Deo. Vovetur enim aliquid Deo, et dictum est: *Vovete, et reddite Domino Deo vestro* (Ps 75,12). Melius est autem non vovere, quam vovere et non reddere (Eccl 5,4). Sed debet esse impiger animus, ut et voveat, et reddat; ne cum se minus idoneum putat ad reddendum, piger sit ad vovendum. Plane nunquam reddet, si de suo se putaverit redditurum.

3. Ex voce huius psalmi appellati sunt et Monachi, ne quis vobis de isto nomine insultet Catholicis. Quando vos recte haereticis de Circellionibus insultare coeperitis, ut erubescendo salventur; illi vobis insultant de monachis. Primo si comparandi sunt, vos videte; si verbis vestris opus est, iam laboratis. Non opus est, nisi ut admoneatis unumquemque ut attendat; solum attendat, et comparet. Quid opus est verbis vestris? Comparentur ebriosi cum sobriis, praecipites cum consideratis,

tuosos con los moderados, los locos con los sencillos, los vagabundos con los congregados. Con todo, acostumbran a decir: "¿Qué significa el nombre de monjes?" Cuánto mejor diremos nosotros: ¿Qué significa el nombre de circeliones? Pero nos dicen: "No se llaman circeliones." Quizás los llamamos con nombre alterado. ¿Os diré su nombre propio? Quizás se denominan circunceliones (vagabundos) y no circeliones. Si se llaman así, declaren qué son, porque se denominan circunceliones los que vagan por las celdas o cavernas. Suelen, pues, andar de aquí para allá, sin tener jamás residencia fija y cometer lo que sabéis y lo que ellos saben quieran o no quieran.

4. Sin embargo, carísimos, hay también monjes falsos; también nosotros los conocemos; pero, con todo, no se destruye la piadosa fraternidad por aquellos que manifiestan a las claras lo que no son. Hay monjes falsos, como clérigos falsos y fieles falsos. Todos estos tres géneros, hermanos míos, que en otra ocasión os recordé, y creo que no sólo una vez, tienen en su seno buenos y malos. De estas tres clases de hombres se dijo: *Habrá dos en el campo: uno será tomado y otro dejado; habrá dos en el lecho: se tomará al uno y se dejará al otro; habrá dos en el molino: la una será tomada y la otra dejada.* Se hallan en el campo los que gobiernan la Iglesia. De aquí dice el Apóstol, y ved si no estaba en el campo: *Yo planté, Apolo regó, pero Dios dio el incremento o crecimiento.* Quiso que se entendiese por los que estaban en el lecho los que amaron el reposo, pues por el lecho simbolizó el descanso; éstos no se mezclan entre las turbas, no

furentes cum simplicibus, vagantes cum congregatis. Sed tamen dicere consueverunt: Quid sibi vult nomen monachorum? Quanto melius dicimus nos: Quid sibi vult nomen circellionum? Sed non, inquiunt, vocantur circelliones. Forte corrupto sono nominis eos appellamus. Dicturi sumus vobis integrum nomen ipsorum? Forte circumcelliones vocantur, non circelliones. Plane si hoc vocantur, exponant quid sint. Nam circumcelliones dicti sunt, quia circum cellas vagantur: solent enim ire hac, illac, nusquam habentes sedes; et facere quae nostis, et quae illi norunt, velint, nolint.

4. Verumtamen, charissimi, sunt et qui monachi falsi sunt; et nos novimus tales: sed non periit fraternitas pia, propter eos qui profitentur quod non sunt. Tam sunt enim monachi falsi, quam et clerici falsi, et fideles falsi. Omnia genera, fratres mei, tria quae aliquando vobis commendavimus, et ut puto, non semel, habent bonos suos, habent malos suos. De tribus enim ipsis generibus dictum est: «Duo in agro; unus assumetur, et unus relinquetur: et duo in lecto; unus assumetur, et unus relinquetur: et duae in molendino; una assumetur, et una relinquetur» (Lc 17,34.35). In agro sunt qui gubernant Ecclesiam. Unde dicit Apostolus (videte si non in agro erat): *Ego plantavi, Apollo rigavit; sed Deus incrementum dedit* (1 Cor 3,6). In lecto autem eos intelligi voluit, qui amaverunt quietem; per lectum enim quietem voluit intelligi;

se hallan en el alboroto del género humano; en el descanso sirven a Dios; y, sin embargo, de allí, uno será tomado y otro dejado. Allí hay virtuosos y reprobados. No os atemoricéis porque se encuentren allí réprobos, pues hay algunos ocultos que sólo aparecerán al fin. Las dos personas del molino se consignaron en género femenino: *duae,* queriendo se entendiese la plebe, la turba o el pueblo. ¿Por qué estaban en el molino? Porque se hallaban en este mundo, simbolizado por el molino, ya que se mueve como la piedra del molino. ¡Ay de aquellos a quienes tritura! De tal modo se mueven allí los fieles buenos, que una de ellas es abandonada y otra aceptada. Los amadores, los defraudadores, los engañadores de este mundo, perpetran ciertas acciones propias de él. Otros se portan en él como dice el Apóstol: *Disfrutan de este mundo como si no disfrutasen. Pasa, pues, la figura de este mundo, y quiero que vosotros estéis sin cuidados.* ¿Oyes quién será tomada del molino? Sin duda se ven muchos pecados en los que son ricos. Teniendo más trabajo, administrando más asuntos, defendiendo más extensos negocios familiares, difícilmente acontecerá que no contraigan más pecados; de ellos se dijo: *Más fácilmente entra un camello por el ojo de una aguja que un rico en el reino de los cielos.* Pero, al contristarse los discípulos por aquellos de quienes ya desconfiaban, les consoló el Señor, diciéndoles: *Lo que es imposible a los hombres, es posible para Dios.* Oye al Apóstol, si no echas en saco roto lo que dice: *Manda a los ricos de este mundo que no se engrían.* Pero encontrarás también a un pobre soberbio y a un

non se miscentes turbis, non tumultui generis humani, in otio servientes Deo: et inde tamen unus assumetur, et unus relinquetur. Sunt ibi probi, et sunt ibi reprobi. Ne expavescatis quando ibi inveniuntur reprobi: nam et latent quidam, qui non inveniuntur nisi in fine. Duae item in molendino ex nomine generis feminini appellavit; plebes enim intelligi voluit. Quare in molendino? Quia in isto mundo versantur, ubi molendinum intelligitur; quia sic vertitur mundus iste, quomodo mola: vae enim quos conterit. Sic ibi versantur fideles boni, ut una ex eis consumatur, altera assumatur. Quasdam enim actiones mundi faciunt dilectores saeculi, fraudatores, simulatores. Alii autem sic ibi sunt, quomodo ait Apostolus, *Et qui utuntur hoc mundo, tanquam non utentes sint; praeterit enim figura huius mundi: volo vos sine sollicitudine esse* (1 Cor 7,31.32). Audis quae assumetur de molendino? Certe enim multa peccata videntur ad divites pertinere. Cum enim plus agunt, et plus administrant, et plus ad eos pendet res familiaris ampla, difficile est ut non plura peccata contrahant; et de illis dictum est quia *facilius est intrare camelum per foramen acus, quam divitem in regnum caelorum.* Et cum contristati essent discipuli pro illis, de quibus iam desperabant, consolatus est eos Dominus dicens: *Quae hominibus impossibilia sunt, Deo facilia sunt* (Mt 19,24-26). Quomodo autem illud facile facit Deus? Audi Apostolum, si non negligas quod praecepit: *Praecipe,* inquit, *divitibus huius*

rico humilde; verás a un cristiano que considera en todo su valor que todas aquellas cosas pasan y perecen, que nada trajo a este mundo y nada ha de llevarse de él; que piensa cómo el rico que ardía en las llamas del infierno deseó que le cayese una gota de agua del dedo de aquel que anhelaba las migajas de su mesa; y, pensando estas cosas, hacen lo que dice el Apóstol: *No ponen la confianza en lo incierto de las riquezas, sino en Dios vivo, que nos da en abundancia todas las cosas para disfrutarlas. Sean ricos*—prosigue diciendo el Apóstol—*en buenas obras, sean dadivosos y limosneros.* Y esto, ¿qué bien les reporta? *Atesoren un buen fundamento para el futuro a fin de que consigan la verdadera vida.* Ved aquí las que serán tomadas del molino. Sin embargo, el rico que se vestía de púrpura y de lino, y comía opíparamente todos los días, y despreciaba al pobre que yacía a las puertas de su casa, será dejado, porque una será tomada y otra dejada del molino.

5. Así habla también Ezequiel de tres personas, en las que con razón entiendo hallarse simbolizados estos tres géneros de hombres: *Si el Señor enviare*—dice—*espada sobre la tierra, aunque estuviesen en medio de los hombres Noé, Daniel y Job, no se librarán los hijos y las hijas, sino que ellos solos se salvarán.* Estos ya fueron librados en otro tiempo, pero en estos tres nombres simbolizó otros tres géneros de hombres. Noé representa a los rectores de la Iglesia, porque gobernó el arca en el diluvio. Daniel eligió la vida descansada; en el celibato sirvió a Dios, es decir, no tuvo mujer; era varón santo, entregado en la vida a

saeculi non superbe sapere. Invenis enim pauperem superbientem, divitem humilem; christianum bene considerantem quia illa omnia praetereunt et praeterfluunt, quia nihil attulit in hunc mundum, nihil potest de mundo auferre; cogitantem quemadmodum dives ille qui ardebat in flamma apud inferos, guttam sibi destillari de digito desideravit eius qui micas de mensa eius concupierat. Cogitantes ista, faciunt quod ait Apostolus: «Neque sperare in incerto divitiarum, sed in Deo vivo, qui praestat nobis omnia abundanter ad fruendum. Divites sint», inquit, «in operibus bonis, facile tribuant, communicent, thesaurizent». Et quid inde illis lucri? «Thesaurizent sibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendant veram vitam» (1 Tim 6,17-19). Ecce quae assumetur de molendino. Qualis autem dives ille erat qui induebatur purpura et bysso, et epulabatur quotidie splendide, et iacentem ad ianuam suam pauperem contemnebat (Lc 16,19-24), relinquetur. Quia de molendino una assumetur, et una relinquetur.

5. Sic dicit et Ezechiel de tribus personis, in quibus non absurde tria haec genera intelligimus: «Cum miserit Dominus gladium in terram, etsi fuerint in medio eorum Noe, Daniel et Iob, non liberabunt filios neque filias; sed ipsi soli salvi erunt» (Ez 14,13-16). Iam illi olim liberati sunt, sed in istis tribus nominibus tria genera quaedam significavit. Noe significat rectores Ecclesiae, quia ipse arcam in diluvio gubernavit (Gen 7). Daniel autem vitam quietam elegit, in caelibatu servire

deseos celestes; fue tentado muchas veces, y encontrado oro acendrado. ¡Cuán aquietado era el que se hallaba seguro entre los leones! Luego en el nombre de Daniel, que también fue llamado varón de deseos, pero sin duda castos y santos, se hallaban simbolizados los siervos de Dios, de los cuales se dice: *¡Ved cuán bueno y deleitoso es habitar los hermanos en unión!* En el nombre de Job se halla representada una de aquellas que fue tomada del molino, pues tenía mujer, hijos, abundantes riquezas; y tenía tantas en este mundo, que el diablo le echó en cara que no adoraba a Dios gratuitamente, sino por lo que había recibido de El. Esto echó en cara al santo varón; pero en sus tentaciones se probó cuán gratuitamente Job adoraba a Dios; no por las cosas que había recibido, sino a Dios por Dios. Habiendo perdido todas estas cosas en una repentina prueba y aflicción; perdida la heredad, perdidos los herederos, dejándole solo su mujer, no para consuelo, sino para tentación, dijo lo que sabéis: *El Señor me lo dio, el Señor me lo quitó; como al Señor le agradó, así se hizo. Sea bendito el nombre del Señor.* En él se cumplió lo que cantamos diariamente si nos armonizamos con las obras: *Bendeciré al Señor en todo tiempo; siempre se halle en mi boca su alabanza.* Luego en estos tres nombres se hallan simbolizados los tres géneros de hombres lo mismo que en aquellos tres que conmemoré del Evangelio.

6. Luego ¿qué dicen los que nos escarnecen por el nombre de monjes? Quizás nos dirán: "Los nuestros no se llaman cir-

Deo, id est, uxorem non quaerens. Erat vir sanctus, in desideriis caelestibus vitam gerens; tentatus in multis, et inventus aurum obrizum. Quam quietus erat, qui et inter leones securus erat! (Dan 6; et 14,28-39). Ergo in nomine Danielis, qui etiam *vir desideriorum* est appellatus (ib. 10,11); sed utique castorum atque sanctorum, significantur servi Dei, de quibus dicitur, *Ecce quam bonum et quam iucundum habitare fratres in unum.* In nomine Iob significatur una illa de molendino quae assumetur. Habebat enim uxorem, habebat filios, habebat multas divitias; et tam multa habebat in isto saeculo, ut diabolus hoc ei obiiceret, quia non gratis, sed propter ea quae acceperat, colebat Deum. Hoc obiecit adversarius sancto viro: et in tentationibus suis probatus est quam gratis Iob coleret Deum, et non propter illa quae acceperat, sed propter eum qui dederat. Amissis itaque omnibus repentina afflictione et tentatione, amissa haereditate, amissis haeredibus, sola coniuge sibi relicta, non ad consolationem, sed ad tentationem, ait quod nostis, «Dominus dedit, Dominus abstulit; sicut Domino placuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictum» (Iob 1). Impletum est in eo quod quotidie cantamus, si et moribus consonemus: «Benedicam Dominum in omni tempore; semper laus eius in ore meo» (Ps 33,2). Ergo in istis tribus nominibus significata sunt tria genera hominum, et in illis tribus rursus in Evangelio, quae commemoravi.

6. Quid ergo dicunt illi qui nobis de nomine monachorum insultant? Fortasse dicturi sunt: Nostri non vocantur circumcelliones; vos illos ita

cunceliones (vagabundos); vosotros los llamáis así con nombre afrentoso, porque nosotros no los llamamos de ese modo." Digan cómo los llaman y lo oiréis. Los llaman *agonistas,* luchadores, combatientes. También nosotros confesamos que los llaman con más decoroso nombre si se ajustase a la realidad. Por ahora lo considere vuestra caridad. Los que nos dicen: "Mostrad en dónde se escribió el nombre de monjes", que nos muestren en dónde se escribió el de *agonistas.* "Los llamamos así—dicen—por la lucha o el certamen, pues luchan o combaten, y el Apóstol dice: *Combatí el buen combate;* luego como luchan contra el diablo y le vencen, estos soldados de Cristo se llaman agonistas." ¡Ojalá que fuesen soldados de Cristo y no del diablo, de quienes se teme más su saludo, consistente en decir: *Alaba a Dios,* que el rugido del león! Estos también se atreven a ultrajarnos, porque los hermanos, al darse de cara con los hombres, los saludan diciendo: *A Dios gracias.* "¿Qué significa—dicen—*Deo gratias,* a Dios gracias?" ¿Tan romo eres que no sabes lo que quiere decir *a Dios gracias?* El que dice *a Dios gracias,* da gracias a Dios. Ve si no debe el hermano dar gracias a Dios cuando ve a su hermano. ¿Por ventura no existe motivo de congratulación cuando se encuentran los que moran en Cristo? Y, sin embargo, vosotros os reís de nuestro *a Dios gracias;* y los hombres lloran de vuestro *alabanzas a Dios.* Ciertamente que explicasteis por qué los llamáis agonistas. Está bien que los llaméis así, lo aplaudimos por completo. Quiera Dios que combatan contra el diablo y no contra Cristo, cuya Iglesia persiguen. Sin embargo, como luchan, los llamáis agonistas y encontráis motivo para llamarlos de ese modo, puesto que el Apóstol dijo: *Bonum agonem certavi,* combatí

appellatis contumelioso nomine; nam nos eos ita non vocamus. Dicant quid eos vocent, et audietis. Agonisticos eos vocant. Fatemur et nos honesto nomine, si et res conveniret. Sed interim illud videat Sanctitas vestra: qui nobis dicunt. Ostendite ubi scriptum sit nomen monachorum. ostendant ubi scriptum sit nomen agonisticorum. Sic eos, inquiunt, appellamus propter agonem. Certant enim; et dicit Apostolus, *Certamen bonum certavi* (2 Tim 4,7). Quia sunt qui certant adversus diabolum, et praevalent, milites Christi agonistici appellantur. Utinam ergo milites Christi essent, et non milites diaboli, a quibus plus timetur Deo laudes, quam fremitus leonis. Hi etiam insultare nobis audent, quia fratres, cum vident homines, Deo gratias dicunt. Quid est, inquiunt, Deo gratias? Itane surdus es, ut nescias quid sit, Deo gratias? Qui dicit, Deo gratias, gratias agit Deo. Vide si non debet frater Deo gratias agere, quando videt fratrem suum. Num enim non est locus gratulationis, quando se invicem vident qui habitant in Christo? Et tamen vos Deo gratias nostrum ridetis: Deo laudes vestrum plorant homines. Sed certe reddidistis rationem de nomine, quare appelletis agonisticos. Ita fiat, ut appellatis; ita fiat, omnino favemus. Praestet Dominus ut illi contra diabolum certent, et non contra Christum, cuius persequuntur Ecclesiam. Tamen quia cer-

el buen combate. Luego ¿por qué nosotros no hemos de llamar monjes, diciendo como dice el salmo: *Ved cuán bueno y deleitoso es habitar los hermanos en unión o en uno? Monos* en griego significa uno, y no uno cualquiera, porque la turba también es uno, ya que, siendo una formada de muchos, también puede llamarse uno; pero no puede llamarse *monos,* es decir, único o solo. *Monos* significa uno solo. Los que de tal modo viven en unión que constituyen un solo hombre, de suerte que en ellos se cumple lo que se escribió, son *un alma y un solo corazón;* son muchos cuerpos, pero no muchas almas; son muchos cuerpos, pero no muchos corazones; con razón se denominan *monos,* es decir, uno solo. De aquí que uno solo se curaba en la piscina. Nos respondan y expliquen los que ultrajan el nombre de monjes por qué aquel que fue hallado soportando por espacio de treinta y ocho años una enfermedad respondió al Señor: *Al ser movida el agua, no tengo quien me arroje a ella, y otro baja antes que yo.* Bajaba uno y no bajaban más. Uno solo se curaba, el cual simbolizaba la unidad de la Iglesia. Con razón ultrajan el nombre de unidad quienes se apartaron de ella. Con razón ven con malos ojos el nombre de monjes, porque ellos no quieren habitar en unión con los hermanos, puesto que, siguiendo a Donato, abandonaron a Cristo. Estas cosas he dicho sobre el uno y de uno solo oyó hablar vuestra caridad. Nos regocijemos ya con el salmo y veamos las cosas que siguen. Es breve y puede ser recorrido todo él exponiendo cuanto el Señor me sugiera. Pienso que, por las cosas que ya se dijeron, puedan presentarse claras las que siguen, aun cuando aparezcan a simple vista oscuras.

tant, dicitis agonisticos: et invenistis unde appelletis, quia dixit Apostolus, *Bonum agonem certavi.* Quare ergo et nos non appellemus monachos, cum dicat Psalmus, *Ecce quam bonum et quam iucundum habitare fratres in unum?* Μόνος enim unus dicitur: et non unus quomodocumque; nam et in turba est unus, sed una cum multis unus dici potest, μόνος non potest, id est, solus: μόνος enim unus solus est. Qui ergo sic vivunt in unum, ut unum hominem faciant, ut sit illis vere quod scriptum est, *una anima et unum cor;* multa corpora, sed non multae animae; multa corpora, sed non multa corda; recte dicitur μόνος, id est unus solus. Unde et ille unus sanabatur in piscina. Respondeant nobis et exponant, qui insultant nomini monachorum, quare ille qui inventus est triginta octo annos habens in infirmitate, hoc respondisset Domino: *Cum mota fuerit aqua, non habeo qui deponat me; alius ante me descendit* (Io 5,5.7). Descenderat unus, iam alius non descendebat. Unus solus sanabatur; unitatem Ecclesiae figurabat. Merito insultant nomini unitatis, qui se ab unitate praeciderunt. Merito illis displicet nomen monachorum, quia illi nolunt habitare in unum cum fratribus; sed sequentes Donatum, Christum dimiserunt. Haec de uno, et uno solo audivit Charitas vestra; iam iucundemur cum Psalmo, ut sequentia videamus. Brevis est; potest a nobis curri, quantum Dominus suggerit. Puto enim ex his quae dicta sunt, patere posse quae sequuntur, quamvis illa videantur obscura.

7 [v.2]. *¡Ved cuán bueno y deleitoso es habitar los hermanos en unión!* El que decía: *Ved* o *He aquí,* daba a conocer. Nosotros, pues, hermanos, somos los que vemos y bendecimos a Dios, y oramos para decir también: *He aquí.* Diga también el salmo a qué cosa se asemejan: *Como ungüento en la cabeza, que desciende a la barba luenga de Aarón, que desciende al gorjal de su vestido.* ¿Qué era Aarón? Sacerdote. ¿Quién es este sacerdote sino el único sacerdote que entró en el *sancta sanctorum?* ¿Quién es este sacerdote sino el que fue víctima y sacerdote; el que, al venir al mundo, no encontró nada puro que ofrecer y se ofreció a sí mismo? En su Cabeza está el ungüento, porque el Cristo total le constituye con la Iglesia. Pero de la Cabeza bajó el ungüento. Cristo es nuestra Cabeza; fue crucificado y sepultado; resucitado, subió al cielo, y vino el Espíritu Santo, enviado por la Cabeza. ¿Adónde? A la barba. La barba simboliza la fortaleza. La barba simboliza a los jóvenes, a los valientes, a los diligentes, a los activos, a los alegres. Por eso, cuando los describimos, decimos que son hombres barbados. Luego aquel primer ungüento descendió sobre los apóstoles, descendió sobre los que sostuvieron el primer ímpetu del mundo. Luego sobre ellos descendió el Espíritu Santo. Porque quienes primeramente comenzaron a habitar unidos, soportaron la persecución; pero, como había descendido el ungüento a la barba, padecieron, pero no fueron vencidos. En efecto, también ya había precedido en el sufrimiento la Cabeza de donde descendió el ungüento. Precediendo tal ejemplo, ¿quién vencería ya a la barba?

7 [v.2]. *Ecce quam bonum et quam iucundum habitare fratres in unum.* Ostendebat qui dicebat, *Ecce.* Videmus et nos, fratres, et benedicimus Deum; et oramus, ut dicamus et nos, *Ecce.* Et cui rei similes sunt, dicat Psalmus. *Sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron; quod descendit in oram vestimenti eius. Aaron* quid erat? Sacerdos. Quis est sacerdos, nisi unus sacerdos, qui intravit in sancta sanctorum? Quis est iste sacerdos, nisi qui fuit et victima et sacerdos? nisi ille qui cum in mundo non inveniret mundum quod offerret, seipsum obtulit? In capite ipsius unguentum, quia totus Christus cum Ecclesia: sed a capite venit unguentum. Caput nostrum Christus est; crucifixum et sepultum, resuscitatum ascendit in caelum; et venit Spiritus sanctus a capite. Quo? Ad barbam. Barba significat fortes; barba significat iuvenes, strenuos, impigros, alacres. Ideo quando tales describimus, Barbatus homo est, dicimus. Ergo illud primum unguentum descendit in Apostolos, descendit in illos qui primos impetus saeculi sustinuerunt: descendit ergo in illos Spiritus sanctus. Nam et illi qui primum in unum habitare coeperunt, persecutionem passi sunt: sed quia descenderat unguentum in barbam, passi sunt, non victi. Etenim et caput iam passum praecesserat, unde descendit unguentum. Praecedente tali exemplo, quis vinceret barbam?

8. De aquella barba era San Esteban. No fue vencido, porque la caridad no es vencida por los enemigos. Los que persiguieron a los santos creían que vencían. Ellos herían y eran heridos, ellos mataban y eran matados. ¿Quién no creería que unos vencían y otros eran vencidos? Pero como la caridad no es vencida, por eso descendió el ungüento a la barba. Ved a San Esteban. La caridad se inflamaba en él, se ensañaba sobre ellos al oírle; pues, cuando le apedreaban, rogó por ellos. ¿Qué dijo cuando le oyeron? *Duros de cerviz e incircuncisos de corazón y de oído; vosotros resistís continuamente al Espíritu Santo.* Ved la barba, la fortaleza. ¿Por ventura aduló? ¿Acaso temió? Ellos, al oír estas cosas que contra ellos se decían, pues Esteban se ensañaba, se ensañaba con palabras y amaba con el corazón, porque no fue vencida en él la caridad; aborreciendo las palabras como tinieblas que huyen de la luz, comenzaron a cebarse en las piedras, apedreando a San Esteban. Como antes les apedrearon las palabras de Esteban, ahora apedreaban con sus piedras a Esteban. ¿Cuándo debió airarse más Esteban: cuando le apedreaban o cuando le oían? Ved que, cuando le apedreaban, demostró la mansedumbre, y, cuando le oían, se ensañaba. ¿Por qué se ensañaba cuando le oían? Porque quería cambiar a quienes le oían. Al caer las piedras sobre él, la caridad no fue vencida, porque el ungüento descendía desde la Cabeza a la barba, y había oído de la Cabeza misma: *Amad a vuestros enemigos y orad por los que os persiguen.* Había oído a la misma Cabeza pendiente de la cruz decir: *Padre, perdónalos, porque no saben lo que hacen.*

8. Ex illa barba erat Stephanus sanctus. Et hoc est non vinci, ut charitas non vincatur ab inimicis. Nam visi sunt sibi vicisse, qui persecuti sunt sanctos. Illi caedebant, illi caedebantur; illi occidebant, illi occidebantur. Quis non putaret illos vincere, illos vinci? Sed quia non victa est charitas, ideo unguentum descendit in barbam. Attende Stephanum. Saeviebat in illo charitas: saeviebat in eos, cum audirent; rogavit pro eis, cum lapidarent. Quid enim ait, cum audirent? *Dura cervice et incircumcisi corde et auribus, vos semper restitistis Spiritui sancto.* Vide barbam. Numquid adulavit? numquid timuit? Illi cum audirent ista, quae in illos dicebantur: quasi saeviebat enim Stephanus; saeviebat ore, corde diligebat; et non est victa charitas ipsa in eo: nam illi abhorrentes a verbo, tanquam tenebrae fugientes a lumine, ad lapides currere coeperunt, Stephanum lapidare. Sicut antea Stephani verba lapidabant illos, sic postea lapides eorum Stephanum. Quando debuit plus irasci Stephanus, quando lapidabatur, an quando audiebatur? Ecce mitis factus est dum lapidaretur, et saeviebat cum audiretur. Quare saeviebat cum audiretur? Quia mutare volebat eos a quibus audiebatur. Venientibus in se lapidibus non victa est charitas: quia unguentum a capite in barbam descenderat, et audierat ab ipso capite, *Diligite inimicos vestros, et orate pro eis qui vos persequuntur* (Mt 5,44). Audierat ab ipso capite pendente in cruce, et dicente, *Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt*

Luego por lo mismo que el ungüento descendió de la Cabeza a la barba, también, al ser apedreado Esteban, hincando las rodillas, dijo: *Señor, no les tomes en cuenta este pecado.*

9. Luego los monjes eran como barba; muchos fueron fuertes y padecieron muchísimas persecuciones. Pero, si desde la barba no hubiera descendido el ungüento, no tendríamos ahora monasterios. Mas como descendió también al gorjal del vestido, pues dice así: *Que descendió al gorjal del vestido,* apareció a continuación la Iglesia, que engendró los monasterios del vestido del Señor; porque el vestido sacerdotal simboliza a la Iglesia y ella misma es la veste de la cual dice el Apóstol: *Para presentarse El a sí mismo la Iglesia gloriosa, que no tiene mancha ni arruga.* Se lava para que no tenga mancha, se extiende para que no tenga arrugas. ¿En dónde la extiende el lavandero? En la leña. Todos los días vemos crucificar, en cierto modo, las túnicas por los lavanderos; (al extenderlas) las crucifican para que no tengan arruga. ¿Qué significa "orla del vestido"? Hermanos míos, ¿qué hemos de entender por *ora vestimenti?* La orla es el fin del vestido. ¿Qué hemos de enteder por "el fin del vestido"? ¿Acaso que al fin de los tiempos contaría la Iglesia con hermanos que habitasen unidos? ¿O entendemos por la palabra "orla" *(ora)* la perfección, porque el vestido se perfecciona o termina con la orla, y son perfectos aquellos que saben vivir en unión? Son perfectos los que cumplen la ley. ¿Cómo cumplen la ley de Cristo los que habitan unidos? Oye al Apóstol: *Soportaos unos a otros vuestras car-*

(Lc 23,34). Eo modo ergo unguentum a capite descenderat in barbam; quia et ille cum lapidaretur, fixo genu ait; *Domine, ne statuas illis hoc peccatum* (Act 7,51.59).

9. Ergo illi tanquam barba erant. Multi enim fortes erant, et multas persecutiones passi sunt. Sed si neque a barba descendisset unguentum, modo monasteria non haberemus. Sed quia descendit et in oram vestimenti; sic enim ait, *Quod descendit in oram vestimenti eius:* secuta est Ecclesia, de veste Domini peperit monasteria. Nam vestis sacerdotalis Ecclesiam significat. Ipsa est vestis de qua dicit Apostolus, *Ut exhiberet sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, neque rugam* (Eph 5,27). Mundatur, ut non habeat maculam; extenditur, ut non habeat rugam. Ubi eam extendit fullo, nisi in ligno? Videmus quotidie a fullonibus tunicas quodammodo crucifigi: crucifiguntur, ut rugam non habeant. Quid est ergo ora vestimenti? fratres mei, in ora vestimenti quid accepturi sumus? Ora, finis vestimenti est. Quid accepturi sumus in fine vestimenti? An quia in fine temporum habitura erat Ecclesia fratres habitantes in unum? an in ora perfectionem intelligimus, quia in ora vestimentum perficitur; et illi perfecti, qui norunt habitare in unum? Illi perfecti qui legem implent. Quomodo autem impletur lex Christi ab eis qui habitant fratres in unum? Audi Apostolum: *Invicem onera vestra portate, et sic implebitis legem Christi* (Gal 6,2). Haec est ora vestimenti.

gas, y así cumpliréis la ley de Cristo. Esta es la orla o el final del vestido. Pero ¿cómo entenderemos, hermanos míos, de qué final, extremo u orla se habla a la cual pueda descender el ungüento? No creo que quisiera se entendiese la orla o el extremo lateral del vestido, pues hay orla o al final o a los costados. Por tanto, pudo descender el ungüento desde la barba a la orla o extremo que hay en la parte principal del vestido, en donde se halla la abertura del cuello, o sea el gorjal. Tales son los que habitan en uno; de suerte que como la Cabeza del hombre entra por esta orla, abertura o gorjal para vestirse, así también entra por la concordia fraterna Cristo, que es nuestra Cabeza, para vestirse, a fin de que la Iglesia se una a El.

10 [v.3]. ¿Qué más dice? *Como rocío del Hermón que desciende sobre los montes de Sión.* En esto quiso se entendiese, hermanos míos, que, debido a la gracia de Dios, los hermanos habitan unidos; no debido a sus fuerzas ni a sus méritos, sino a la gracia de Dios, que es como rocío del cielo. La tierra no se llueve a sí misma; todo lo que engendra se seca si no desciende de arriba la lluvia. En cierto lugar del salmo se dice: *Lluvia voluntaria derramarás, ¡oh Dios!, para tu heredad.* ¿Por qué la llamó *voluntaria?* Porque no se debe a nuestros méritos, sino al querer o a la voluntad de Dios. Pues ¿qué bien merecimos nosotros pecadores? ¿Qué bien merecimos los inicuos? De Adán procede Adán, y de Adán se originan muchos pecados. Todo el que nace, nace de Adán; condenado de condenado, y, viviendo mal, añade pecados sobre Adán. ¿Qué bien, pues, mereció Adán? Con todo, amó el Misericordioso; amó el Esposo, no a la hermosa, sino

Quomodo, fratres mei, intelligimus, quam oram dicat, quo potuit descendere unguentum? Non puto quod oram vestimenti in lateribus voluit intelligi. Sunt enim orae in lateribus. Sed a barba descendere unguentum ad oram potuit, quae in capite est, ubi aperitur capitium. Tales sunt qui habitant in unum: ut quomodo per oras istas intrat caput hominis, ut vestiat se; sic per concordiam fraternam Christus intrat, qui est caput nostrum, ut vestiatur, ut Ecclesia illi haereat.

10 [v.3]. Quid aliud dicit? *Sicut ros Hermon, qui descendit super montes Sion.* Hoc voluit intelligi, fratres mei, gratiam Dei esse quod fratres habitant in unum; non ex suis viribus, non ex suis meritis, sed ex illius dono, sed ex illius gratia, sicut ros de caelo. Non enim terra sibi pluit, aut non quidquid genuerit arescit, nisi pluvia desuper descendat. Dicit quodam loco in psalmo: *Pluviam voluntariam segregabis, Deus, haereditati tuae* (Ps 67,10). Quare dixit *voluntariam?* Quia non meritis nostris, sed illius voluntate. Quid enim boni meruimus peccatores? quid boni meruimus iniqui? Ex Adam Adam, et super Adam multa peccata nascuntur. Quisquis nascitur, Adam nascitur, damnatus de damnato, et addidit male vivendo super Adam. Quid enim boni meruit Adam? Et

para hacerla hermosa. Luego llamó a la gracia de Dios rocío del Hermón.

11. Debéis saber qué sea el Hermón. Es un monte distante de Jarusalén, es decir, de Sión. Por eso es de extrañar que diga esto el salmista: *Como rocío del Hermón que desciende sobre los montes de Sión,* siendo así que el monte Hermón se halla alejado de Jerusalén, pues se dice que está al otro lado del Jordán. Luego investiguemos qué significa *Hermón.* Es nombre hebreo; y sabemos su significado debido a los que conocen aquella lengua. Hermón se dice que significa *luz encumbrada.* De Cristo procede el rocío, porque ninguna luz fue encumbrada fuera de Cristo. ¿Cómo fue exaltado? Primero en la cruz, después en el cielo. Fue exaltado en la cruz al humillarse, pero su humillación no pudo ser sino elevada. La mayordomía o administración del hombre disminuía cada día más y más; ésta se hallaba simbolizada en San Juan Bautista. La mayordomía de Dios crecía de día en día en nuestro Señor Jesucristo, lo que se da también a conocer por los días de su nacimiento, pues Juan nació, según la tradición de la Iglesia, el 24 de junio, cuando los días comienzan a menguar, y el Señor nació el 25 de diciembre, cuando los días comienzan ya a crecer. Oye al mismo Juan, que dice: *A El le conviene crecer, a mí, sin embargo, disminuir.* También demuestran esto sus pasiones. El Señor fue levantado en la cruz, Juan fue amenguado al cortarle la cabeza. Luego la luz exaltada es Cristo, de donde procede el rocío del Hermón. Todos los que deseáis habitar en unión, ansiad este rocío; se os llueva de aquí.

tamen misericors amavit, et sponsus dilexit, non pluchram, sed ut faceret pulchram. Ergo gratiam Dei dixit rorem Hermon.

11. Sed Hermon quid sit, nosse debetis. Mons est quidam longe disiunctus ab Ierusalem, id est a Sion. Itaque mirum est quod sic ait, *Sicut ros Hermon, qui descendit super montes Sion;* cum mons Hermon longe sit disiunctus ab Ierusalem; nam trans Iordanem esse dicitur. Ergo aliquid interpretatione Hermon quaeramus. Nomen enim hebraeum est, et habemus interpretationem ab eis qui illam linguam noverunt. Hermon interpretari dicitur, Lumen exaltatum. A Christo enim ros: nam nullum lumen exaltatum, nisi Christus. Quomodo exaltatum est? Primo in cruce; postea in caelo. Exaltatus in cruce, cum humiliaretur; sed humiliatio illius non potuit nisi alta esse. Hominis dispensatio minus minusque fiebat, quae significabatur in Ioanne; Dei dispensatio in Domino nostro Iesu Christo crescebat: quod et natalibus eorum ostenditur. Nam ille natus est, sicut tradit Ecclesia, octavo calendas iulias, cum iam incipiunt minui dies: Dominus autem natus octavo calendas iunuarias, quando iam dies incipiunt crescere. Audi ipsum Ioannem confitentem: *Illum oportet crescere, me autem minui* (Io 3,30). Et passiones ipsorum hoc indicant. Dominus in cruce exaltatus est; ille caeso capite deminutus. Ergo lumen exaltatum, Christus: inde est ros Hermon. Sed quicumque vultis habitare

De otro modo no podréis cumplir lo que profesáis, ni podréis atreveros a prometer, a no ser que El hubiere dejado oír su voz; ni podréis permanecer si os falta su alimento o ayuda, pues su alimento desciende sobre los montes de Sión.

12. Los *montes de Sión* son grandes en Sión. ¿Qué es Sión? La Iglesia. Y qué montes hay en ella? Grandes. A quienes simbolizan los montes, a los mismos simboliza la barba, a los mismos simboliza el gorjal del vestido. Sólo se entiende por barba a los perfectos, pues únicamente habitan en unión aquellos en quienes se halla la caridad de Cristo. Porque en quienes no existe la caridad de Cristo, aun cuando habiten en uno, odian, molestan, atormentan, perturban con su malhumor a los demás y andan buscando qué han de decir de ellos. Les acontece lo que al jumento inquieto que se halla uncido al tiro, el cual no sólo no tira, sino que rompe a coces lo que le unce. Pero, si posee el rocío del Hermón, *que baja sobre los montes de Sión,* es manso, reposado, humilde, tolerante y ora en lugar de murmurar, pues los murmuradores se describieron maravillosamente en cierto lugar de la Escritura: *Las entrañas del fatuo son como las ruedas de un carro.* ¿Qué quiere decir: *Las entrañas o el corazón del fatuo son como las ruedas del carro?* Que va cargado de heno y cruje. La rueda del carro no puede por menos de chirriar. Así hay muchos hermanos; sólo habitan en unión en cuanto al cuerpo. Pero ¿quiénes son los que habitan en unión? Aquellos de quienes se dice: *Unicamente había en ellos un alma y un solo corazón en Dios; y nadie tenía cosa propia, sino que todas las*

in unum, optate rorem istum, compluimini inde. Alioquin non poteritis tenere quod profitemini, nec profiteri audere poteritis, nisi ille intonuerit; nec permanere poteritis, nisi eius sagina non desit vobis: ipsa enim sagina descendit super montes Sion.

12. Iam *montes Sion,* magni in Sion. Quid est Sion? Ecclesia. Et qui ibi sunt montes? Magni. Quos significant montes, hos significat barba, hos significat ora vestimenti. Barba non intelligitur nisi in perfectis. Non ergo habitant in unum, nisi in quibus perfecta fuerit charitas Christi. Nam in quibus non est perfecta charitas Christi, et eum in uno sint, odiosi sunt, molesti sunt, turbulenti sunt, anxietate sua turbant caeteros, et quaerunt quid de illis dicant; quomodo in iunctura inquietum iumentum non solum non trahit, sed et frangit calcibus quod iunctum est. Si autem habet rorem Hermon, *qui descendit super montes Sion,* quietus, placatus, himilis, tolerans, pro murmure precem fundit. Nam murmuratores omnes magnifice descripti sunt quodam loco Scripturarum: *Praecordia fatui sicut rota carri* (Eccl 33,5). Quid est, *Praecordia fatui sicut rota carri?* Fenum portat, et murmurat: non enim potest rota carri quiescere a murmure. Sic sunt multi fratres; non habitant in unum nisi corpore. Sed qui sunt qui habitant in unum? Illi de quibus dictum est, *Et erat illis anima una et cor unum in Deum: et nemo dicebat aliquid*

cosas les eran comunes. Han sido designados, han sido descritos, los que pertenecen a la barba, los que pertenecen al gorjal del vestido, los que son contados entre los montes de Sión. Si allí existen algunos murmuradores, se acuerden de lo que el Señor dijo: *Uno será tomado y otro dejado.*

13. *Pues allí preceptuó Dios la bendición.* ¿En dónde la preceptuó? Entre los hermanos que habitan en unión. Allí prescribió la bendición, allí bendicen al Señor los que habitan en armonía. Porque en la discordia no bendices al Señor. Sin razón dices que tu lengua alaba a Dios si el corazón está callado; con la boca bendices y con el corazón le maldices. *Con su boca bendecían y con su corazón maldecían,* dice un salmo. ¿Por ventura son palabras mías? Aquí se señaló a algunos. Bendices a Dios cuando oras, y, prosiguiendo en tu plegaria, maldices a tu enemigo. Pero atiende; esto es lo que oíste del Señor: *Amad a vuestros enemigos.* Si obras, y amas a tu enemigo de suerte que ores por él, *allí ordenó Dios su bendición,* y tendrás allí *la vida por el siglo,* es decir, eternamente. Muchos, amando esta vida, maldicen a sus enemigos. ¿Y por qué? Por esta vida, por los intereses mundanos. ¿En qué te oprimió tu enemigo para que te veas obligado a maldecirle? ¿Te afligió en la tierra? Emigra de ella; habita en el cielo. "¿Cómo—dices—habitaré en el cielo siendo carne, entregado a la carne?" Precede con el corazón para que sigas con el cuerpo. No oigas haciéndote el sordo: *¡Arriba los corazones!* Ten tu corazón arriba, y nadie te contristará en el cielo. De aquí que prosigue admirablemente el salmo siguiente.

suum esse, sed erant illis omnia communia (Act 4,32). Designati sunt, descripti sunt, qui pertineant ad barbam, qui pertineant ad oram vestimenti, qui numerentur inter montes Sion. Et si ibi alii numeratores, meminerint dicti Domini: *Unus assumetur, et unus relinquetur* (Mt 24,40).

13. *Quoniam ibi mandavit Dominus benedictionem.* Ubi mandavit? In fratribus qui habitant in unum. Ibi praecepit benedictionem, ibi benedicunt Dominum qui habitant concorditer. Nam in discordia non benedicis Dominum. Sine causa dicis quia lingua tua sonat benedictionem Domini, si corde non sones: ore benedicis, et corde maledicis. *Ore suo benedicebat, et corde suo maledicebat* (Ps 61,5). Numquid verba nostra sunt? Significati sunt quidam. Benedicis Dominum, cum oras; et sequeris in prece tua, et maledicis inimico tuo. Hoc est quod audisti ab ipso Domino, *Diligite inimicos vestros?* Si autem facias, et diligas inimicum tuum, et ores pro eo, *ibi mandavit Dominus benedictionem suam;* ibi habebis *vitam in saeculum,* id est in aeternum. Multi enim amantes vitam istam, maledicunt inimicis suis: pro qua re, nisi pro ista vita, nisi pro commodis saecularibus? Ubi te angustavit inimicus tuus, ut cogaris maledicere? In terra angustatus es; migra, habita in caelo. Quomodo, inquies, habito in caelo, homo carne indutus, carni deditus? Corde praecede, quo sequaris corpore. Noli surdus audire, Sursum corda. Sursum cor habe, et nemo te angustabit in caelo. Et ideo bene sequitur alius psalmus:

SALMO 133

[ACCIÓN DE GRACIAS PARA LA TARDE]

1 [v.1]. *Ea, ahora es tiempo de bendecir al Señor todos los siervos del Señor, los que estáis en la casa del Señor, en los atrios de la casa de nuestro Dios.* ¿Por qué añadió *en los atrios?* Los atrios son las piezas más amplias de la casa. El que está en los atrios o en los zaguanes, no es estrechado ni oprimido, en cierto modo se halla dilatado. Permanece en la anchura, y podrás amar a tu enemigo, porque no amas las cosas por las que puedes padecer estrecheces de parte de tus enemigos. ¿Cómo sabrás que estás en los atrios? Permanece en la caridad, y estarás en los atrios. En la caridad se halla la holgura, y en el odio la estrechez. Oye al Apóstol: *Ira, indignación, tribulación y angustia (habrá) en toda alma del hombre que obra lo malo.* ¿Y qué dice de la anchura de la caridad? *Que la caridad de Dios se difundió en nuestros corazones por el Espíritu Santo que nos ha sido dado.* Al oír difusión, entiende anchura; al oír anchura, piensa en los atrios del Señor, y tendrás la verdadera bendición del Señor al no maldecir a tus enemigos. El Espíritu Santo habla aquí a los que padecen tribulación; y, exhortándoles a que se gloríen en ella, les dice: *Ea, ahora es tiempo de bendecir al Señor todos los siervos del Señor.* ¿Qué quiere decir: *Ea, ahora?* En este tiempo. Porque, pasadas las tribulaciones, es evidente que nos dedicaremos a bendecir al Señor, conforme se dijo: *Bien-*

PSALMUS 133

SERMONIS SUPERIORIS CONTINUATIO

1 [v.1]. *Ecce nunc benedicite Dominum, omnes servi Domini, qui statis in domo Domini, in atriis domus Dei nostri.* Quare addidit, *in atriis?* Atria ampliora spatia domus intelliguntur. Qui stat in atriis non angustatur, non premitur; quodam modo dilatatur. In latitudine mane, et potes diligere inimicum tuum; quia non ea diligis, ubi ab inimico angustias patiaris. Quomodo intelligeris stare in atriis? Sta in charitate, et stas in atriis. In charitate latitudo est, in odio angustia. Audi Apostolum: *Ira et indignatio, tribulatio et angustia in omnem animam hominis operantis malum* (Rom 2,8.9). De latitudine autem charitatis quid dicit? *Quoniam charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis* (ib. 5,5). Ubi audis diffusionem, intellige latitudinem; ubi audis latitudinem, intellige atria Domini; et habebis veram benedictionem Domini, quando non maledicis inimicis. Alloquitur enim Spiritus eos qui patiuntur tribulationem, ut glorientur in tribulationibus; et dicit eis, *Ecce nunc benedicite Dominum, omnes servi Domini.* Quid est, *Ecce nunc?* In hoc tempore. Nam post transactas tribulationes, manifestum est quia benedictioni Domini vocabimus, ut dictum

aventurados los que moran en tu casa; por los siglos de los siglos te alabarán. Los que entonces han de bendecir sin descanso, comienzan ahora a bendecir al Señor; aquí, en las tribulaciones, en las tentaciones, en las incomodidades, en las adversidades del siglo, en medio de las insidias del enemigo, en medio de los engaños y las acometidas del diablo. Esto es *Ea, ahora es tiempo de bendecir al Señor todos los siervos del Señor que estáis en la casa del Señor.* ¿Qué significa *los que estáis?* Los que perseveráis. Pues se dijo de uno que fue arcángel: *No permaneció en la verdad;* y asimismo se dijo del amigo del esposo: *El amigo del esposo permanece en pie, y le oye, y se alegra gozoso oyendo la voz del esposo.*

2 [v.2]. Luego *los que estáis en la casa del Señor, en los atrios de la casa de nuestro Señor, por las noches levantad vuestras manos hacia el santuario y bendecid al Señor.* Es fácil bendecir durante el día. ¿Qué significa "durante el día"? En los acontecimientos prósperos. La noche es el suceso triste, y el día el alegre. Cuando te va bien, bendices al Señor. Cuando deseas un hijo y te nace, bendices al Señor. Se libró tu esposa del peligro del parto, bendices al Señor. Estaba tu hijo enfermo, sana, bendices al Señor. Pero está tu hijo enfermo, quizá consultaste al adivino, al agorero; tal vez prorrumpiste en alguna maldición contra el Señor, no verbal, sino de acción, maldición de costumbres, maldición de un mal vivir; no te glories porque bendices con la lengua si maldices con el modo de vivir. " ¿Cómo—dices—maldigo con mi vida?" Porque se contempla tu vida y se dice: "Ve qué cristiano, ve cuáles son los cristianos." Por ti se blas-

est: *Beati qui habitant in domo tua; in saecula saeculorum laudabunt te* (Ps 83,5). Qui tunc benedicturi sunt sine defectu, hic incipiunt benedicere Dominum; hic in tribulationibus, in tentationibus, in molestiis, inter adversitates saeculi, inter insidias inimici, inter fraudes et impetus diaboli. Hoc est, *Ecce nunc benedicite Dominum, omnes servi Domini, qui statis in domo Domini.* Quid est, *qui statis?* Qui perseveratis. Quia dictum est de quodam, qui archangelus fuit, *Et in veritate non stetit* (Io 8,44): et dictum est de amico sponsi, *Amicus autem sponsi stat, et audit eum, et gaudio gaudet propter vocem sponsi* (ib 3,29).

2 [v.2]. Ergo, *Qui statis in domo Domini, in atriis domus Dei nostri, in noctibus extollite manus vestras in sancta, et benedicite Dominum.* Facile est benedicere in diebus. Quid est, in diebus? In rebus prosperis. Nox enim tristis res est; dies res est laeta. Quando tibi bene est, benedicis Dominum. Quando filium desideras et nascitur, benedicis Dominum. Liberata est uxor tua a periculo partus; benedicis Dominum. Aegrotabat filius, liberatur; benedicis Dominum. Aegrotabat filius; forte quaesisti mathematicum, sortilegum: forte non de lingua, sed de moribus tuis exiit maledictio in Dominum; exiit de moribus et vita tua. Noli gloriari quia lingua benedicis, si vita maledicis. Quomodo, inquis, vita maledico? Quia attenditur vita tua, et dicitur: Ecce christianus, ecce quales sunt

fema contra Cristo. ¿De qué te sirve que bendigas con la lengua, si maldices con tu vida? Luego bendecid al Señor. ¿Cuándo? *En las noches.* ¿Cuándo bendijo Job? En la noche lóbrega. Le quitaron todo cuanto poseía; le arrebataron los hijos, para quienes lo conservaba. ¡Qué noche tan lúgubre! Pero veamos si, con todo, no bendice en la noche: *El Señor me lo dio, el Señor me lo quitó; como al Señor le agradó, así se hizo. Bendito sea el nombre del Señor.* ¡Qué noche tan triste! Ulcerado de pies a cabeza, se deshacía en podredumbre. Entonces Eva se atrevió a tentarle, diciéndole: *Di algo contra Dios y muérete.* Oye al que bendice en la noche: *Hablaste como una de las mujeres necias. Si hemos recibido los bienes de la mano del Señor, ¿no soportaremos los males?* Ved ahí lo que significa: *En las noches levantad vuestras manos hacia el santuario y bendecid al Señor.* ¿Qué dijo Job? *Hablaste como una de las mujeres necias.* Adán, podrido, rechazó a Eva, como si le hubiera dicho: "Baste que por ti me hice mortal. Pudiste más en el paraíso, pero eres vencida en el estercolero." ¡Sublime gracia de Dios! Pero ¿de dónde procedió esto? De que había llovido sobre su alma el rocío del Hernón y el Señor le había dado la suavidad para que nuestra tierra produjera su fruto. *En las noches, elevad vuestras manos hacia el santuario y bendecid al Señor.*

3 [v.3]. *El Señor, que hizo el cielo y la tierra, te bendiga desde Sión.* Exhorta a muchos a que bendigan y bendice a uno, porque El, de muchos, hace uno, puesto que *es bueno y agrada-*

Christiani. Blasphematur propter te Christus. Ecce cum vita tua maledicat, quid prodest quod lingua tua benedicit? Benedicite ergo Dominum. Quando? *In noctibus.* Quando benedixit Iob? Quando tristis nox erat. Ablata sunt omnia quae possidebantur; ablati filii quibus servabantur: quam tristis nox! Sed videamus si non in nocte benedicit: *Dominus dedit, Dominus abstulit; sicut Domino placuit ita factum est: sit nomen Domini benedictum* (Iob 1,14-21). Quam nox atra! Percussus ulcere a capite usque ad pedes, putrefactus liquescebat in se. Tunc Eva ausa est eum tentare: *Dic aliquid in Deum tuum, et morere.* Audi benedicentem in noctibus: *Locuta es,* inquit, *quasi una ex insipientibus mulieribus. Si bona suscepimus de manu Domini, mala non tolerabimus?* (Iob 2,7-10). Ecce quid est, *In noctibus extollite manus vestras in sancta, et benedicite Dominum.* Quid dixit Iob? *Locuta es tanquam una ex insipientibus mulieribus.* Adam putris repulit Evam, tanquam dicens: Sufficiat quod propter te mortalis effectus sum. Valueras in paradiso, sed vinceris in stercore. Magna gratia Dei! Sed unde hoc, nisi quia ros Hermon compluerat illam animam, et dederat Dominus suavitatem, ut terra nostra daret fructum suum? (Ps 84,13). *In noctibus extollite manus vestras in sacta, et benedicite Dominum.*

3 [v.3]. *Benedicat te Dominus ex Sion, qui fecit caelum et terram.* Plures hortatur ut benedicant, et ipse unum benedicit, quia ex pluribus unum fecit; quia *bonum et iucundum* est *habitare fratres in unum*

ble habitar los hermanos en uno. La palabra *hermanos* está en plural, y *vivir en uno* en singular; por eso dice: *Te bendiga desde Sión el Señor, que hizo el cielo y la tierra.* Nadie de nosotros diga: "A mí no me alcanza la bendición." ¿Sospechas quién es aquel uno a quien dijo: *Te bendiga el Señor desde Sión?* Bendijo a la unidad; sé tú uno y te llegará la bendición.

SALMO 134

[Canto de acción de gracias]

Sermón al pueblo

1 [v.1]. Debe sernos dulce en extremo y debe regocijarnos aquello a lo que nos exhorta este salmo. Comienza así: *Alabad el nombre del Señor.* A continuación explica por qué es justo que alabemos el nombre del Señor, diciendo: *Alabad, siervos, al Señor.* ¿Qué cosa más justa, qué más digna, qué más grata? En efecto, si los siervos no alabasen al Señor, serían soberbios, ingratos, impíos. ¿Y qué consiguen no alabando al Señor? Percibirle terrible. El siervo ingrato no consigue, por no querer alabar al Señor, no ser siervo. Alabes o no alabes, eres siervo; pero, si le alabas, le tendrás propicio; si no le alabas, le ofenderás. Luego la exhortación es buena y útil; de aquí que debemos poner más empeño en ver cómo debe ser alabado Dios que en vacilar en alabarle. Luego *alabad el nombre del Señor.* El salmo, el profeta, el Espíritu de Dios y, por fin, el mismo Señor, nos

(Ps 132,1). Pluralis numerus, *fratres;* sed singularis *habitare in unum:* ideo, *Benedicat te Dominus ex Sion, qui fecit caelum et terram.* Nemo vestrum dicat: Ad me non pervenit. Putas quis est quem dixit, *Benedicat te Dominus ex Sion?* Unum benedixit: esto unum, et pervenit ad te benedictio.

PSALMUS 134

Sermo ad plebem

1 [v.1]. Valde dulce nobis esse debet, et dulce nobis esse gaudendum est, quo nos psalmus iste cohortatur. Dicit enim: *Laudate nomen Domini.* Causamque ipsam quare iustum sit ut laudemus nomen Domini, continuo subiecit: *Laudate, servi, Dominum.* Quid iustius? quid dignius? quid gratius? Etenim si non laudaverint servi Dominum; superbi, ingrati, irreligiosi erunt. Et quid faciunt non laudando Dominum, nisi ut severum sentiant Dominum? Neque enim servus ingratus, si Dominum suum laudare noluerit, ideo efficit ut servus non sit. Laudes, non laudes, servus es: sed si laudes, propitiabis; si non laudes, offendes. Bona ergo exhortatio et utilis; unde magis satagere debemus quemadmodum laudandus sit Deus, quam dubitare laudandum. *Laudate ergo nomen Domini.* Hortatur nos Psalmus, hortatur non Propheta, hortatur nos Spiritus Dei, hortatur postremo nos ipse Dominus, ut laudemus Dominum. Non

exhortan a alabar a Dios. Dios no crece con nuestras alabanzas, sino nosotros. Dios ni se hace mejor porque le alabes ni peor porque le vituperes; pero tú, alabando al bien, serás mejor; vituperándolo, peor. Sin embargo, El permanece bueno como es. Si El enseña a sus siervos, a los que le sirven bien o merecen bien de El, a los predicadores de su palabra, a los rectores de su Iglesia, a los que reverencian su nombre, a los que cumplen sus preceptos, que retengan en su conciencia la dulzura de su vida buena para que no se corrompan con las alabanzas ni se quiebren con los reproches de los hombres, ¿cuánto más el Inmutable, que está sobre todas las cosas y que enseña todo esto, no se hará ni mayor porque le alabes ni menor porque le vituperes? Pero como a nosotros nos conviene alabar al Señor, misericordiosamente manda que le alabemos sin arrogancia. Oigamos lo que dice: *Alabad el nombre del Señor; alabad, siervos, al Señor.* Nada extraordinario hacéis alabando los siervos al Señor, pues si deberíais alabar al Señor aun cuando siempre fueseis siervos, ¿cuánto más debéis alabar, siendo siervos, al Señor para que merezcáis ser también hijos?

2 [v.2]. Pero como se escribió en otro salmo: *A los rectos conviene la alabanza;* y también en otro sitio: *No es hermosa la alabanza en la boca de los pecadores;* y asimismo se dice en otro salmo: *El sacrificio de alabanza me glorificará; y allí está el camino en el cual le mostraré la salud de Dios;* y, por consiguiente, asimismo se consigna: *Dios dijo al pecador: "¿Por qué cuentas tú mis justicias y tomas mi alabanza en tu boca? Tú aborreciste*

enim laudibus nostris ille crescit, sed nos. Deus nec melior fit, si laudaveris; nec deterior, si vituperaveris: sed tu laudando bonum, melior eris; vituperando, deterior: bonus autem ille manet, ut est. Si enim servos suos ipsos bene de se meritos, praedicatores verbi sui, rectores Ecclesiae suae, veneratores nominis sui, obtemperatores mandati sui id docet, ut in conscientia sua habeant dulcedinem bonae vitae suae, ne corrumpantur laudibus, ne frangantur vituperationibus hominum; quanto magis ipse incommutabilis super omnia qui haec docet, non utique maior fit si laudaveris, nec minor si vituperaveris? Sed quoniam nobis expedit laudare Dominum, misericorditer iubet ut laudemus eum, non arroganter. Audiamus ergo quod dicit: *Laudate nomen Domini, laudate, servi, Dominum.* Nom enim aliquid incongruum facitis, laudando servi Dominum: etsi semper tantummodo servi essetis, deberetis laudare Dominum; quanto magis debetis laudare Dominum servi, ut esse mereamini et filii?

2 [v.2]. Sed quoniam scriptum est in alio psalmo, *Rectos decet laudatio* (Ps 32,1); et item alibi scriptum est, *Non est speciosa laus in ore peccatoris* (Eccl 15,9); itemque alibi dicitur, *Sacrificium laudis glorificabit me, et ibi via est in qua ostendam illi salutare Dei;* et consequenter, *Peccatori autem dixit Deus, Utquid tu enarras iustitias meas, et assumis testamentum meum per os tuum? Tu autem odisti disciplinam, et proie-*

la enseñanza y echaste a tus espaldas mis palabras", para que no suceda que quizá alguno, porque se dijo: *Alabad, siervos, al Señor,* piense, dado el caso que hubiere en esta gran casa algún mal siervo, que le aprovecha la alabanza del Señor, a seguida enseña quiénes son los que deben alabar al Señor, diciendo: *Los que estáis en la casa del Señor, en los atrios de la casa de nuestro Dios.* Los que estáis de pie, no los que os desplomáis. Se dice que están en pie los que perseveran en sus preceptos, los que sirven a Dios con fe no fingida, con esperanza firme y con caridad sincera; los que honran a su Iglesia y no escandalizan con su mal vivir a los que quieren venir a ella y encuentran en el camino piedras de tropiezo. Luego *los que estáis en la casa del Señor, alabad el nombre del Señor.* Sed agradecidos; estabais fuera, y ahora ya estáis dentro. ¿Os parece poco estar en donde debe ser alabado el que os levantó de la postración y os hizo estar en su casa y conocerle y alabarle? ¿Por ventura es un pequeño beneficio el que estemos en la casa del Señor? Mientras estamos aquí, en esta peregrinación, en esta casa, que también se denomina tabernáculo o tienda de peregrinación, ¿debemos ser poco agradecidos por estar aquí? ¿Por ventura no ha de pensarse que estamos aquí? ¿No ha de pensarse que fuimos hechos? ¿No ha de pensarse en dónde yacíamos y de dónde fuimos recogidos? ¿No ha de pensarse que ningún impío buscaba al Señor, y que El buscó a los que no le buscaban, y que El, hallándolos, los levantó, y levantados los llamó, y llamados los introdujo y los hizo estar en su casa? Todo el que piensa estas cosas y no es

cisti sermones meos post te (Ps 49,23.16.17): ne forte quisquam, quoniam dictum est, *Laudate, servi, Dominum,* etiamsi in domo ista magna fuerit malus servus, putet sibi prodesse laudem Domini, continuo quales sint qui laudare debeant Dominum, subiicit et docet: *Qui statis in domo Domini, in atriis domus Dei nostri. Qui statis,* non qui ruitis. Illi autem stare dicuntur, qui in mandatis eius perseverant, qui in fide non ficta, et spe firma, et charitate sincera serviunt Deo, et honorant Ecclesiam eius, et non dant offensionem male vivendo, eis qui venire volunt, et in via lapides offensionis inveniunt. Ergo, *Qui statis in domo Domini, laudate nomen Domini.* Grati estote; foris eratis, et intus statis. Quia ergo statis, parumne est vobis, ubi laudandus est qui vos erexit iacentes, et fecit in domo sua stare, et ipsum agnoscere, ipsumque laudare? parvumne hoc beneficium est, quod stamus in domo Domini? Hic interim, in hac peregrinatione, in hac domo, quod etiam peregrinationis tabernaculum dicitur, quia hic stamus, numquid parum grati esse debemus? Nonne cogitandum est quia hic stamus? nonne cogitandum est quid facti fuerimus? nonne cogitandum est ubi iacebamus, et quo collecti sumus? nonne cogitandum est quia omne impii Dominum non quaerebant, et ipse illos non quaerentes quaesivit, ipse inventos excitavit, ipse excitatos vocabit, ipse vocatos introduxit, et in domo sua stare fecit? Haec quisquis cogitat et ingratus non est, omnino despicit se prae amore Domini sui, a quo sibi tanta

desagradecido, se anonada por completo a sí mismo ante el amor de su Señor, por quien le fueron dados tantos dones; y como no tiene nada con qué pagar a Dios por tantos beneficios, únicamente le resta darle gracias, no recompensarle. A la acción de gracias pertenece *tomar el cáliz del Señor e invocar su santo nombre.* Porque ¿qué cosa retribuirá el siervo al Señor por todos los beneficios que recibió de él? Luego *los que estáis en la casa del Señor, en los atrios de la casa de nuestro Dios, alabad al Señor.*

3 [v.3]. ¿Diré por qué alabáis? *Porque el Señor es bueno.* Brevemente, en una palabra, se explicó el motivo de alabar al Señor, Dios nuestro: porque *el Señor es bueno.* Pero es bueno no como son buenas todas las cosas que hizo, pues *Dios hizo todas las cosas sobremanera buenas.* No sólo buenas, sino muy buenas. Hizo el cielo, y la tierra, y todas las cosas buenas que en ellos se contienen, y las hizo sobremanera buenas. Si hizo buenas todas las cosas, ¿cuál será el que las hizo? Pues, habiéndolas hecho buenas, es mucho mejor el que las hizo que las mismas cosas que hizo. Por tanto, no encontrarás cosa mejor que puedas decir de El sino *bueno es el Señor,* si comprendes perfectamente el bien por el cual son buenas todas las demás cosas. Todas las cosas buenas las hizo El; pero El es bueno a quien nadie hizo. El es bueno por su propio bien, no por participación de otro bien. El es el bien por su mismo bien, sin adherirse a otro bien. *A mí me es bueno unirme a Dios,* el cual no necesitó de nadie por el que fuera hecho bueno; sin embargo, las demás cosas necesitan de El para ser buenas. ¿Queréis saber cuán particularmente es

praestita sunt: et quoniam non habet quid pro tantis beneficiis Deo retribuat, quid ei restat nisi gratias agere, non rependere? Ad ipsam gratiarum actionem pertinet, et calicem Domini accipere, et nomen eius invocare. Nam quid retribuat Domino servus, pro omnibus quae retribuit illi? (Ps 115,12.13). Ergo, *Qui statis in domo Domini, in atriis domus Dei nostri, laudate Dominum.*

3 [v.3]. Quid dicturus sum quare laudetis? *Quoniam bonus Dominus.* Breviter uno verbo explicata est laus Domini Dei nostri: *Bonus Dominus.* Sed bonus, non ut sunt bona quae fecit. Nam fecit Deus omnia bona valde (Gen 1,31): non tantum bona, sed et valde. Caelum et terram et omnia quae in eis sunt bona fecit, et valde bona fecit. Si haec omnia bona fecit, qualis est ille qui fecit? Et tamen cum bona fecerit, multoque sit melior qui fecit, quam ista quae fecit; non invenis melius quod de illo dicas nisi *quia bonus est Dominus:* si tamen intelligas proprie bonum, a quo sunt caetera bona. Omnia enim bona ipse fecit: ipse est bonus quem nemo fecit. Ille bono suo bonus est; non aliunde participato bono: ille seipso bono bonus est, non adhaerendo alteri bono. Mihi autem adhaerere Deo bonum est (Ps 72,28), qui non eguit a quo fieret bonus; sed eguerunt illo caetera ut fierent bona. Vultis audire quam singulariter ille sit bonus? Dominus interrogatus dixit, *Nemo bonus, nisi unus Deus* (Mt 19,17). Hanc singularita-

bueno? Al ser interrogado el Señor, dijo: *Uno solo es el bueno, Dios.* No quiero pasar como por ascuas esta peculiaridad de su bondad, pero no tengo capacidad para ponderarla suficientemente. Temo que, si paso a la ligera esto, sea ingrato; y asimismo temo que, al pretender explicar esta bondad, me fatigue con el peso de tan inmensa alabanza de Dios. Así, pues, hermanos, tenedme por el que alaba, pero no lo suficiente; para que, si no llega a ser completa la explicación de su alabanza, se acepte a lo menos el fervoroso empeño del que desea alabar. Me apruebe El haberlo querido y me perdone El no haberlo conseguido.

4. Me inundo de inefable dulzura cuando oigo: *Bueno es el Señor;* y, considerando todas las cosas y examinando las que veo fuera, puesto que de El son todas, aunque me agraden, me vuelvo hacia Aquel por quien existen para entender *que el Señor es bueno.* Por otra parte, cuando me adentro en El en cuanto puedo, le encuentro más dentro que yo, superiror a mí, porque de tal modo es bueno el Señor, que no necesita de estas cosas para ser bueno. En fin, no alabo estas cosas sino por El; sin embargo, a El le encuentro sin estas cosas perfecto, excelente, inmutable, sin necesidad de buscar el bien de nadie por el que aumente, ni temer el mal de ninguno por el que disminuya. ¿Y qué más diré? En la creación encuentro un cielo bueno, un sol bueno, una luna buena, unas estrellas buenas, una tierra buena; y buenas las cosas que proceden de la tierra y que se hallan fijas a ella por las raíces; y buenos los seres que se mueven y andan, y buenos los que vuelan en el aire y nadan en las aguas. También digo que el hombre es

tem bonitatis eius, et praeterire breviter nolo, et commendare congrue non sufficio. Metuo ne si hinc cito transiero, ego ingratus inveniar: item metuo ne hoc cum explincandum suscepero, sub tanta laudis dominicae sarcina defatiger. Sic tamen, fratres, accipite me et laudantem et non sufficientem, ut etiamsi non impletur illius laudis explicatio, acceptetur laudatoris devotio. Approbet me ipse voluisse, ignoscat non implevisse.

4. Ineffabili dulcedine teneor, cum audio, *Bonus Dominus;* consideratisque omnibus et collustratis quae forinsecus video, quoniam ex ipso sunt omnia, etiam cum mihi haec placent, ad illum redeo a quo sunt, ut intelligam *quoniam bonus est Dominus.* Rursum, cum ad illum, quantum possum, ingressus fuero, interiorem mihi et superiorem invenio; quia sic bonus est Dominus, ut istis non indigeat quo sit bonus. Denique ista non laudo sine illo; illum autem sine istis perfectum, non indigum, incommutabilem, nullius bonum quaerentem quo augeatur, nullius malum timentem quo minuatur, invenio. Et quid dicam amplius? Invenio in creatura caelum bonum, solem bonum, lunam bonam, stellas bonas; terram bonam, quae gignuntur in terra in radicibus nixa sunt, bona; quae ambulant et moventur, bona; quae volitant in aere et natant in aquis, bona. Dico et hominem bonum: *Homo* enim *bonus de bono thesauro*

bueno, *pues el hombre bueno saca cosas buenas del tesoro de su corazón.* Asimismo, digo que el ángel es bueno; el que no cayó por la soberbia ni se hizo diablo, pues se adhiere por la obediencia a Aquel por el cual fue hecho. Digo que todas estas cosas son buenas; pero, sin embargo, las nombré con sus nombres, diciendo: cielo bueno, ángel bueno, hombre bueno; no obstante, cuando hablo de Dios, creo mejor no decir más que es bueno. El mismo Señor Jesucristo dijo: *Hombre bueno;* y asimismo dijo: *Uno solo es bueno, Dios.* ¿Por ventura no nos estimuló a indagar y distinguir qué sea el bien bueno por otro bien, y el bien bueno por sí? Luego ¡Cuán bueno es Aquel por el cual todas las cosas son buenas! No encontrarás en absoluto ningún bien que no sea bien si no es por El. Así como es propio del bien hacer cosas buenas, así también le es propio ser bien. Las cosas que hizo existen; sin embargo, no le injuriamos cuando decimos que no existen. Si no existen, ¿cómo las hizo? ¿Qué hizo, si es que no existe lo que hizo? Existiendo las cosas que hizo, al compararlas a El, dijo como si El solo existiese: *Yo soy el que soy, y así dirás a los hijos de Israel: "El que Es me envió a vosotros".* No dijo: "El Señor Dios, omnipotente, misericordioso y justo". Si lo hubiera dicho, ciertamente hubiera dicho verdad. Quitando del medio todos aquellos nombres con los que pudiera ser llamado y denominado Dios, dijo que se llamaba *ser;* y como si éste fuese su propio nombre, dice: *Esto les dirás: "El que Es me envió".* Así, pues, El es; de tal suerte, que, en comparación de El, todas las cosas que han sido hechas no son. No comparándolas a El, son, porque

cordis sui profert bonum (ib. 12,35). Dico et angelum bonum, qui non est lapsus superbia et diabolus factus est; sed inhaeret obediendo ei a quo factus est. Omnia ista dico bona, sed tamen cum suis nominibus; caelum bonum, angelum bonum, hominen bonum: ad Deum autem cum me refero, puto melius nihil dicere quam bonum. Ipse quippe Dominus Iesus Christus dixit, *Homo bonus;* et ipse item dixit, *Nemo bonus, nisi unus Deus.* Nonne stimulavit nos ad quaerendum et ad distinguendum quid sit bonum alio bono bonum, et bonum seipso bonum? Quam ergo bonum est a quo sunt omnia bona? Omnino nullum invenias bonum quod non ab illo sit bonum. Bonum bona faciens sicuti est proprie, sic et bonum est proprie. Neque enim ea quae fecit, non sunt; aut iniuria illi fit, cum dicimus non esse quae fecit. Quare enim fecit, si non sunt quae fecit? aut quid fecit, si non est quod fecit? Cum ergo sint et illa quae fecit, venitur tamen ad illius comparationem; et tanquam solus sit, dixit, *Ego sum qui sum;* et, *Dices filiis Israel, Qui est, misit me ad vos.* Non dixit, Dominus Deus ille omnipotens, misericors, iustus: quae si diceret, utique vera diceret. Sublatis de medio omnibus quibus appellari posset est dici Deus, ipsum esse se vocari respondit; et tanquam hoc esset ei nomen: *Hoc dices eis,* inquit, *Qui est, misit me.* Ita enim ille est, ut in eius comparatione ea quae facta sunt, non sint. Illo non comparato, sunt; quoniam ab illo sunt: illi autem comparata, non sunt, quia verum esse, incommu-

son por El; comparándolas a El, no son, porque es cierto que es el Ser inmutable, el cual es El únicamente. Es, pues, el Ser, como el bien de bienes es el Bien. Pensad y ved que toda otra cosa que alabéis, la alabáis porque es buena. Está loco el que alaba lo que no es bueno. Si alabas al inicuo por ser inicuo, ¿por ventura no eres también tú inicuo? Si alabas al ladrón por ser ladrón, ¿acaso no te haces tú participante de él? Si alabas al justo por ser justo, ¿por ventura no tienes tú, alabando, parte con él? No alabarías al justo si no le amases; y no le amarías si no tuvieses nada con él. Luego si todo aquello que alabamos lo alabamos porque es bueno, ningún otro motivo mayor, mejor y más firme se te puede dar para alabar a Dios que el ser bueno. *Luego alabad al Señor, porque es bueno.*

5. ¿Por cuánto tiempo seguiré hablando de su bondad? ¿Quién concebirá o comprenderá cuán bueno es el Señor? Entremos dentro de nosotros mismos y le conozcamos en nosotros, y en las obras alabemos al Artífice, porque no somos capaces de conocerle en sí, y, si en alguna ocasión lo fuésemos, lo seremos al ser purificado nuestro corazón por la fe, para que, por último, se goce con la verdad. Mas, como ahora no podemos verle, veamos sus obras a fin de no quedarnos sin alarbarle. Dije: *Alabad al Señor, porque es bueno; salmead a su nombre, porque es suave.* Quizás sería bueno y no suave si no te diese poder gustarle. Sin embargo, se ofreció tal a los hombres, que para enviarles pan del cielo entregó a su Hijo, igual a El, que es lo mismo que El, para hacerse hombre y ser matado en provecho de los hombres, a fin de

tabile esse est, quod ille solus est. Est enim est, sicut bonorum bonum, bonum est. Cogitate, et videte quoniam quidquid aliud laudatis, ideo laudatis quia bonum est. Insanit qui laudat quod non est bonum. Si laudes iniquum eo ipso quo iniquus est, nonne et tu iniquus eris? Si laudes furem eo ipso quo fur est, nonne et tu particeps eris? Si laudes iustum in eo ipso quo iustus est, nonne et tu habes inde partem laudando? Non enim laudares iustum, nisi amares; non amares, si nihil inde haberes. Si ergo quidquid aliud laudamus, ideo laudamus, quia bonum est; nulla tibi maior causa et melior et firmior dari potuit quare laudes Deum, nisi quia bonus est. Ergo, *Laudate Dominum, quoniam bonus est.*

5. Quamdiu dicamus eius bonitatem? Quis corde concipiat aut complectatur quam bonus sit Dominus? Sed ad nos redeamus, et in nobis illum agnoscamus, et in operibus artificem laudemus; quia ipsum contemplari idonei non sumus: et si contemplari idonei aliquando erimus, cum fuerit mundatum cor nostrum fide, ut postremo gaudeat veritate; nunc quoniam ipse a nobis videri non potest, opera eius videamus, ne sine eius laude remaneamus. Ergo dixi, *Laudate Dominum, quoniam bonus est; psallite nomini eius, quoniam suavis est.* Forte esset bonus et suavis non esset, si tibi non daret posse gustare. Talem autem se praebuit hominibus, ut etiam panem de caelo miserit (Io 6,32-51), et Filium suum aequalem, qui hoc est quod ipse, dederit hominem faciendum, et pro

que por lo que tú eres gustes lo que no eres. Mucho era para ti gustar la suavidad de Dios, porque se hallaba distante y demasiado alta, y tú demasiado bajo y yaciendo en el abismo. En medio de esta inmensa separación envió al Mediador. Tú, hombre, no podías llegar a Dios; entonces Dios se hizo hombre, y de este modo se hizo el Mediador de los hombres, el hombre Cristo Jesús, para que, si como hombre puedes acercarte al hombre y no puedes a Dios, por el hombre te acerques a Dios. Pero si únicamente fuese hombre, yendo en pos de lo que eres, jamás llegarías a Dios. Si sólo fuese Dios, no comprendiendo lo que no eres, jamás llegarías a El. Dios, pues, se hizo hombre para que, yendo en pos del hombre, lo cual puedes, llegues a Dios, lo cual no podías. El es Mediador; de aquí que se hizo suave. ¿Qué cosa más suave que el pan de los ángeles? ¿Cómo no ha de ser suave el Señor, siendo así que el hombre comió el pan de los ángeles? No vive el hombre debido a un motivo, y el ángel a otro. El es la verdad, El es la sabiduría, El es la fortaleza de Dios; pero tú no puedes gozarte, como se gozan de El los ángeles. ¿Cómo se gozan de El? Según es: *En el principio existía el Verbo, y el Verbo estaba en Dios, y el Verbo era Dios, por el cual fueron hechas todas las cosas.* Tú ¿cómo le percibes? *El Verbo se hizo carne y habitó entre nosotros.* Para que el hombre comiese el pan de los ángeles, el Creador de los ángeles se hizo hombre. Luego *salmead al nombre del Señor, porque es suave.* Si gustáis, salmead; si percibís cuán suave es el Señor, alabad. Si sabe bien lo que gustáis, alabad. ¿Quién es tan ingrato que, al ser deleitado con algún manjar,

hominibus occidendum; ut per hoc quod tu es, gustes quod non es. Multum enim ad te erat gustare suavitatem Dei; quia remota erat illa et nimis alta, tu autem nimis abiectus et imo iacens. In magna ista separatione missus es. Mediator. Non poteras ad Deum homo; Deus factus est homo: ut quoniam homo potes ad hominem, qui non posses ad Deum, per hominem venires ad Deum; et factus est mediator Dei et hominum, homo Christus Iesus (1 Tim 2,5). Sed si homo solum esset, hoc sequendo quod es, numquam pervenires; si Deus solum esset, non comprehendendo quod non es, nunquam pervenires: Deus factus est homo, ut hominem sequendo, quod potes, ad Deum pervenias, quod non poteras. Ipse est Mediator, inde factus est suavis. Quid suavius pane Angelorum? Quomodo non est suavis Dominus, quando panem Angelorum manducavit homo? (Ps 77,25). Non enim aliunde vivit homo, et aliunde vivit angelus. Ipsa est veritas, ipsa est sapientia, ipsa est virtus Dei: sed quomodo ea perfruuntur Angeli, tu non potes. Illi enim quomodo perfruuntur? Sicuti est, *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum per quod facta sunt omnia.* Tu autem quomodo contingis? Quia *Verbum caro factum est, et habitavit in nobis* (Io 1,1.3.14). Ut enim panem Angelorum manducaret homo, Creator Angelorum factus est homo. *Psallite ergo nomini eius, quoniam suavis est.* Si gustastis, psallite; si gustastis quam suavis est Dominus, psallite; si bene sapit quod gustastis, laudate. Quis tam ingratus est vel

no dé gracias, o alabe al cocinero, o al que le invitó, alabando lo que come? Si no nos callamos cuando se trata de estas personas, ¿nos callaremos cuando se trata de Aquel que nos dio todas las cosas? *Salmead a su nombre, porque es suave.*

6. Oíd ya sus obras. Quizá os encaminabais a ver el bien de todos los bienes, el bien por el cual son buenas todas las cosas, el bien sin el cual nada es bueno y el bien que sin las demás cosas es bueno; intentabais verle, y quizá, al dirigir la mirada de vuestra mente, desfallecíais. Esto lo conjeturo por mí, así me acontece. Pero, si hay alguno, como puede suceder y es muy probable, de inteligencia más penetrante que la mía y que pueda por largo tiempo penetrar en aquello que es, alabe cuanto pueda y alabe como no puedo yo. Sin embargo, demos gracias a Aquel que en este salmo atemperó su alabanza para que fuese de los fuertes y de los débiles. Porque también en aquella misión que dio a su siervo Moisés cuando le dijo: *Yo soy el que soy;* y: *Dirás a los hijos de Israel: "El que Es me envió a vosotros,* porque era difícil comprender a la mente humana el mismo propio ser y era enviado un hombre a los hombres, bien que no por hombre, a seguida Dios atemperó su alabanza y dijo de sí mismo lo que podía comprenderse dulcemente; y no quiso permanecer en aquello que se alababa, lo cual sólo podía comprender el Loador; y por eso dijo: *Vete y di a los hijos de Israel: "El Dios de Abrarán, el Dios de Isaac, el Dios de Jacob, me envió a vosotros; éste es mi nombre eternamente".* Es cierto, Señor, que tienes también aquel nombre, pues tú dijiste: *Yo soy; el que Es me envió a vosotros.* ¿Por qué

coquenti vel pascenti, ut cum fuerit pulmento aliquo delectatus, non reddat gratiam laudando quod gustat? Si de his non tacemus, de illo qui dedit omnia tacebimus? *Psallite nomini eius, quoniam suavis est.*

6. Et audite iam opera eius. Tendebatis enim vos fortassis videre bonum omnium bonorum, bonum a quo sunt omnia bona, bonum sine quo nihil est bonum, et bonum quod sine caeteris bonum est; tendebatis vos ut videretis, et forte in extendenda acie mentis vetrae deficiebatis. Hoc enim ex me coniicio; sic patior. Sed etsi est aliquis, sicut fieri potest, et valde potest, acie mentis fortior me, et contuitum cordis sui diu figit in eo quod est; laudet ille ut potest, et quomodo nos non possumus, laudet. Gratias tamen illi, qui in hoc psalmo temperavit laudem suam, ut et firmorum esset et infirmorum. Nam et in illa missione servi sui Moysi cum diceret, *Ego sum qui sum;* et, *Dices filiis Israel, Qui est misit me ad vos:* quia ipsum proprie esse menti humanae difficile erat capere, et mittebatur homo ad homines, quamvis non ab homine; continuo Deus temperavit laudem suam, et hoc de se dixit quod capi dulciter posset; non in eo voluit remanere quod laudabatur, quo non posset laudator attingere. *Vade,* inquit, *dic filiis Israel, Deus Abraham et Deus Isaac et Deus Iacob misit me ad vos: hoc mihi nomen est in aeternum.* Certe, Domine, nomen illud habes; quia et tu dixisti, *Ego sum; Qui est, misit me ad vos:* unde modo nomen mutasti, ut diceres,

cambias este nombre, diciendo: *El Dios de Abrahán, el Dios de Isaac, el Dios de Jacob?* ¿No te parece razonable que declarase y dijese a Moisés: "Lo que dije: *Yo soy el que soy,* es verdad, pero tú no lo comprendes; sin embargo, lo que dije: *Yo soy el Dios de Abrahán, el Dios de Isaac, el Dios de Jacob,* también es verdadero y lo entiendes? Pues lo que dije: *Yo soy el que soy,* se refiere a mí; y lo que dije: *(Yo soy) el Dios de Abrahán, el Dios de Isaac, el Dios de Jacob,* te pertenece a ti; y, por tanto, si no puedes comprender lo que para mí soy, entiende lo que soy para ti". Para que nadie pensase que lo que dijo: *Yo soy el que soy;* y: *El que Es me envió a vosotros,* únicamente era su nombre eterno; y lo que dijo: *Yo soy el Dios de Abrahán, el Dios de Isaac, el Dios de Jacob,* era su nombre temporal, no se preocupó Dios de consignar cuando dijo: *Yo soy el que soy:* y: *El que Es me envió a vosotros,* que éste era para El su nombre eterno; porque, aun cuando no lo declaró, así se entiende, pues es y verdaderamente es; y, por lo mismo que verdaderamente es, existe sin principio ni fin. Pero por lo que es con relación al hombre: *Yo soy el Dios de Abrahán, el Dios de Isaac, el Dios de Jacob,* para que no brotase iniquidad humana por ser esto temporal, no eterno, nos tranquilizó, porque de las cosas temporales nos conduce a la vida eterna. Y por esto dijo: *Este es mi nombre eternamente;* no porque sean eternos Abrahán, Isaac y Jacob, sino porque Dios los hizo eternos en adelante, sin fin. Sin duda, tuvieron principio, pero no tendrán fin.

7. Considerad en Abrahán, en Isaac y en Jacob a toda su

Deus Abraham et Deus Isaac et Deus Iacob? Nonne tibi videtur ratio eius respondere, et dicere: Quod dixi, *Ego sum qui sum;* verum est, sed non capis: quod autem dixi, *Ego sum Deus Abraham et Deus Isaac et Deus Iacob* (Ex 3,14.15.6); et verum est, et capis? Quod enim *Ego sum qui sum,* ad me pertinet, quod autem *Deus Abraham et Deus Isaac et Deus Iacob,* ad te pertinet; et si deficis in eo quod mihi sum, cape quod tibi sum. Et ne forte quisquam putaret illud quod dixit Deus, *Ego sum qui sum;* et, *Qui est, misit me ad vos,* hoc solum aeternum ei nomen esse; quod autem dixit, *Ego sum Deus Abraham et Deus Isaac et Deus Iacob,* temporale nomen esse: non curavit Deus, cum dixisset, *Ego sum qui sum;* et, *Qui est, misit me ad vos,* dicere quod hoc ei nomen sit in aeternum; quia etsi hoc non diceret, intelligeretur. Est enim, et vere est, et eo ipso quod vere est, sine initio et sine termino est. Quod vero propter hominem est, *Ego sum Deus Abraham et Deus Isaac et Deus Iacob,* ne ibi suboriretur humana sollicitudo, quia hoc temporale est, non sempiternum, securos nos fecit, quia de temporalibus ad aeternam vitam nos perducit. *Hoc,* inquit, *mihi nomen est in aeternum,* non quia aeternus Abraham, et aeternus Isaac et aeternus Iacob, sed quia Deus illos facit aeternos postea sine fine: habuerunt quippe initium, sed finem non habebunt.

7. In Abraham et Isaac et Iacob totam Ecclesiam eius cogitate,

Iglesia; a toda la estirpe de Israel, a todo el linaje de Israel; no sólo al que procede de la carne, sino también al que procede de la fe. El Apóstol hablaba a los gentiles, y a éstos decía: *Si vosotros sois de Cristo, luego sois estirpe de Abrahán y herederos según la promesa.* Luego somos bendecidos todos en el Dios de Abrahán, de Isaac y de Jacob. Bendijo a determinado árbol y El creó la oliva, según dijo el Apóstol; a los santos patriarcas, por los que floreció el pueblo de Dios. Pero esta oliva fue podada, no arrancada; de aquí se quebraron los ramos soberbios, pues el pueblo judío fue blasfemo e impío. Sin embargo, permanecieron en el tronco ramos útiles y buenos; de aquí eran los apóstoles. Habiendo, pues, quedado en el tronco ramos útiles, por la misericordia de Dios se injertó en él el acebuche gentílico, al cual dice el Apóstol: *Si tú, siendo acebuche, fuiste injertado entre ellos y participaste de la grosura del olivo, no te vanaglories contra los ramos; que, si te vanaglorías, tú no sostienes la raíz, sino que la raíz te sostiene a ti.* Este es el único árbol que pertenece a Abrahán, a Isaac y a Jacob; y, lo que es más, preferentemente pertenece a Abrahán, a Isaac y a Jacob el acebuche injertado que los ramos desgajados. Ellos, por el desgajamiento, ya no están allí; el acebuche no estaba, pero está; ellos por la soberbia merecieron desgajarse, éste por la humildad mereció ser injertado; ellos abandonaron la raíz, éste la retuvo. Luego cuando oís: "El Israel de Dios, el Israel que pertenece a Dios", no penséis que no pertenecéis a El. Ciertamente que fuisteis acebuche, pero sois olivo que participáis de la grosura del olivo. ¿Queréis saber cómo fue injertado el acebuche

omne semen Israel cogitate: omne autem semen Israel, non solum quod est ex carne, sed etiam quod est ex fide. Apostolus enim Gentibus loquebatur, quibus dicebat: *Si ergo vos Christi, ergo semen Abrahae estis, secundum promissionem haeredes* (Gal 3,29). Benedicimur ergo omnes in Deo Abraham et Isaac et Iacob. Arborem quidem benedixit quamdam, eamque olivam creavit, sicut dixit Apostolus, ipsos Patriarchas sanctos, unde effloruit populus Dei: sed haec arbor olivae putata est, non amputata, et inde superbi rami fracti sunt; ipse est blasphemus et impius populus Iudaeorum. Manserunt tamen rami boni et utiles; nam inde Apostoli. Et cum ibi rami utiles relicti essent, per Dei misericordiam insertus est et oleaster Gentium, cui dicit Apostolus: *Tu autem cum esses oleaster, insertus es in illis, et particeps pinguedinis olivae factus es. Noli gloriari adversus ramos: quod si gloriaris, non tu radicem portas sed radix te* (Rom 11,17 et 18). Haec una arbor est pertinens ad Abraham et Isaac et Iacob; et quod plus est, magis ad Abraham et Isaac et Iacob oleaster insertus, quam rami confracti. Illi enim per fragmentum iam non ibi sunt; oleaster non ibi erat, et ibi est: illi per superbiam frangi meruerunt, iste per humilitatem inseri meruit; illi amiserunt radicem, iste tenuit eam. Cum ergo audistis Israel Dei, Israel pertinentem ad Deum, inde nolite vos facere alienos. Oleaster quidem fuistis, sed oliva estis, participes pinguedinis olivae. Nam vultis nosse in

en Abrahán, en Isaac, en Jacob, para que de este modo no creáis que no pertenecéis a este árbol, ya que no pertenecéis por la carne al linaje de Abrahán? Cuando se admiró el Señor de la fe del centurión, que no era del pueblo de Israel, sino del gentílico, dijo: *Por esto os digo que muchos vendrán del oriente y del occidente.* Ved aquí ya al acebuche en manos del Injertador: *Muchos vendrán del oriente y del occidente.* Veamos qué lleva a injertar, veamos en dónde injerta. *Y se sentarán*—dice—*en la mesa con Abrahán, con Isaac y con Jacob en el reino de los cielos.* Vemos qué injerta y en dónde. ¿Qué dice de los ramos naturales y soberbios? *Pero los hijos del reino irán a las tinieblas exteriores; allí será el llanto y el rechinar de dientes.* Cosa anunciada y cosa cumplida.

8 [v.4]. Luego *Salmead al Señor, porque es suave.* Y atended lo que hizo con nosotros. *Porque el Señor eligió a Jacob para sí, a Israel en posesión suya.* Alabad, salmead, porque hizo estas cosas. Digo cosas que podáis entender. A las demás gentes las colocó bajo los ángeles; *a Jacob le eligió el Señor para sí: a Israel, en posesión suya.* A su gente o nación la constituyó en campo que El mismo cultivó, que El mismo sembró. Aun cuando El creó todos los pueblos, se reservó para sí a éste a fin de poseerle y conservarle; a este pueblo, a este Jacob; a los demás los encomendó a los ángeles. ¿Por merecimiento suyo o por gracia de Dios? De los no nacidos dice que *el mayor servirá al menor,* conforme lo atestiguó el Apóstol. ¿Qué mérito pudieron tener los no nacidos antes de que cada uno de ellos ejecutase algo bueno o

Abraham et Isaac et Iacob quomodo sit insertus oleaster, ne putetis vos ad hanc arborem non pertinere, quia non pertinetis carnaliter ad semen Abraham? Dominus quando miratus est fidem Centurionis illius qui non erat de populo Israel, sed erat de populo Gentium: *Propterea,* inquit, *dico vobis, quia multi ab oriente et occidente venient.* Ecce iam oleaster in manu insertoris: *Multi ab oriente et occidente venient.* Videmus quid ferat inserendum; ubi inserat videamus: *Et recumbent,* inquit, *cum Abraham, Isaac et Iacob, in regno caelorum.* Videmus et quid inseruit, et ubi inseruit. De ramis superbis naturalibus quid dicit? *Filii autem regni ibunt in tenebras exteriores; ibi erit fletus et stridor dentium* (Mt 8,11.12). Res praenuntiata, res impleta.

8 [v.4]. Ergo, *Psallite Domino, quoniam suavis est.* Et attendite quae circa nos fecit. *Quoniam Iacob elegit sibi Dominus, Israel in possessionem sibi.* Laudate, psallite, quoniam fecit ista. Talia dico quae capere valeatis. Caeteras gentes sub Angelis posuit; *Iacob elegit sibi Dominus, Israel in possessionem sibi.* Gentem suam fecit agrum, quem coleret, quem ipse seminaret: quamvis ipse omnes gentes condiderit, caeteras Angelis commisit, sibi istam possidendam, servandamque deputavit; hunc populum, hunc Iacob. Merito illius, an gratia sua? De nondum natis ait, *Quia maior serviet minori;* Apostolus dixit. Quod meritum habere nondum nati potuerunt, antequam quisquam eorum egisset aliquid boni aut

malo? No se ensoberbezca Jacob, no se engría, no lo atribuya a sus méritos. Antes de nacer fue conocido, predestinado, elegido; no elegido por sus méritos, sino hallado y vivificado por la gracia de Dios. Así también todas las gentes. Porque ¿qué mereció el acebuche con la amargura de su fruto o baya, con la esterilidad silvestre, para ser injertado? Era árbol de la selva, no del vivero del Señor; y, sin embargo, El por su misericordia injertó el acebuche en el olivo. Pero aún no se había injertado el acebuche cuando *el Señor escogió para sí a Jacob, a Israel, en posesión suya.*

9 [v.5]. ¿Y qué dice el profeta? *Yo conocí que es grande el Señor.* Con mente que vuela hacia arriba, elevada sobre la carne, traspasando la criatura, conoció que es grande el Señor. No todos pueden conocer viendo; alaben entonces lo que hizo. *Es suave; el Señor eligió para sí a Jacob, a Israel, en posesión suya.* Luego le alaba porque *yo conocí que es grande el Señor.* Habla el profeta que penetró en el santuario de Dios, que quizá oyó palabras inefables que no es posible expresar al hombre, que dijo lo que puede declararse a los hombres y retuvo en sí lo que no puede manifestarse. Luego se le oiga, en cuanto a lo que podemos entender, y se le crea, en cuanto a lo que no podemos. Luego, en cuanto a lo que podemos, se oiga: *El Señor eligió para sí a Jacob, a Israel, en posesión suya.* En cuanto a lo que no podemos, se crea que él conoció que *el Señor es grande.* Si le dijésemos: "Te rogamos que nos expliques su grandeza", ¿por ventura no nos respondería: "No es gran cosa lo que veo si por mí pudiera explicarse"? Vuelva a las obras de Dios y nos hable. Retenga él en su pensamiento la

mali? Non ergo se extollat Iacob, non glorietur, non suis meritis tribuat. Ante est praecognitus, ante praedestinatus, ante electus: non suis meritis electus, sed gratia Dei inventus et vivificatus (Rom 9,11-13). Sic et omnes gentes: nam ut insereretur, quid meruit oleaster amaritudine baccarum, sterilitate silvestri? Lignum quippe erat silvae, non agri dominici; et tamen ille per misericordiam suam et oleastrum inseruit in olivam. Sed adhuc non erat insertus oleaster, quando *Dominus elegit sibi Iacob, Israel in possessionem sibi.*

9 [v.5]. Et quid Propheta? *Quoniam ego cognovi quod magnus est Dominus.* Mente volante ad superna, erecta a carne, transcendente creaturam, cognovit quia magnus est Dominus. Non omnes possunt videndo cognoscere; laudent quod fecit: *Suavis est; Iacob elegit sibi Dominus; Israel in possessionem sibi.* Et hinc illum lauda nam et *ego cognovi quia magnus est Dominus.* Propheta loquebatur, qui intravit in sanctuarium Dei, qui audivit forte ineffabilia verba quae non licet homini loqui (2 Cor 12,4); qui dixit quod posset hominibus dici, et tenuit apud se quod non posset dici. Ergo et audiatur ad quod possumus, et credatur ad quod non possumus. Ad quod possumus audiatur, *Quoniam Iacob elegit sibi Dominus, Israel in possessionem sibi;* ad quod non possumus credatur, quia ipse cognovit *quod magnus est Dominus.* Si illi diceremus, Rogamus te, explica magnitudinem illius; nonne forte responderet nobis:

Spiritu, alii curationum donatio in uno Spiritu, alii operationes virtutum, alii prophetia, alii diiudicatio spirituum, alii genera linguarum, alii interpretatio sermonum (1 Cor 12,8-10). Nihil enim horum est quod in huius saeculi nocte non sit necessarium: quae cum transierit, necessaria ista non erunt: ideo, *in potestatem noctis. In potestatem* quippe ait, vel *diei* vel *noctis,* ut potestas esset die lucere vel nocte; quod in spiritualibus donis sic intelligitur, quia dedit potestatem filios Dei fieri (Io 1,12). *Qui percussit Aegyptum, cum primogenitis eorum.* Percussit et saeculum, cum his quae praecipua putantur in saeculo.

9 [v.11-26]. *Qui eduxit Israel de medio eorum.* Eduxit etiam sanctos ac fideles suos de medio malorum. *In manu potenti et brachio excelso.* Quid potentius, quid excelsius eo de quo dictum est: *Et brachium Domini cui revelatum est?* (Is 53,1). *Qui divisit mare Rubrum in divisiones.* Dividit etiam, ut unus atque idem Baptismus aliis sit in vitam, aliis sit in mortem. *Et eduxit Israel per medium eius.* Educit etiam innovatum populum suum per lavacrum regenerationis. *Et excussit Pharaonem et virtutem eius in mari Rubro.* Celeriter interimit et peccatum suorum reatumque eius per Baptismum. *Qui traduxit populum suum in deserto.* Traducit et nos in huius saeculi ariditate et sterilitate, ne in ea pereamus. *Qui percussit reges magnos, et occidit reges fortes.* Percutit atque occidit etiam a nobis diabolicas et noxias potestates. *Seon regem Amorrhaeorum.*

a reyes fuertes. Hirió y mató también por nosotros las diabólicas y dañinas potestades. *A Seón, rey de los amorreos.* Al germen inútil o a la tentación ardiente, atendiendo a lo que significa Seón; al rey de los que provocan la ira de Dios, según lo que significa amorreos. *Y a Or, rey de Basán.* Al que amontona, lo cual significa Og; y al rey de la confusión, conforme se interpreta Basán; pues ¿qué es lo que amontona el diablo si no es la confusión? *Y dio la tierra de éstos en heredad; en heredad a Israel, su siervo.* El diablo entrega a los que poseía en la heredad, a la semilla de Abrahán, que es Cristo. *Porque en nuestro abatimiento se acordó de nosotros y nos redimió de nuestros enemigos,* con la sangre de su Unigénito. *Que da alimento a toda carne,* esto es, a toda clase de hombres; no sólo a los israelitas, sino también a los gentiles; alimento o comida de la cual se dice: *Mi carne es verdaderamente comida. Alabad al Dios del cielo, porque su misericordia es eterna. Alabad al Señor de los señores, porque su misericordia es para siempre.* Al decir aquí, al fin del salmo, *al Dios del cielo,* creo que quiso decir de otro modo lo que ya había dicho al principio del salmo. *Al Dios de los dioses,* puesto que repite ahora aquí lo que añadió a continuación allí: *Alabad al Señor de los señores.* Pero, *aunque hay algunos que se llaman dioses, ya en el cielo o en la tierra, conforme hay muchos dioses y muchos señores, sin embargo, para nosotros hay un solo Dios, el Padre, de quien tienen ser todas las cosas, y nosotros también en El; y un solo Señor, Jesucristo, por quien son todas las cosas, y nosotros también por El;* al cual alabamos, *porque su misericordia es eterna.*

Germen inutile vel Tentationem calentem, quod interpretatur Seon; regem Amaricantium, quod interpretatur Amorrhaeorum. *Et Og regem Basan.* Coacervantem, quod interpretatur Og; et regem Confusionis, quod interpretatur Basan: quid enim coacervat diabolus, nisi confusionem? *Et dedit terram eorum haereditatem, haereditatem Israel servo suo.* Dat etiam quos diabolus possidebat, haereditatem semini Abrahae, quod est Christus. *Quia in humilitate nostra memor fuit nostri. Et redemit nos ab inimicis nostris:* sanguine Unigeniti sui. *Qui dat escam omni carni;* hoc est, omni hominum generi, non tantum Israelitarum, sed et Gentium: de qua esca dicitur. *Caro mea vere est esca* (Io 6,56). *Confitemini Deo caeli, quoniam in aeternum misericordia eius. Confitemini Domino dominorum, quoniam in aeternum misericordia eius.* Quod hic ait, *Deo caeli,* credo aliter dicere voluit quod supra iam dixerat, *Deo deorum:* nam quod ibi deinde subiunxit, hoc etiam hic repetivit, *Confitemini Domino dominorum.* Sed *etsi sunt qui dicuntur dii, sive in caelo, sive in terra; quemadmodum sunt dii multi et domini multi; sed nobis unus est Deus, Pater, ex quo omnia, et nos ipsum, et unus Dominus Iesus Christus, per quem omnia, et nos per ipsum* (1 Cor 8,5 et 6); cui confitemur, *quoniam in aeternum misericordia eius.*

SALMO 136

[EL AMOR DE LOS CAUTIVOS POR SIÓN]

SERMÓN AL PUEBLO

1 [v.1]. Creo que no os habréis olvidado que os recordé, y es más, os recomendé, que todo instruido en la santa Escritura debe saber de dónde somos ciudadanos y en dónde peregrinamos; y que la causa de nuestra peregrinación o destierro es el pecado, y que el don de la vuelta se debe al perdón de los pecados y a la justificación de la gracia de Dios. Oísteis y sabéis que corren, en el desenvolvimiento de los siglos hasta el fin, dos ciudades, mezcladas ahora corporalmente entre sí, pero separadas espiritualmente: una para la cual el fin es la vida eterna, y se llama Jerusalén; otra para la cual todo su gozo es la vida temporal, y se llama Babilonia. Si no me engaño, recordáis la significación de los nombres; Jerusalén quiere decir visión de paz; Babilonia, confusión. Jerusalén se hallaba cautiva en Babilonia, aunque no toda, pues conciudadanos de ella son también los ángeles. Por lo que se refiere a los hombres predestinados a la gloria de Dios, a los futuros coherederos de Cristo por adopción, a los que redimió con su sangre de la misma cautividad, a esta parte de la ciudad de Jerusalén que se hallaba cautiva en Babilonia por causa del pecado, dice que comenzó a salir de Babilonia, primeramente con el corazón por la confesión de la iniquidad y el amor de la justicia, después también, al fin del siglo, por la separación del cuerpo, conforme os lo he recordado en

PSALMUS 136

SERMO AD PLEBEM

1. [v.1]. Oblitos vos esse non arbitror, commendasse nos vobis, imo commemorasse vos, quod omnis eruditus in sancta Ecclesia nosse debet unde cives simus, et ubi peregrinemur, et peregrinationis nostrae causam esse peccatum, reversionis autem munus remissionem peccatorum et iustificationem gratiae Dei. Duas civitates permixtas sibi interim corpore, et corde separatas, currere per ista volumina saeculorum usque in finem, audistis et nostis; unam cui finis est pax aeterna, et vocatur Ierusalem; alteram cui gaudium est pax temporalis, et vocatur Babylonia. Interpretationes etiam nominum, si non fallot, tenetis: Ierusalem interpretari, Visionem pacis; Babyloniam, Confusionem. Ierusalem in Babylonia captiva tenebatur non tota; cives enim eius et Angeli sunt. Sed quod attinet ad homines praedestinatos in gloriam Dei, futuros per adoptionem cohaeredes Christi, quod de ipsa captivitate redemit sanguine suo: particulam ergo istam civitatis Ierusalem captivam teneri in Babylonia pro peccato, incipere autem inde exire prius corde per confessionem iniquitatis et charitatem iustitiae, deinde postea in fine saeculi etiam cor-

aquel salmo 64, que primeramente expuse aquí a vuestra caridad, el cual empieza así: *A ti, ¡oh Dios!, se debe el himno en Sión y a ti se cumplirá el voto en Jerusalén;* pero hoy día hemos cantado el salmo 136, que dice: *Junto a los ríos de Babilonia, allí nos hemos sentado y llorado al acordarnos de Sión.* Ved que en aquél se dijo: *A ti, ¡oh Dios!, se debe el himno en Sión,* y en éste: *Junto a los ríos de Babilonia, allí nos hemos sentado y llorado recordando a Sión;* a Sión, en la que se debe el himno a Dios.

2. ¿Cuáles son los ríos de Babilonia y qué es nuestro sentarse y llorar recordando a Sión? Pues si somos ciudadanos de ella, no sólo cantaremos esto, sino que obraremos; si somos ciudadanos de Jerusalén, es decir, de Sión, y durante esta vida no habitamos como ciudadanos en esta confusión del siglo, en esta Babilonia, sino que nos hallamos detenidos cautivos, conviene que no sólo cantemos estas cosas, sino que las ejecutemos con el piadoso afecto del corazón, con el anhelo religioso de la eterna ciudad. Esta ciudad que se llama Babilonia también tiene sus propios amadores, que atienden a la paz temporal, y, no esperando otra cosa, todo su gozo lo cifran y lo circunscriben a esto, y les vemos también que trabajan sobremanera en pro de la terrena república. Pues bien, cualquiera que se ocupe lealmente en ella, si allí no va en busca de la soberbia, y de la exaltación perecedera, y de la repugnante jactancia, sino que muestra una solicitud verdadera, la que puede, mientras puede, con quienes puede, tocante a las cosas terrenas, y se dedica, en cuanto puede, a lo que pertenece a la hermosura de la ciudad, Dios no le deja

pore separandam, commendavimus in eo psalmo, quem primo hic cum vestra Dilectione tractavimus, qui ita incipit, *Te decet hymnus, Deus, in Sion; et tibi reddetur votum in Ierusalem* (Ps 64,2). Hodierna autem die decantavimus, *Super flumina Babylonis, ibi sedimus et flevimus, cum recordaremur Sion.* Videte quia in illo dictum est, *Te decet hymnus, Deus, in Sion;* hic autem, *Super flumina Babylonis, ibi sedimus et flevimus, cum recordaremur Sion:* illam Sion, ubi decet hymnus Deum.

2. Quae sunt ergo flumina Babylonis, et quid est nostrum sedere et flere in recordatione Sion? Si enim cives inde sumus, non tantum hoc cantamus, sed et agimus. Si cives sumus de Ierusalem, id est de Sion, et in ista vita, in ista confusione saeculi huius, in ista Babylonia non cives habitamus, sed captivi detinemur; oportet ut non tantum ista decantemus, sed et faciamus affectu cordis pio, religioso desiderio aeternae civitatis. Habet et haec civitas quae Babylonia dicitur, amatores suos consulentes paci temporali, et nihil ultra sperantes, totumque gaudium suum ibi figentes, ibi finientes, et videmus eos pro republica terrena plurimum laborare: sed et in ea quicumque fideliter versantur, si non ibi appetant superbiam et perituram elationem odiosamque iactantiam; sed veram fidem exhibeant, quam possunt, quamdiu possunt, quibus possunt, ad quantum vident terrena, et ad quantum intelligunt speciem

perecer en Babilonia, pues le predestinó para ser ciudadano de Jerusalén. Dios conoce perfectamente su cautividad, y les muestra otra ciudad por la que deben suspirar, por la que deben hacer los mayores esfuerzos y exhortar cuanto esté de su parte a sus ciudadanos, peregrinos en ella, a conseguirla. Por eso dice nuestro Señor Jesucristo: *El que es fiel en lo poco, lo es en lo mucho;* y también: *Si no fuisteis fieles en lo de otro, lo vuestro, ¿quién os lo dará?*

3. Sin embargo, carísimos, atended a los ríos de Babilonia. Los ríos de Babilonia son todas las cosas que se aman aquí y pasan. Un individuo amó, por ejemplo, el ejercicio de la agricultura; por ella se enriquece, en ella pone todo su empeño, de ella recibe placer; atienda al éxito y vea que lo que amó no es cimiento de Jerusalén, sino río de Babilonia. Otro dijo: "Gran cosa es ser militar; todos los agricultores los temen, los obedecen y tiemblan ante ellos. Si fuese agricultor, temeré al militar; si fuese militar, seré temido del agricultor." ¡Oh insensato!, te precipitaste en otro río de Babilonia más turbulento y arrebatador. ¿Quieres ser temido por el menor? Teme al mayor. De repente se puede hacer mayor que tú aquel que te teme, pero jamás será menor aquel a quien debes temer. "Ser abogado—dice otro—es gran cosa; poderosísima es la elocuencia, pues tiene en todos los asuntos a sus amparados pendientes de la lengua de su elocuente y diestro defensor, y de su boca esperan el daño o la ganancia, la muerte o la vida, la ruina o la salvación." No sabes a dónde te arrojas; éste es otro río de Babilonia, y suena mucho, porque

civitatis; non eos sinit Deus perire in Babylonia: praedestinavit enim eos cives Ierusalem. Intelligit captivitatem eorum Deus, et ostendit illis aliam civitatem, cui vere debeant suspirare, pro qua debeant cuncta conari, ad quam capessendam debeant cives suos secum peregrinos, quantum valuerint, adhortari. Propterea dicit Dominus Iesus Christus, *Qui in modico fidelis est, et in magno fidelis est:* et rursum dicit, *Si in alieno fideles non fuistis, vestrum quis dabit vobis?* (Lc 16,10.12).

3. Tamen, charissimi, attendite flumina Babylonis. Flumina Babylonis, sunt omnia quae hic amantur et transeunt. Nescio quis amavit, verbi gratia, agriculturam ipsam excercere, inde ditescere, ibi occupare animum, inde percipere voluptatem; attendat exitum, et videat illud quod amavit non esse fundamentum Ierusalem, sed fluvium Babylonis. Alius dixit: Magna res et militare; omnes agricolae formidant eos qui militant, obsequuntur eis, tremunt eos: si fuero agricola, timebo militarem; si fuero militaris, timebor ab agricola. O insane, in alium te Babylonis fluvium praecipitasti, et eum turbulentiorem et rapaciorem. Timeri vis a minore, time maiorem: potest te ipso maior fieri subito, qui te timet; nunquam autem erit minor, quem debes timere. Advocatum esse, inquit, magna res est, potentissima eloquentia; in omnibus habere susceptos pendentes ex lingua diserti patroni sui, et ex eius ore sperantes vel damna, vel lucra, vel mortem, vel vitam, vel perniciem, vel salutem. Nescis quo te

el tumulto del agua hiere las peñas. Ve que corre, ve que desaparece; y, si ves que corre y desaparece, precávete, porque arrastra. Otro quiere ser navegante; también es gran cosa el negocio. Quiere conocer muchas tierras, conseguir riquezas de todas las partes, no estar sometido a ningún poderoso en la ciudad, peregrinar siempre, distraerse con la diversidad de negocios y gentes, regresar rico con el aumento de las ganancias. También éste es río de Babilonia. Tus riquezas, ¿cuánto subsistirán? ¿Cuándo presumirás, cuándo estarás seguro de las cosas que adquieres? Cuanto más rico seas, tanto más temor tendrás. En un solo naufragio quedarás desnudo, y llorarás con razón en el río babilónico, porque no quisiste sentarte y llorar junto al río de Babilonia.

4. Por el contrario, otros ciudadanos de Jerusalén, comprendiendo la cautividad, contemplan los deseos humanos y los diversos anhelos de los hombres, que los llevan de aquí para allá, que los arrastran y los arrojan al mar; ven estas cosas y no se meten en el mar de Babilonia, sino que se sientan junto a los ríos de Babilonia y lloran junto a ellos, ya a los que son arrebatados, ya a sí mismos, porque merecieron estar en Babilonia. Sin embargo, están sentados, es decir, humillados: *Junto a los ríos de Babilonia, allí nos hemos sentado y llorado al recordar a Sión.* ¡Oh santa Sión, en donde todo permanece y nada fluye! ¿Quién nos arrojó aquí? ¿Por qué hemos abandonado a tu Creador y tu compañía? Henos aquí establecidos entre lo que corre y desaparece. Difícilmente será arrastrado alguno por el río si pudiere agarrarse al madero. ¿Qué digo? Se verá libre. Luego, humillados en nuestra

miseris: alius et iste fluvius Babylonis est; et quod multum sonat, strepitus aquae saxa percutit. Attende quia fluit, attende quia labitur; et si attendis quia fluit et labitur, cave quia trahit. Navigare, inquit alius, et negotiari magnum est; scire multas provincias, lucra undique capere, non esse obnoxium in civitate alicui potenti, semper peregrinari, et diversitate negotiorum et nationum animum pascere, et augmentis lucrorum divitem remeare. Fluvius est et iste Babylonis. Lucra tua quanto stabunt? quando praesumpturus, quando securus eris ex his quae acquiris? Quanto eris ditior, tanto timidior. Uno naufragio nudus exibis, et recte te planges in flumine Babylonis, quia noluisti sedere et flere super flumina Babylonis.

4. Alii ergo cives sanctae Ierusalem intelligentes captivitatem suam, attendunt humana vota et diversas hominum cupiditates hac atque illac rapientes, trahentes, impellentes in mare: vident haec, et non se mittunt in flumina Babylonis; sed sedent super flumina Babylonis, et flent super flumina Babylonis, vel illos qui rapiuntur, vel seipsos qui in Babylonia esse meruerunt: sedentes tamen, hoc est humiliati. *Super flumina* ergo *Babylonis, ibi sedimus et flevimus, cum recordaremur Sion.* O sancta Sion, ubi totum stat, et nihil fluit! quis nos in ista praecipitavit? quare dimisimus Conditorem tuum et societatem tuam? Ecce inter fluentia et labentia constituti, vix quisquam raptus a flumine, si tenere lignum

cautividad, nos sentemos junto a los ríos de Babilonia; no nos atrevamos a arrojarnos a ellos ni nos atrevamos, en el mal y en la tristeza de nuestra cautividad, a engreírnos; nos sentemos y lloremos así. Nos sentemos junto a los ríos de Babilonia, no debajo de ellos; nuestra humildad debe ser tal, que no nos sumerja; sin embargo, siéntate humilde y habla, mas no como en Jerusalén, pues allí estarás de pie; de esta esperanza habla y canta otro salmo, diciendo: *Nuestros pies están firmes en los atrios de Jerusalén.* Allí serás ensalzado si aquí, arrepintiéndote y alabando, te humillas. Luego *nuestros pies están firmes en los atrios de Jerusalén*, pero *junto a los ríos de Babilonia nos hemos sentado y llorado recordando a Sión.* Por esto conviene que llores recordando a Sión.

5. Muchos, sin duda, gimen con llanto babilónico, porque se alegran también con gozo babilónico. Quienes se gozan por el lucro y lloran por la pérdida, ambos pertenecen a la ciudad de Babilonia. Tú debes llorar, pero recordando a Sión. Si lloras recordando a Sión, te conviene que llores también cuando te va bien en lo referente a Babilonia. Por eso se dice en el salmo: *Hallé tribulación y dolor, e invoqué el nombre del Señor.* ¿Qué quiere decir *hallé?* Que hallé como buscada cierta tribulación que casi debía buscarse. Y al encontrarla, ¿con qué ganancia la hallé? Invoqué el nombre del Señor. Hay una gran diferencia entre encontrar la tribulación y ser encontrado por ella, pues en otro lugar dice: *Dolores de infierno me encontraron.* ¿Qué significa *dolores de infierno me encontraron* y qué *hallé tribulación y dolor?*

potuerit, evadet. Humiliati ergo in captivitate nostra sedeamus super flumina Babylonis, non nos audeamus in illis fluminibus praecipitare; nec nos audeamus in nostrae captivitatis malo atque tristitia superbe erigere, sed sedeamus, et sic fleamus. Sedeamus super flumina Babylonis, non infra flumina Babylonis: talis sit humilitas nostra, ut nos non mergat. Sede super flumen, noli in flumine, noli sub flumine: sed tamen sede humilis, loquere non quomodo in Ierusalem. Ibi enim stabis; quia de ipsa spe loquitur alius psalmus, et cantat dicens: *Stantes erant pedes nostri in atriis Ierusalem* (Ps 121,2). Ibi erigeris, si te hic poenitendo et confitendo humiliaveris. *In atriis* ergo *Ierusalem stantes erant pedes nostri; Super flumina* vero *Babylonis sedimus et flevimus, cum recordaremur Sion.* Inde oportet ut fleas, recordando Sion.

5. Multi enim flent fletu Babylonio, quia et gaudent gaudio Babylonio. Qui gaudent lucris et flent damnis, utrumque de Babylonia est. Flere debes, sed recordando Sion. Si recordando Sion fles, et quando tibi secundum Babyloniam bene est oportet ut fleas. Propterea dicitur in quodam psalmo: *Tribulationem et dolorem inveni, et nomen Domini invocavi* (Ps 114, 3 et 4). Quid est quod dicit, *Inveni?* Nescio quam tribulationem quasi quaerendam, invenit tanquam quaesitam. Et cum invenisset, quo lucro invenit? Nomen Domini invocavit. Multum interest utrum invenias tribulationem, an inveniaris a tribulatione. Dicit enim

Cuando de repente se apodera de ti la tristeza al perder los bienes temporales con los que te deleitabas, cuando la repentina tristeza te encuentra, sin pensar que pudieras entristecerte, al sobrevenirte el entristecimiento, te encontró el dolor del infierno. Te creías estar arriba, y, sin embargo, estabas abajo; y, al encontrarte el dolor del infierno, te encontraste allí abajo tú que creías que estabas arriba, pues te hallaste afectado gravemente con el dolor, con la tristeza de algún mal que quizá presumías que no había de entristecerte: te halló el dolor del infierno. Por el contrario, cuando te va bien, es decir, cuando te sonríen todas las cosas mundanas, cuando ninguno de los tuyos murió, nada se secó, o se apedreó, o apareció estéril en tu viña, no se avinagró tu cuba, no abortó ningún ganado tuyo, no fuiste destituido de alguna dignidad de la que estabas investido en el siglo, en todas partes encuentras a tus amigos y conservan tu amistad, no te faltan protegidos, los hijos te obedecen, los siervos te temen, la esposa va acorde contigo, la casa se muestra feliz, entonces debes decir: "Aquí encontré la tribulación", para que, si algo puedes, habiendo encontrado la tribulación, invoques el nombre del Señor. La palabra divina parece enseñar algo contrario al decir: "Llora en la alegría y alégrate en la tristeza." Oye al que se alegra en la tristeza: *Nos gloriamos en las tribulaciones.* Ve al que llora en la alegría si encontró la tribulación. Atienda cada uno a su felicidad, por la que se regocijó su alma y se hinchó en cierto modo por el gozo, y se engrió y dijo: "Soy feliz"; atienda y vea si no se

alio loco: *Dolores inferni invenerunt me* (Ps 17,6). Quid est, *Invenerunt me dolores inferni?* Quid est, *Tribulationem et dolorem inveni?* Quando te repente occupat tristitia, perturbatis tibi rebus saecularibus quibus oblectabaris: quando te repentina ipsa invenit tristitia, unde te non putabas posse fieri tristem, accidit, et tristis efficeris; invenit te dolor inferni. Te enim sursum putabas; verumtamen deorsum eras: et cum te dolor inferni inveniret, ibi te invenisti deorsum, qui te sursum putabas. Invenisti enim te dolore affectum graviter, tristitia alicuius mali, unde forte praesumpseras te non fore tristem; invenit te dolor inferni. Cum autem bene est tibi, arrident omnia saecularia, nullus tuorum obiit, nihil in vinea tua forte vel aruit, vel grandinatum est, vel sterile apparuit, non acuit cupa tua, non abortum passum est pecus tuum, non exhonoratus es in aliqua dignitate secundum saeculum constitutus, undique amici tui et vivunt et servant tibi amicitiam, clientes non desunt, filii obsequuntur, servi contremiscunt, coniux concors, felix dicitur domus; ibi inveni tribulationem, si aliquid potes, ut inventa tribulatione invoces nomen Domini. Perversum aliquid videtur docere sermo divinus, flere in laetitia, et in moerore laetari. Audi in moerore laetantem: *Gloriamur,* inquit, *in tribulationibus* (Rom 5,3). Flentem autem in laetitia, vide si invenit tribulationem. Attendat quisque ipsam felicitatem suam, qua exsultavit anima eius, et tumuit quodammodo gaudio, et extulit se, et dixit, Felix sum: attendat si non fluit illa felicitas, si potest certus esse

desliza aquella felicidad, si puede estar seguro de que ella permanezca eternamente. Si no lo está y ve que corre aquello de lo que se goza, es río de Babilonia; siéntese junto a él y llore. Se sentará y llorará si se acordó de Sión. ¡Oh paz!, aquella que veremos junto a Dios; ¡oh santa igualdad!, la que tendremos con los ángeles; ¡oh visión y espectáculo sublime!: he aquí las cosas bellas que tienen en Babilonia; no retengan, no engañen. Una cosa es el solaz de los cautivos y otra el gozo de los libres. *Junto a los ríos de Babilonia, allí nos hemos sentado y llorado al recordar a Sión.*

6 [v.2]. *En medio de ella hemos colgado en los sauces nuestros instrumentos músicos.* Los ciudadanos de Jerusalén tienen propios instrumentos músicos: la Escritura, los preceptos, las promesas de Dios, la meditación de la vida futura; pero mientras se hallan en medio de Babilonia cuelgan sus instrumentos en los sauces de ella. Los sauces son árboles sin fruto, y en este lugar se aducen en mal sentido, aunque quizá en otros lugares puedan consignarse en bueno. Ahora consideradlos como árboles estériles que nacen junto a los ríos de Babilonia. Estos árboles se riegan con los ríos de Babilonia y no llevan fruto. Así como hay hombres ansiosos, avaros y estériles de toda obra buena, así los ciudadanos de Babilonia, como árboles propios de aquella región, se alimentan de los placeres de las cosas mundanas, como regados por los ríos de Babilonia. Buscas en ellos fruto, y jamás lo encuentras. Al soportar a éstos, nos encontramos con aquellos que están en medio de Babilonia. Hay mucha diferencia entre estar en me-

de illa quia manet in aeternum. Si autem non est certus, et videt fluere unde gaudet; fluvius Babylonis est: sedeat supra, et fleat. Sedebit autem et plorabit, si recordatus fuerit Sion. O pax illa quam videbimus apud Deum! o illa sancta aequalitas Angelorum! o illa visio et spectaculum pulchrum! Ecce in Babylonia pulchra sunt quae tenent: non teneant, non decipiant. Aliud est solatium captivorum, aliud gaudium liberorum. *Super flumina Babylonis, ibi sedimus et flevimus, cum recordaremur Sion.*

6 [v.2]. *In salicibus in medio eius suspendimus organa nostra.* Habent organa sua cives Ierusalem, Scripturas Dei, praecepta Dei, promissa Dei, meditationem quamdam futuri saeculi; sed cum agunt in medio Babyloniae, organa sua in salicibus eius suspendunt. Salices ligna sunt infructuosa; et hoc loco ita posita, ut non aliquid boni possit intelligi de salicibus; alibi autem forsitan potest. Modo ligna intelligite sterilia, nascentia super flumina Babylonis. Rigantur haec ligna de fluminibus Babylonis, et nullum fructum ferunt. Sicut sunt homines cupidi, avari, steriles in opere bono; ita cives Babyloniae, ut etiam ligna sint illius regionis, ex istis voluptatibus rerum transeuntium pascuntur, tanquam rigata a fluminibus Babyloniae: quaeris fructum, et nusquam invenis. Quando tales patimur, versamur cum eis qui sunt in medio Babylonis. Multum enim interest inter medium Babylonis, et exteriora

dio de Babilonia y a las afueras de Babilonia. Hay quienes no están en medio de Babilonia, es decir, que no se hallan envueltos por tanta codicia y deleite mundano. Pero quienes, lo diré clara y brevemente, son perversos, se hallan en medio de Babilonia y son árboles estériles, como sauces de Babilonia. Cuando los vemos y los encontramos tan estériles que difícilmente se ve en ellos algo por donde podamos conducirlos a la verdadera fe, o a las buenas costumbres, o a la esperanza del siglo futuro, o al deseo de la liberación de la cautividad de la muerte, aun cuando conocemos la Escritura que hemos de enseñarles, como no encontramos en ellos fruto alguno por donde podamos comenzar, apartamos nuestro rostro de ellos y decimos: "Aún éstos no perciben, no comprenden; cuanto les digamos lo tendrán por funesto y adverso." Luego, retardando el toque de la Escritura, colgamos en los sauces nuestros instrumentos músicos, pues no los juzgamos dignos de llevar nuestros instrumentos. No les obligamos a llevar con ellos nuestros instrumentos músicos, sino que, retrasando, los colgamos, pues los sauces son árboles babilónicos sin fruto, alimentados con los placeres terrenos, como con los ríos de Babilonia.

7 [v.3]. Y ved si a continuación no dice esto el salmo: *En medio de ella hemos colgado en los sauces nuestros instrumentos músicos. Porque allí nos pidieron quienes nos llevaron cautivos palabras de cánticos, y quienes nos llevaron forzados, himnos.* Se sobrentiende *nos pidieron.* Cánticos e himnos de alegría nos pidieron quienes nos condujeron cautivos. ¿Quiénes nos llevaron cautivos, hermanos? ¿A qué cautivadores nuestros perci-

Babyloniae. Sunt qui non sunt in medio eius, id est, non tanta concupiscentia saeculi et delectationibus obruuntur. Qui vero, ut aperte dixerim et breviter, multum mali sunt, in medio Babylonis sunt, et ligna sterilia, tanquam salices Babylonis. Quando illos videmus, et tam steriles eos invenimus, ut difficile nobis appareat in eis aliquid unde possint duci ad fidem rectam, vel ad bona opera, vel ad spem futuri saeculi, vel ad concupiscentiam liberationis a captivitate mortalitatis; Scripturas novimus, quas eis dicamus: sed quia nullum fructum in eis invenimus unde incipiamus, avertimus ab ipsis faciem, et dicimus, Adhuc isti non sapiunt, non capiunt; quidquid illis dixerimus, sinistrum et adversum habebunt. Ergo differendo circa eos Scripturas, suspendimus organa nostra in salicibus: non enim dignos habemus, qui organa nostra portent. Non ergo eis organa nostra inserendo alligamus, sed differendo suspendimus. Salices enim sunt Babyloniae ligna infructuosa, pasta temporalibus voluptatibus, tanquam fluminibus Babyloniae.

7 [v.3]. Et videte si non hoc sequitur Psalmus: *In salicibus,* inquit, *in medio eius suspendimus organa nostra. Quoniam ibi interrogaverunt nos qui captivos duxerunt nos, verba canticorum; et qui abduxerunt nos, hymnum:* subaudis, *interrogaverunt nos.* Verba canticorum et himnum interrogaverunt nos, qui captivos duxerunt nos. Qui nos duxerunt captivos, fratres? quos sensimus aliquando captivatores

bimos algunas veces? Jerusalén, sin duda, soportó a los babilónicos, a los persas, a los caldeos y a los hombres esclavizadores de aquellas gentes y regiones; pero esto aconteció después, no cuando se cantaba este salmo. Mas ya he dicho a vuestra caridad que todas las cosas que acontecían en aquella ciudad en la realidad, eran prefiguraciones nuestras, pues fácilmente puede demostrarse que nosotros estamos cautivos. Porque no respiramos ya el aire de aquella libertad, no gozamos de la pureza de la verdad y de aquella sabiduría que, permaneciendo en sí misma, renueva todas las cosas. Somos tentados con los deleites de las cosas temporales y luchamos diariamente contra las sugestiones de los ilícitos placeres. Apenas respiramos en la oración y vemos que nos hallamos cautivos. Pero ¿quiénes nos cautivaron? ¿Qué hombre? ¿Qué nación? ¿Qué rey? Si somos redimidos, éramos cautivos. ¿Quién nos redimió? Cristo. ¿De quién nos redimió? Del diablo. Luego el diablo y sus ángeles nos hicieron cautivos, pero no nos hubieran apresado si no hubiéramos querido. Nosotros fuimos llevados cautivos. Dije quiénes son nuestros esclavizadores. Ellos son, pues, los ladrones que hirieron al viajero que bajaba de Jerusalén a Jericó, al que, maltratado, abandonaron semivivo. Viendo a este herido aquel nuestro Guardián, es decir, el Samaritano, pues samaritano significa guardián, a quien vituperaron los judíos, diciéndole: *¿No decimos nosotros que eres samaritano y que estás poseído del demonio?;* pero El, rechazando uno de los dos ultrajes, retuvo el otro y dijo: *Yo no tengo demonio.* No dijo: "Yo no soy samaritano"; pues, si este samaritano no custodiase, pereceríamos. Luego, pasando el sama-

nostros? Sensit quidem illa Ierusalem Babylonios, Persas, Chaldaeos, et illarum gentium et regionum homines captivatores suos; et hoc postea, non quando isti psalmi cantabantur. Sed iam diximus Charitati vestrae omnia quae secundum litteram in illa civitate contingebant, figuras nostras fuisse: et facile potest demonstrari captivos nos esse. Non enim respiramus iam in auras illius libertatis; non enim fruimur puritate veritatis, et illa sapientia quae in seipsa manens innovat omnia (Sap 7,27). Delectationibus temporalium rerum tentamur, et colluctamur quotidie cum suggestionibus illicitarum voluptatum: vix respiramus vel in oratione; captivos nos esse intelligimus. Sed qui nos captivos duxerunt? qui homines? quae gens? qui rex? Si redimimur, captivi eramus. Quis nos redemit? Christus. A quo nos redemit? A diabolo. Diabolus ergo et angeli eius captivos nos duxerunt; nec ducerent nisi consentientes. Nos ducti sumus captivi. Captivatores nostri dixi qui sint. Ipsi sunt etiam latrones vulnerantes illum viatorem qui descendit ab Ierusalem in Iericho; quem sauciatum semivivum reliquerunt. Hunc ille custos noster, id est Samaritanus (Samaritanus enim Custos interpretatur), cui obiectum est a Iudaeis et dictum, *Nonne verum dicimus quia Samaritanus es, et daemonium habes?* et ille obiectorum duorum unum respuit, et unum tenuit: *Ego,* inquit, *daemonium non habeo* (Io 8,48,49); non autem dixit, Ego non sum Samaritanus: si enim ille Samaritanus non custodie-

ritano, vio al maltratado y al herido abandonado por los ladrones; y, como sabéis, lo recogió. Como alguna vez son denominados con el nombre de ladrón los que nos infligen heridas de pecados debido al consentimiento de nuestra cautividad, por lo mismo, éstos se llaman esclavizadores nuestros.

8. Luego *¿quiénes nos llevaron cautivos?* El diablo y sus ángeles. ¿Cuándo nos hablaron y *cuándo nos pidieron éstos palabras de cánticos?* Luego por esto, ¿qué hemos de entender? Que, cuando nos piden aquellos en quienes obra el diablo, hemos de entender que nos pide el mismo diablo que obra en ellos. Pues el Apóstol dice: *Y vosotros, que estabais muertos por vuestros delitos y pecados, cuando vivíais en ellos conforme a la corriente del mundo, conforme al príncipe de la potestad del aire, del espíritu que obra en los hijos de la incredulidad, entre los cuales también nosotros* —dice—*nos hallamos en otro tiempo.* Por esto demostró que, redimido de Babilonia, comenzó a salir de ella. Pero, sin embargo, ¿qué dice aún? Que todavía combatimos con nuestros enemigos. Y para que no nos airemos contra los hombres que nos proporcionan persecuciones, el Apóstol aparta nuestro ánimo del odio hacia los hombres y le endereza hacia la lucha de algunos espíritus que no vemos, pero que contra ellos combatimos, pues dice: *Vuestra lucha no es contra la carne y la sangre,* es decir, contra los hombres que veis, y de quienes os parece que soportáis males porque os persiguen (o suscitan persecuciones contra vosotros), ya que se nos manda rogar por ellos: *Vuestra lucha no es contra la carne y la sangre,* es decir, contra los hombres, *sino contra los príncipes, y las*

rit, utique perimus: Samaritanus ergo transiens vidit saucium et vulneratum derelictum a latronibus et, sicut nostis, collegit (Lc 10,30-35). Sicut aliquando latronum nomine ponuntur, qui nobis plagas peccatorum inflixerunt, iam per consensionem nostrae captivitatis; sic et captivatores nostri ipsi dicuntur.

8. Isti ergo *qui captivos duxerunt nos,* diabolus et angeli eius, quando nobis dixerunt, et quando *nos interrogaverunt verba canticorum?* Quid ergo intelligimus? Quia cum tales nos interrogant, in quibus diabolus operatur, intelligendus est ipse nos interrogare, qui in eis operatur. Apostolus dicit: *Et vos cum essetis mortui in delictis et peccatis vestris, cum viveretis in illis secundum saeculum mundi huius, secundum principem potestatis aeris huius, spiritus qui nunc operatur in filiis diffidentiae, in quibus et nos,* inquit, *aliquando conversati sumus* (Eph 2,1-3). Ostendit se redemptum de Babylonia coepisse iam exire. Sed tamen adhuc quid dicit? Quia cum hostibus nostris confligimus. Et ne irascamur hominibus qui nobis ingerunt persecutiones, tulit intentionem nostram Apostolus ab odio hominum, et direxit in luctam quorumdam spirituum, quos non videmus, et cum ipsis confligimus. Ait enim: *Non est vobis colluctatio adversus carnem et sanguinem;* id est, adversus homines quos videtis, a quibus mala videmini pati, qui vobis important persecutiones: nam pro ipsis orare praecepti sumus. *Non est vobis,* in-

potestades, y los rectores de este mundo de tinieblas. ¿A qué llamó *mundo?* A los amadores del mundo. A éstos llamó también tinieblas, a saber, a los inicuos, a los carnales, a los incrédulos, a los pecadores. A éstos, ya creyentes, congratula, diciéndoles así: *En otro tiempo fuisteis tinieblas, mas ahora luz en el Señor.* Luego nos colocó para luchar con aquellos príncipes, pues ellos nos cautivaron.

9. Cuando entró el diablo en el corazón de Judas con el fin de que entregara al Señor, no hubiera entrado si Judas no se lo hubiera permitido; cabalmente por esto muchos hombres malos que se hallan en medio de Babilonia a causa de los carnales e ilícitos deseos, concediendo un puesto al diablo y a sus ángeles en sus corazones para que obre en ellos y por ellos, nos preguntan algunas veces y nos dicen: "Dadnos la razón de esto." Con frecuencia nos dicen esto los paganos: "Explícanos el motivo de la venida de Cristo y qué aprovechó Cristo al género humano ¿Por ventura desde que vino Cristo no han empeorado los asuntos humanos? ¿No eran antes más propicios y felices que ahora? Nos digan los cristianos qué bien proporcionó Cristo". ¿Cómo piensan que han venido a ser más prósperos los sucesos humanos con la venida de Cristo? Juzgan que, si los teatros, los anfiteatros y los circos permaneciesen incólumes; que, si nada se derribase de Babilonia; que, si afluyesen por todas partes placeres debido a los hombres que habían de cantar y de danzar al compás de cánticos lascivos; que, si la sensualidad de los entregados a las deshonestidades y a las meretrices gozase de paz y de seguridad; que, si no

quit, *colluctatio adversus carnem et sanguinem,* id est, adversus homines; *sed adversus principes, et potestates, et rectores mundi tenebrarum harum* (ib. 6,12). Quid dixit, *mundi?* Dilectorum mundi. Hos appellavit et tenebras, id est iniquos, sceleratos, infideles, peccatores; quibus iam credentibus gratulatur hoc modo, ut dicat: *Fuistis enim aliquando tenebrae, nunc autem lux in Domino* (ib. 5,8). Ergo constituit nos luctam habere cum illis principibus; ipsi nos duxerunt captivos.

9. Quomodo autem diabolus intravit in cor Iudae (Io 13,27), ut traderet Dominum, non autem intraret, nisi ille locum daret; sic multi mali homines de media Babylonia per desideria carnalia et illicita locum dando diabolo et angelis eius in cordibus suis, ut in illis et de illis operetur, aliquando interrogant nos, et dicunt nobis: Exponite nobis rationem. Pagani plerique dicunt ista nobis: Exponite rationem, quare venit Christus, et quid profuit Christus generi humano? Nonne ex quo venit Christus peiora sunt in rebus humanis, quam fuerunt antea, et feliciores tunc erant res humanae quam modo? Dicant nobis Christiani quid boni attulit Christus? unde feliciores putent res humanas, quia venit Christus? Vides enim si theatra et amphitheatra et circi starent incolumes, si nihil caderet de Babylonia, si ubertas esset circumfluentium voluptatum hominibus cantaturis et saltaturis ad turpia cantica, si libido scortantium et meretricantium haberet quietem et securitatem, si

temiese el hambre en su casa el que clama: "Se vistan los pantomimos", y, por fin, que, si todas estas cosas se deslizasen sin ruina y sin perturbación alguna y hubiera gran seguridad en las frivolidades, entonces serían felices los tiempos y dirían que Cristo ofreció gran felicidad a los asuntos humanos. Pero como se persigue la iniquidad para que, extirpada la codicia, se implante la caridad de Jerusalén; como se mezclan amarguras a la vida temporal para que se deseen las cosas eternas; como los hombres son adoctrinados en los azotes, aceptando la corrección paterna para no recibir la sentencia penal del juez, nada bueno trajo Cristo; Cristo trajo sufrimiento y dolor. Comienzas a decir al hombre las cosas buenas que hizo Cristo, y no llega a comprenderlo. Le presentas a aquellos que hacen lo que poco ha oísteis en el evangelio; que vendieron todos sus bienes y se los dieron a los pobres con el fin de seguir al Señor y tener un tesoro en el reino de los cielos; le dices; "Ve lo que trajo Cristo, ve cuántos distribuyen sus bienes a los pobres y se hacen pobres no por necesidad, sino voluntariamente siguiendo al Señor, esperando el reino de los cielos", y se ríen de ellos, como si fuesen necios, pues dicen: "¿Estos bienes trajo Cristo, que el hombre pierda su hacienda y, dándola a los pobres, quede él pobre?" Pero tú, ¿que has de pensar? No comprendes los bienes de Cristo; otro a quien aposentaste en tu corazón te llenó y es enemigo de Cristo. Diriges la mirada a los tiempos pasados, y te parecen más venturosos que los presentes, los cuales eran como aceitunas pendientes del árbol, agitadas por el viento, que gozaban, por un inconstante y peculiar deseo, de cierta libertad de la brisa. Pero llegó el tiempo de ser echada la

non timeret famem in domo sua qui clamat ut pantomimi vestiantur; si haec omnia sine labe, sine perturbatione aliqua fluerent, et esset securitas magna nugarum, felicia essent tempora, et magnam felicitatem rebus humanis Christus attulisset. Quia vero caeduntur iniquitates, ut exstirpata cupiditate plantetur charitas Ierusalem; quia miscentur amaritudines vitae temporali, ut aeterna desideretur; quia erudiuntur in flagellis homines, paternam accipientes disciplinam, ne iudiciariam inveniant sententiam; nihil boni attulit Christus, et labores attulit Christus. Et incipis dicere homini quanta bona fecerit Christus, et non capit. Proponis enim illi eos qui faciunt quod modo audistis in Evangelio, vendunt omnia sua et dant pauperibus, ut habeant thesaurum in caelis et sequantur Dominum (Mt 19,21): dicis illi, Ecce quod attulit Christus. Quam multi faciunt ista, ut distribuant res suas egenis, et fiant pauperes, non necessitate, sed voluntate, sequentes Deum, sperantes regnum caelorum! Irrident isti quasi stultos: Et talia, inquiunt, bona attulit Christus, ut perdat, homo res suas, et cum dat egenis, remaneat egenus? Quid ergo facies? Bona Christi non capis: alius enim te implevit, qui adversarius est Christo, cui dedisti locum in corde tuo. Priora tempora respicis, et quasi laetiora tibi videntur fuisse tempora pristina, quae sic erant tanquam olivae pendentes in arbore, ducentibus ventis, quasi qua-

aceituna al lagar. No siempre había de estar pendiente del árbol; ya terminó el tiempo. No sin motivo se intitulan algunos salmos *Para los lagares.* En el árbol se hallaba en libertad; en la almazara, prensada. Cuando los intereses humanos se destruyen y hunden, atiendes a que crece la avaricia, atiende también a que crece la templanza. ¿Por qué eres tan ciego que ves únicamente correr por el albañal el alpechín y no ves el aceite en las tinajas o zafras? Los que obran mal son públicamente conocidos; por el contrario, los que se convierten a Dios y se purifican de las inmundicias de los malos deseos, están ocultos; como también en la misma o de la misma almazara corre a la vista el alpechín y ocultamente se licúa el aceite.

10. Aclamasteis y os alegrasteis antes estas cosas, porque ya podéis sentaros junto a los ríos de Babilonia y llorar. Pues bien, cuando entran en el corazón de los hombres los que nos llevaron cautivos y nos preguntan, valiéndose de las lenguas de aquellos a quienes poseen, y nos dicen: "*Cantadnos palabras de cánticos,* declaradnos el motivo de la venida de Cristo y qué es la otra vida; quiero creer. Declárame el motivo por que me mandas que crea", le respondo y le digo: "¡Oh hombre! ¿Cómo no quieres que te mande que creas? Estás repleto de malos deseos; si te declaro los bienes de Jerusalén, no los comprendes; conviene que te vacíes de lo que estás lleno para que puedas llenarte de lo que careces". Luego no le digas algo agradable; es un sauce, es un árbol estéril; no toques el órgano para que suene; más bien cuél-

dam libertate aurae perfruentes vago quodam desiderio suo. Ventum est ut oliva mitteretur in torcular: non enim semper pendere habebat in arbore: iam finis est anni. Non sine causa inscribuntur psalmi quidam, *Pro torcularibus* (Ps 8,80, et 83): in arbore libertas, in torculari pressura. Cum enim res humanae conteruntur et premuntur, attendis quia crescit avaritia; attende quia crescit et continentia. Quare tam caecus es, ut amurcam fluentem per plateas videas, oleum in gemellaria non videas? Et hoc non sine causa. Qui enim male versantur, publice noti sunt; qui autem se convertunt ad Deum, et a sordibus malarum cupiditatum purgantur, occulti sunt: quia et in ipso vel ex ipso torculari amurca aperte fluit, oleum occulte eliquatur.

10. Acclamatis ad ista, et gaudetis ad ista; quia iam potestis sedere super flumina Babylonis, et flere. Illi autem qui captivos duxerunt nos, quando intrant in corda hominum, et interrogant nos per linguas eorum quos possident, et dicunt nobis: *Cantate nobis verba canticorum;* reddite nobis rationem adventus Christi, et quae est alia vita. Volo credere; doce me rationem quare mihi imperas ut credam. Respondeo illi et dico: O homo, quomodo non vis tibi imperem ut credas? Plenus es malis cupiditatibus: si dicam bona illa Ierusalem, non ea capis; oportet ut exinaniaris quo plenus es, ut possis impleri quo inanis es. Ergo noli facile huic aliquid dicere; lignum est salicis, lignum est sterile; noli percutere organum ut sonet, suspende potius. Sed ille dicturus est: Dic mihi, canta mihi, redde mihi rationem. Non vis, inquit, ut discam?

gale. Pero él ha de decir: "Háblame, cántame, explícame la razón; ¿tú no quieres que aprenda?" No oyes con buen ánimo, no llamas de suerte que merezcas se te abra. Te llena el que a mí me hizo cautivo; él me pregunta por ti; es astuto, falazmente pregunta; no busca aprender, sino qué reprender. Luego yo no hablaré; colgaré mis instrumentos músicos.

11 [v.4]. Pero ¿qué ha de decir aún? *Cantadnos palabras de cánticos; cantadnos un himno, cantadnos cánticos de Sión.* ¿Qué responderemos? Babilonia te sostiene, te alimenta, te sujeta; por ti habla Babilonia. Sólo eres capaz de percibir lo que brilla temporalmente, no sabes meditar en lo eterno; no comprendes aquello que preguntas. *¿Cómo cantaremos el cántico del Señor en tierra extraña?* Así es verdaderamente, hermanos. Comenzad a querer predicar la verdad más insignificante que sepáis y ved que infaliblemente soportáis a estos mofadores, falsarios y fiscalizadores de la verdad. Responded a estos que os piden lo que no pueden entender y decidles respaldados por la seguridad que proporciona vuestro cántico santo: *¿Cómo cantaremos el cántico del Señor en tierra extraña?*

12. Pero ve cómo has de portarte entre ellos. ¡oh pueblo de Dios, oh Cuerpo de Cristo, oh animosa peregrinación!, pues no eres de aquí, eres de otro lugar, no sea que, cuando ellos te dicen: *Cantadnos palabras de cánticos, cantadnos un himno, cantadnos cánticos de Sión,* aparezca como si fuesen amados por ti, y que deseas su amistad, y que temes desagradarles; y, por tanto, co-

Non bono animo audis, non sic pulsas ut tibi dignum sit aperiri. Ille te implevit qui me captivum duxit, ipse me interrogat de te. Astutus est, dolose quaerit: non quaerit quid discat, sed quid reprehendat. Ergo ego non dicam, suspendam organum meum.

11 [v.4]. Sed quid dicturus est adhuc? *Cantate nobis verba canticorum, cantate nobis hymnum, cantate nobis de canticis Sion.* Quid respondemus? Babylonia te portat, Babylonia te continet, Babylonia te nutrit, Babylonia de te loquitur; non nosti capere nisi quod fulget ad tempus, aeterna meditari ignoras, non capis quod interrogas. *Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena?* Vere, fratres, sic est. Incipite velle praedicare veritatem quantulamcumque nostis, et videte quam necesse sit ut tales patiamini irrisores, exactores veritatis, plenos falsitatis. Respondete illis exigentibus a vobis quae capere non possunt, et dicite ex fiducia sancti cantici vestri, *Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena?*

12. Sed vide quomodo verseris inter eos, o popule Dei, o corpus Christi, o generosa peregrinatio (non es hinc, aliunde es); ne cum illi qui tibi dicunt, *Cantate nobis verba canticorum, dicite nobis hymnum, cantate nobis de canticis Sion,* quasi amantur a te, et affectas amicitias eorum, et times talibus displicere; incipiat te delectare Babylonia, et obliviscaris Ierusalem. Hoc ergo timens vide quid subiiciat, vide quid sequatur. Passus est enim homo iste qui cantabat; et iste homo nos

mience a deleitarte Babilonia y te olvides de Jerusalén. Luego, sobrecogido por este temor, ve lo que añade, ve lo que sigue. El hombre que cantaba se vio agobiado por el peso del sufrimiento; este hombre, si queremos, somos nosotros; este hombre soportó de todas partes a los que preguntaban tales cosas, a los lisonjeros aduladores, a los mordaces reprensores, a los falsos encomiadores, a los que piden lo que no comprenden, a los que no quieren derramar aquello de lo que están llenos; y, hallándose en peligro entre la turba de tales hombres, levantó el ánimo recordando a Sión, y se obligó con cierto juramento, diciendo entre las palabras de los que le habían cautivado, entre las voces de los aduladores, entre los gritos de los que pedían malamente, entre el murmullo de los que buscaban y no querían aprender: *Si me olvidare de ti, Jerusalén...*

13. Ved de dónde era el rico aquel que preguntó al Señor: *Maestro bueno, ¿qué haré para conseguir la vida eterna?* ¿Por ventura, al indagar acerca de la vida eterna, no pedía el cántico de Sión? *Guarda*—le dice el Señor—*los mandamientos.* El, habiendo oído esto, con altanería dijo: *Desde mi juventud los cumplí todos.* El Señor le dijo algo que pertenecía a los cánticos de Sión, aunque conocía que no los comprendía; pero nos ofreció un ejemplo de cómo muchos que han de pedirnos un consejo para la vida eterna nos alabarán cuando les respondemos lo que ellos pretenden. Por El nos dio una prueba, enseñándonos lo que debemos contestar algunas veces a estos hombres: *¿Cómo cantaremos el cán-*

sumus, si volumus: passus est undique talia interrogantes et adulatione blandientes, mordaciter reprehendentes, falso laudantes, quod non capiunt exigentes, quo pleni sunt fundere nolentes; et inter turbas talium tanquam periclitans, erexit animum ad recordationem Sion, et constrinxit se talis anima iuratione quadam, et ait: *Si oblitus tui fuero, Ierusalem;* inter verba captivantium, inter verba dolosorum, inter verba male interrogantium, quaerentium et discere nolentium.

13. Ecce inde erat dives ille qui Dominum interrogavit: *Magister bone, quid faciam ut vitam aeternam consequar?* Nonne de vita aeterna quaerens, quasi canticum Sion interrogavit? *Serva mandata,* ait illi Dominus Et ille de fastu, cum audisset, *Iam omnia haec,* iuquit, *implevi a iuventute mea.* Et Dominus dixit illi quiddam de canticis Sion, et noverat quod non caperet; sed exemplum dedit nobis, quomodo multi quaerant quasi consilium ad vitam aeternam, et tamdiu nos laudent, quamdiu respondeamus quod quaerunt. Dedit de illo documentum, tanquam nobis dicturis aliquando talibus hominibus, *Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena?* Ecce ait: *Vis esse perfectus? Vade, vende omnia quae habes, et da pauperibus, et habebis thesaurum in caelo; et veni, sequere me.* Ut discat multa cantica de canticis Sion, prius impedimenta reiiciat, expeditus ambulet, ne ullo onere praegravetur; et discet aliquid de canticis Sion. Ille autem contristatus abscessit. Dicamus post illum, *Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena?* Et ille quidem

tico del Señor en tierra extraña? Ved qué dice: *¿Quieres ser perfecto? Vete, vende lo que tienes, dalo a los pobres, y tendrás un tesoro en el cielo; ven y sígueme.* Para que aprenda algunos cánticos de los cánticos de Sión, se despoje primeramente de los impedimentos, ande desembarazado, no cargue peso, y así aprenderá algo de los cánticos de Sión. Pero él, entristecido, se alejó. Digamos a su espalda: *¿Cómo cantaremos el cántico del Señor en tierra extraña?* El ciertamente se apartó; sin embargo, el Señor dio esperanza a los ricos. Porque, perturbados los discípulos, dijeron: *¿Quién podrá salvarse?* Mas Jesús les respondió: *Lo que es imposible a los hombres, es fácil a Dios.* También tienen los ricos un módulo propio, pues recibieron el cántico de Sión, el cántico sobre el cual dice San Pablo a Timoteo: *Ordena a los ricos de este mundo que no se ensoberbezcan ni pongan la esperanza en lo incierto de las riquezas, sino en Dios vivo, que nos da todas las cosas abundantemente para disfrutarlas.* Y, añadiendo lo que deben hacer, toca ya el órgano, no le cuelga, pues prosigue: *Sean ricos en buenas obras, sean dadivosos y limosneros; atesoren un hermoso fundamento para el futuro a fin de que consigan la verdadera vida.* Los ricos recibieron primeramente este cántico de los cantos de Sión: *que no se ensoberbezcan.* Las riquezas engríen, y a los que se engríen, como ríos, los arrastran. ¿Qué se manda a éstos? Ante todo, *no ensoberbecerse.* Eviten en las riquezas lo que engendran las riquezas; eviten en las riquezas la soberbia. Lo que primeramente ocasionan las riquezas a los hombres incautos es este mal. Pues el oro, que Dios creó, no es malo; lo que es malo

discessit; spem tamen divitibus Dominus dedit. Nam contristati discipuli dixerunt: *Quisnam potest salvus fieri?* Et respondit eis: *Quod hominibus impossibile est, facile est Deo* (Mt 19,16-26). Habent enim et divites quemdam modum suum, et acceperunt canticum de Sion, canticum de quo Apostolus dicit: *Praecipe divitibus huius saeculi non superbe sapere, neque sperare in incerto divitiarum, sed in Deo vivo, qui praestat nobis omnia abundanter ad fruendum.* Adiungens quid debeant agere, iam tangit organum, non suspendit: *Divites sint in operibus bonis, facile tribuant, communicent, thesaurizent sibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendant veram vitam* (I Tim 6, 17-19). Hoc canticum de canticis Sion divites acceperunt, primo, *non superbe sapere.* Extollunt enim divitiae; et quos extollunt, flumina illa tollunt. Quid ergo his praecipitur? Ante omnia, *non superbe sapere.* Quod faciunt divitiae, hoc caveant in divitiis; caveant in divitiis superbiam. Ipsum enim malum est quod important maxime divitiae incautis hominibus. Non enim aurum malum est, quod Deus condidit; sed malus est homo avarus relinquens Creatorem, conversus ad creaturam. Hoc ergo ibi praecaveat, ne sit superbus, et super fluvium Babylonis sedeat. Hoc illi enim dictum est, *Non superbe sapere:* ergo sedeat. *Neque sperare in incerto divitiarum:* ergo super flumina Babylonis sedeat. Si enim speravit in incerto divitiarum, trahitur a flumine Babylonis. Si vero humiliaverit se, et non super-

es el hombre avaro, que abandona al Creador, volviéndose a la criatura. Luego evite en las riquezas ser soberbio y se siente junto a los ríos de Babilonia. Pues se le dijo que *no se ensoberbezca; luego siéntese;* y que *no ponga la esperanza en lo incierto de las riquezas; luego siéntese junto a los ríos de Babilonia.* Si pone la esperanza en lo incierto de la riqueza, es arrastrado por el río de Babilonia; si se humilla y no se ensoberbece y no pone la esperanza en lo incierto de las riquezas, se halla sentado junto al río, suspira recordando a Sión por la eterna Jerusalén; y para llegar a Sión da sus bienes. Aquí tenéis el cántico que los ricos recibieron de los cánticos de Sión. Obren, toquen el órgano, no se crucen de brazos al hallar a un hombre que le dice: "¿Qué haces? Pierdes tus cosas erogando tanto; atesora para tus hijos". Cuando ven que no comprenden y se dan cuenta que son sauces, no les digan al instante por qué obran y qué hacen, cuelguen sus instrumentos músicos en los sauces de Babilonia. Sin hacer caso de los sauces, canten, no cesen, obren, pues no pierden lo que distribuyen. ¿Lo entregan a un siervo, y está seguro; lo entregan a Cristo, y perece?

14. Oísteis el cántico de los ricos, de los cánticos de Sión; oíd el cántico de los pobres: *Nada*—dice el apóstol San Pablo—*trajimos a este mundo, y claro es que no podemos llevar de él cosa alguna; teniendo comida y vestido, con eso nos baste. Porque los que quieren enriquecerse caen en la tentación, y en muchos deseos necios y perjudiciales, que sumergen al hombre en la ruina y perdición.* Estos son los ríos de Babilonia. *La raíz de todos los males es la avaricia, por la cual algunos que se prendaron de ella naufragaron en la fe y a sí mismos se echaron a cuestas dolores sin*

bierit, et non speraverit in incerto divitiarum, sedet super fluvium, suspirat aeternae Ierusalem recordatus Sion; et ut perveniat ad Sion, erogat. Ecce habes canticum quod divites acceperunt de canticis Sion. Operentur, tangant organum, non vacent, cum invenerint hominem dicentem sibi: Quid est quod facis? perdis res tuas tanta erogando; thesauriza filiis tuis. Cum viderint non capere, et intellexerint lignum esse salicis, non facile dicant quare agant, et quid agant, suspendant organa in salicibus Babylonis. Praeter salices autem cantent, non cessent, operentur. Non enim perdunt quod erogant. Servo commendant, et tutum est; Christo commendant, et perit?

14. Audistis canticum divitum de canticis Sion; audite et canticum pauperum. Idem Paulus loquitur: *Nihil intulimus in hunc mundum, sed nec auferre aliquid possumus: victum et tegumentum habentes, his contenti simus. Nam qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem et desideria multa, stulta et noxia, quae mergunt hominem in interitum et perditionem.* Haec sunt flumina Babylonis. *Radix est enim omnium malorum avaritia; quam quidam appetentes naufragaverunt a fide, et inseruerunt se doloribus multis* (ib. 7-10). Ergo contraria sunt ista cantica? Non sunt contraria. Videte quid divitibus dictum sit: *Non superbe sapere, neque sperare in incerto divitiarum,* bona operari, tribuere,

número. Luego ¿son entre sí opuestos estos cánticos? No. Ved qué se dijo a los ricos: *No os ensoberbezcáis ni pongáis la esperanza en lo incierto de las riquezas;* obrad bien, distribuid, atesoraos un buen fundamento para el futuro. ¿Y qué se dijo a los pobres? *Los que quieren enriquecerse caen en la tentación.* No dijo: "Los que son ricos", sino: *Los que quieren enriquecerse;* porque, si fuesen ya ricos, oirían otro cántico. El rico oye: que distribuya; el pobre: que no desee.

15 [v.5]. Cuando os halléis entre estos que no perciben el cántico de Sión, colgad, como dije, los instrumentos músicos en los sauces en medio de Babilonia. Diferid lo que habíais de decir. Comienzan a ser árboles fructíferos, se mudan los árboles, y llevan fruto bueno; allí ya nos es lícito cantar al oído de los que escuchan. Pero, cuando os halléis entre estos atronadores, ladinos, inquisidores y opositores de la verdad, retraeos; no queráis agradarles para que no os olvidéis de Jerusalén y diga a una nuestra alma, hecha, de muchos, una sola por la paz de Cristo; diga la misma cautiva Jerusalén, que se halla aquí en la tierra: *Si me olvidare de ti, Jerusalén, se olvide de mí mi derecha.* Severamente se ata, hermanos míos; *se olvide de mí mi derecha;* cruelmente se obliga. Nuestra derecha es la vida eterna; nuestra izquierda, la vida temporal. Cuanto haces por la vida eterna, lo ejecuta la derecha. Si al amor de la vida eterna mezclas en tus obras el deseo de la vida temporal, o de la alabanza humana, o de algún bien pasajero, conoce tu izquierda lo que hace tu derecha. Y sabéis que existe un precepto en el Evangelio que dice: *No sepa tu mano izquierda lo que hace*

thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum. Pauperibus autem quid dictum est? *Qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem.* Non dixit, qui divites sunt; sed, *Qui volunt divites fieri.* Nam si iam divites essent, alterum canticum audirent: dives audit ut eroget, pauper audit ne desideret.

15 [v.5]. Sed cum inter tales versamini, qui non capiunt canticum Sion, suspendite, ut dixi, organa in salicibus in medio eius; differte quae dicturi estis. Incipiunt esse ligna fructuosa, mutantur arbores et habebunt fructum bonum: ibi iam licet nobis cantare in aures audientium. Sed cum inter istos obstrepentes, male interrogantes, veritati resistentes versamini, obstringite vos non eis velle placere, ne obliviscamini Ierusalem; et dicat una anima vestra, facta una ex multis pace Christi, dicat ipsa captiva Ierusalem hic agens in terra: *Si oblitus tui fuero, Ierusalem, obliviscatur me dextera mea.* Vehementer se constrinxit, fratres mei: *Obliviscatur me dextera mea;* atrociter se obligavit. Dextera nostra est vita aeterna, sinistra nostra est vita temporalis. Quidquid facis propter vitam aeternam, dextera operatur. Si charitati vitae aeternae in operibus tuis miscueris concupiscentiam vitae temporalis, aut laudis humanae, aut alicuius commodi saecularis; cognovit sinistra tua quid faciat dextera tua. Et nostis esse in praecepto Evangelii, *Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua* (Mt 6,3). *Si oblitus* ergo, inquit, *tui fuero, Ierusalem,*

tu derecha. Si me olvidare—dice—*de ti, Jerusalén, se olvide de mí mi derecha.* Verdaderamente así acontece. Lo predijo, no lo deseó. A los que se olvidan de Jerusalén, les sucede esto que dijo: se olvida de ellos su derecha, pues la vida eterna permanece en sí; ellos son los que se quedan en el deleite temporal y se hacen derecho lo que es izquierdo.

16. Atended a esto, hermanos, os insinuaré, en atención a la derecha, cuanto el Señor me conceda para salud de todos. Quizá recordáis ahora que yo alguna vez traté de algunos que hacen derecho lo que es izquierdo; es decir, que tienen grandes riquezas temporales, y en ellas colocan la felicidad, ignorando cuál sea la verdadera felicidad, la verdadera derecha. La Escritura llama a éstos hijos extraños, como ciudadanos que son no de Jerusalén, sino de Babilonia; pues dice en cierto lugar un salmo: *Señor, líbrame de la mano de los hijos de los extraños, cuya boca habló vanidad, y su derecha es derecha de iniquidad;* y prosiguiendo añade: *cuyos hijos son como fuertes retoños; y sus hijas, adornadas como simulacros del templo; sus despensas, repletas, se desbordan de una en otra; sus ovejas, fecundas, que se multiplican en cada parto; sus bueyes, gordos; no hay brecha en su cerca ni gritería en sus plazas.* ¿Acaso tener esta felicidad es pecado? No, sino hacerla derecha siendo izquierda. Por eso, ¿qué dice a seguida? *Bienaventurado llamaron al pueblo que posee estas cosas.* Ved cómo su lengua habló vanidad, puesto que llamaron bienaventurado al pueblo que posee estas cosas. Tú eres ciudadano de Jerusalén que no te olvidas de Jerusalén para que no te olvides de tu derecha.

obliviscatur me dextera mea. Et vere sic contingit: praenuntiavit, non optavit. Talibus qui obliviscuntur Ierusalem, hoc contingit quod dixit; obliviscitur illos dextera eorum: vita enim aeterna manet in se; illi remanent in delectatione temporali, et faciunt sibi dextrum quod sinistrum est.

16. Intendite ad ista, fratres; propter dexteram insinuem hoc vobis, quantum Dominus donat, ad salutem omnium. Meministis fortasse hic me aliquando tractasse de quibusdam, qui quod sinistrum est, faciunt dextrum; id est, qui temporalia bona plus habent, et in istis beatitudinem ponunt, ignorantes quae sit vera felicitas, vera dextera. Hos Scriptura filios alienos dicit, tanquam cives non Ierusalem, sed Babyloniae: dicit enim quodam loco psalmus, *Domine, libera me de manu filiorum alienorum, quorum os locutum est vanitatem, et dextera eorum dextera iniquitatis.* Sequitur enim, et dicit: *Quorum filii eorum sicut novellae constabilitae; filiae eorum ornatae sicut similitudo templi; cellaria eorum plena, eructantia ex hoc in hoc; oves eorum fecundae, multiplicantes in exitibus suis; boves eorum crassae: non est ruina sepis, nec clamor in plateis eorum.* Numquid habere istam felicitatem, hoc est peccare? Non; sed facere illam dexteram, cum sit sinistra. Propterea secutus, quid ait? *Beatum dixerunt populum cui haec sunt.* Ecce unde locutum est os eorum vanitatem, quia beatum dixerunt populum cui haec sunt. Tu

Ve que los que hablaron vanidad llamaron bienaventurado al pueblo que posee estas cosas. Tú cántame el cántico de Sión: *Bienaventurado el pueblo que tiene a Dios por Señor.* Hermanos, vosotros preguntad a vuestros corazones si deseáis los bienes de Dios, si anheláis la ciudad de Jerusalén, si codiciáis la vida eterna. Sea para vosotros izquierda toda esta felicidad terrena y sea derecha aquella que tendréis siempre; con todo, si tuvieseis izquierda, no presumáis de ella. ¿Por ventura no corriges a quien desea alimentarse de la izquierda? Si piensas que injuria tu mesa el que come alimentos de la izquierda, ¿cómo no se injuriará la mesa de Dios si lo que es derecha lo haces izquierda, y lo que es izquierda lo haces derecha? Luego ¿qué resta? Que, *si me olvidare de Jerusalén, se olvide de mí mi derecha.*

17 [v.6]. *Péguese mi lengua a mi paladar si no me acordase de ti.* Es decir, enmudezca, dice, si no me acordase de ti. ¿Para qué habla, para qué toca, si no suena el cántico de Sión? Nuestra lengua es el cántico de Jerusalén. El cántico del amor de este mundo es la lengua ajena, la lengua extraña que aprendimos en la cautividad. Luego estará mudo para con Dios el que se olvidare de Jerusalén. Poco es acordarse, pues también los enemigos se acordaron de ella intentando destruirla. "¿Qué es esta ciudad—dicen—. ¿Qué son los cristianos? ¿Y cuáles son los cristianos?" ¡Oh si no hubiese cristianos! Venció la turba cautiva a sus cautivadores, y, sin embargo, murmuran, se ensañan, quieren destruir la santa ciudad que peregrina junto a ellos, así como quiso Faraón

quidem civis es Ierusalem, qui non oblivisceris Ierusalem, ne obliviscatur te dextera tua; ecce illi qui locuti sunt vanitatem, beatum dixerunt populum cui haec sunt: dic mihi tu canticum Sion. *Beatus,* inquit, *populus cuius Dominus Deus ipsius* (Ps 143,11-15). Interrogate corda vestra, fratres, si desideratis bona Dei, si desideratis civitatem illam Ierusalem, si concupiscitis vitam aeternam. Omnis ista terrena felicitas sinistra vobis sit; illa sit dextera quam semper habebitis: et si habueritis sinistram, nolite de sinistra praesumere. Nonne corripis eum qui de sinistra voluerit manducare? Si mensae tuae iniuriam putas fieri manducante conviva de sinistra; quomodo non fit iniuria mensae Dei, si quod dextrum est, sinistrum feceris, et quod sinistrum est, dextrum feceris? Quid ergo? *Si oblitus tui fuero, Ierusalem, obliviscatur me dextera mea.*

17 [v.6]. *Adhaereat lingua mea faucibus meis, nisi tui meminero.* Id est, obmutescam, inquit, nisi tui meminero. Utquid enim loquitur, utquid sonat, qui cantica Sion non sonat? Ipsa est lingua nostra, canticum Ierusalem. Canticum dilectionis saeculi huius, lingua aliena, lingua barbara est, quam in captivitate didicimus. Ergo mutus erit Deo, qui oblitus fuerit Ierusalem. Et parum est meminisse; nam et hostes meminerunt eius, volentes eam evertere. Quae est civitas ista, dicunt? qui sunt Christiani? et quales sunt Christiani? O si non essent Christiani! Vicit iam captiva turba captivatores suos, et tamen murmurant, et saeviunt, et volunt interficere apud se peregrinantem sanctam civitatem:

aniquilar al pueblo de Dios matando a los niños recién nacidos y dejando a las niñas: sofocando las virtudes y fomentando los vicios. Luego poco es acordarse; ve cómo te acuerdes. Recordamos algunas cosas con odio, otras con amor. Luego cuando dijo: *Si me olvidare de ti, Jerusalén, se olvide de mí mi derecha. Péguese mi lengua a mi paladar si no me acordare de ti,* al momento añadió: *si no antepusiese a Jerusalén como principio de mi regocijo.* Se da el sumo regocijo en donde nos gozamos con Dios, en donde nos hallamos seguros con la fraternidad inquebrantable y la compañía cívica. Allí ningún tentador nos corromperá, nadie podrá caer por algún hechizo; allí nada deleitará sino el bien. Allí desaparecerá toda necesidad y aparecerá la suma felicidad. *Si no antepusiese a Jerusalén como principio de mi regocijo.*

18 [v.7]. Dirigiéndose al Señor contra los enemigos de su ciudad, dice: *Acuérdate, Señor, de los hijos de Edón.* Edón es el mismo Esaú; y oísteis ahora cuando se leía el Apóstol: *Amó a Jacob y odió a Esaú.* Eran dos hijos gemelos que se hallaban en el mismo vientre, en el de Rebeca; hijos de Isaac y nietos de Abrahán. Nacieron ambos: el uno para heredar, el otro para ser desheredado. Esaú fue enemigo de su hermano, porque, siendo hijo menor, se antepuso por la bendición, y así se cumplió en él *el mayor servirá al menor.* Luego ahora entendemos quién es el mayor y quién el menor, y quién es el mayor que sirve al menor. El pueblo judío parecía a primera vista el mayor, y el pueblo cristiano el menor. Pero ved cómo el mayor sirve al menor. Ellos son nuestros libreros, nosotros vivimos de sus códices. Pero, hermanos,

sicut voluit ipsum populum interficere Pharao, quando masculos occidebat natos, et feminas relinquebat; virtutes praefocabat, concupiscentias nutriebat. Parum ergo est meminisse: vide quomodo memineris. Quaedam enim cum odio meminimus, quaedam cum amore. Cum ergo dixisset, *Si oblitus tui fuero, Ierusalem, obliviscatur me dextera mea. Adhaereat lingua mea faucibus meis, nisi tui meminero;* addidit statim, *Si non praeposuero Ierusalem in principio iucunditatis meae.* Ibi est enim summa iucunditas, ubi Deo perfruimur, ubi de fraternitate cohaerente et civica societate securi sumus. Nullus ibi tentator nos violabit, nullus vel ad aliquam illecebram percellere poterit, nihil ibi delectabit nisi bonum. Morietur ibi omnis necessitas, orietur ibi summa felicitas. *Si non praeposuero Ierusalem in principio iucunditatis meae.*

18 [v.7]. Et convertit se ad Dominum contra hostes ipsius civitatis: *Memento, Domine, filiorum Edom.* Edom ipse dictus est qui et Esau: audistis enim modo cum Apostolus legeretur, *Iacob dilexi, Esau autem odio habui.* Duo filii erant in uno utero, ambo gemini, in utero Rebeccae, filii Isaac, nepotes Abrahae: nati sunt ambo; unus ad haereditatem, alter ad exhaeredationem. Fuit autem hostis fratris sui iste Esau, quia praevenit benedictionem eius filius minor; et impletum est, *Maior serviet minori* (Rom 9,10-13; Gen 25,23). Maior ergo quis est, et minor quis est, et quis est maior qui serviet minori, modo intelligimus. Maior videbatur populus Iudaeorum, minor ex tempore populus Christianorum.

para que entendáis de todos en general quién es el mayor y el menor, diré que se llama mayor el hombre carnal, y menor el hombre espiritual, porque primero es el carnal y después el espiritual. Así claramente lo atestigua el Apóstol, diciendo: *El primer hombre de la tierra, terreno; el segundo del cielo, celeste. Cual es el terreno, así son los terrenos, y cual es el celeste, asimismo son los celestes. Como llevamos la imagen del hombre terreno, llevemos también la imagen de Aquel que es del cielo.* Sin embargo, allí había dicho un poco antes: *Pero no es primero lo espiritual, sino lo animal, y después lo espiritual.* Llama animal a lo mismo que presentó como carnal. El hombre al nacer comienza siendo animal, comienza siendo carnal. Si se encamina de la cautividad de Babilonia hacia Jerusalén, se renueva; y, haciéndose esta renovación según el nuevo hombre interior, éste se hace menor por el tiempo, pero mayor por el poder. Luego Esaú simboliza a todos los carnales, y Jacob a todos los espirituales. Los menores son elegidos, los mayores reprobados. ¿Quiere también él ser elegido? Se haga menor. Se llamó Edón por ciento alimento lenticular rojo; es decir, por ciento alimento rosáceo. Estando bien guisadas aquellas suculentas lentejas, Esaú, vencido por el deseo de comerlas, se las pidió a su hermano Jacob, cediéndole por ellas el derecho de la primogenitura. Jacob cedió el alimento del placer y percibió la dignidad del honor. Así, por pacto entre ellos, aconteció que, siendo Esaú el mayor y Jacob el menor, el mayor sirvió al menor y fue llamado el mayor Edón. Edón significa, según dicen los que conocen la lengua hebrea, *sangre;* también en púnico *sangre* se dice

Et videte quomodo maior servit minori. Illi portant Codices nostros; nos vivimus de Codicibus ipsorum. Sed ut generaliter de omnibus intelligatis, fratres, maiorem et minorem; maior dicitur homo carnalis, et minor dicitur homo spiritualis; quia prius est carnalis, et postea spiritualis. Habes Apostolum aperte dicentem: *Primus homo de terra, terrenus; secundus homo de caelo, caelestis. Qualis terrenus, tales et terreni; et qualis caelestis, tales et caelestes. Sicut portavimus imaginem terreni, portemus et imaginem eius qui de caelo est.* Ibi autem supra dixerat: *Sed non prius quod spirituale est, sed quod animale; postea, spirituale* (1 Cor 15, 46-49). Animalem autem eumdem dicit, quem carnalem ostendit. Homo qui nascitur, animalis esse incipit, carnalis esse incipit. Si se convertat a captivitate Babyloniae in reditum Ierusalem, renovatur, et fit renovatio quaedam secundum novum et interiorem hominem; et fit minor tempore, maior potestate. Ergo Esau omnes carnales, Iacob autem omnes significat spirituales: minores electi, maiores illi reprobati. Vult et ipse eligi? Fiat minor. Edom autem appellatus es de cibo quodam lenticulae rubro, id est roseo quodam cibo. Bene cocta erat lenticula defricata; concupivit iste Esau a fratre suo Iacob, et cessit illi primatum suum, victus concupiscentia manducandae illius lenticulae. Ille autem cessit cibum voluptatis, et sumpsit honorem dignitatis. Ita ex placito quodam inter eos factum est ut ille maior, ille minor sit, ut maior ser-

Edón. No hay que extrañarse, todos los carnales pertenecen a la sangre. Y *la carne y la sangre no poseerán el reino de los cielos.* Edón no pertenece a él; pertenece Jacob, que se desprendió del alimento carnal y tomó la dignidad espiritual. Edón se hizo enemigo. Todos los carnales son enemigos de los espirituales. Todos los que anhelan las cosas presentes persiguen a los que ven que meditan en las cosas eternas. Contra éstos, mirando a Jerusalén este hombre del salmo y rogando a Dios que le saque de la cautividad, ¿qué dice? *Acuérdate, Señor, de los hijos de Edón.* Líbranos de los carnales, y de los que imitan a aquel Edón, que son hermanos mayores y nuestros enemigos. Nacieron primero; pero los nacidos después se anticiparon en cuanto al derecho de primogenitura, porque la concupiscencia de la carne derribó a los primeros y el desprecio de ella ensalzó a los segundos. Viven, envidian y persiguen.

19. *Acuérdate, Señor, de los hijos de Edón en el día de Jerusalén.* ¿En el día de Jerusalén en que sufrió, en que fue hecha cautiva, o en el día de la felicidad de Jerusalén, en el que fue librada, en el que arribó y fue asociada a la eternidad? *Acuédate, Señor,* dice, no te olvides *de los hijos de Edón.* ¿De quiénes? *De los que dicen: "Suprimid, suprimid en ella hasta los cimientos".* Luego acuérdate de este día, cuando querían destruir a Jerusalén. ¡Cuántas persecuciones padeció la Iglesia! ¡Cómo decían los hijos de Edón, es decir, los hombres carnales, los sometidos al diablo y a sus ángeles, los que adoraban a las piedras y a la madera, los que seguían en pos de los deseos carnales: "Extinguid a los cristianos,

viret minori; et appellatus est Edom (Gen 25,29-34; et 27,36-37). Interpretatur autem, quantum dicunt qui illam linguam noverunt, Edom, Sanguis: nam et Punice Edom, sanguis dicitur. Noli mirari: ad sanguinem pertinent omnes carnales. *Caro et sanguis regnum Dei non possidebunt* (1 Cor 15,50). Non illuc pertinet Edom; pertinet illuc Iacob, qui caruit cibo carnali, et sumpsit honorem spiritualem. Ille vero factus est inimicus. Omnes carnales spiritualibus inimici sunt: omnes tales concupiscentes praesentia, insequuntur eos quos vident meditari aeterna. Contra hos iste respiciens in Ierusalem, et rogans Deum ut eruatur a captivitate, quid dicit? *Memento, Domine, filiorum Edom.* Libera nos a carnalibus, ab eis qui imitantur illum Edom, qui fratres maiores sunt, sed hostes sunt. Prius nati sunt; sed posterius nati vicerunt ad primatum: quia concupiscentia carnis illos deiecit; contempta concupiscentia istos erexit. Vivunt, et invident, et persequuntur.

19. *Memento, Domine, filiorum Edom, in diem Ierusalem.* Diem Ierusalem quo laboravit, quo captivata est; an diem illum felicitatis Ierusalem, quo liberatur, quo pervenit, quo aeternitati sociatur? *Memento,* inquit, *Domine,* noli oblivisci, *filiorum Edom.* Quorum? *Dicentium, Evacuate, evacuate, usque dum fundamentum in ea.* Istum ergo diem memento, quando evertere volebant illi Ierusalem. Quantas enim persecutiones passa est Ecclesia! Quomodo dicebant filii Edom, id est carnales homines, subditi diabolo et angelis eius, colentes lapides et

destronad a Cristo, no quede ni uno; arrasad hasta los cimientos!" ¿Por ventura no dijeron esto? Y, al decir esto los perseguidores, fueron reprobados, y los mártires coronados. *De los que dicen: "Suprimid, suprimid en ella hasta los cimientos"*. Dios dice; "Servid"; los hijos de Edón dicen: *Suprimid, suprimid.* ¿Y qué palabras pueden sobreponerse sino las de Dios, que dijo: *El mayor servirá al menor? Suprimid, suprimid en ella hasta el cimiento.*

20 [v.8]. Ahora se dirige a ella el salmista y dice: *Hija de Babilonia, infeliz.* Eres infeliz por tu exaltación, infeliz por tu presunción, eres infeliz por tu aborrecimiento. *Hija de Babilonia, infeliz.* La misma ciudad se denomina Babilonia e hija de Babilonia. Como a Jerusalén se la llama Jerusalén e hija de Jerusalén, y a Sión, Sión e hija de Sión, de la misma manera se llama a la Iglesia Iglesia e hija de la Iglesia; por la sucesión se denomina hija, y por la antelación, madre. Existió una primera Babilonia. Pero ¿acaso permaneció siempre en ella el mismo pueblo o la misma gente? Por la sucesión de Babilonia se hizo hija de Babilonia. ¡Oh *hija de Babilonia!,* (tú eres) *infeliz. Bienaventurado el que te pague tu retribución.* Tú eres infeliz, él es bienaventurado.

21. [v.9]. Tú, ¿qué hiciste y qué se te dará? Oye: *Bienaventurado el que te diere el pago que tú nos diste.* ¿Qué pago o retribución anuncia? Con ella termina el salmo: *Bienaventurado el que tomare y estrellase tus pequeñuelos contra la piedra.* A ella, a Babilonia, la llama infeliz, y dichoso al que le diese el pago que ella nos dio a nosotros. Preguntamos qué pago, y dice: *Bienaventurado el que tomare y estrellase a tus pequeños contra la piedra.* Este

ligna, sequentes concupiscentias carnis: Exstinguite Christianos, tollite Christianos, nec unus remaneat; evertite usque ad fundamentum! Nonne dicta sunt haec? Et cum ista dicerentur, persequentes improbati sunt, martyres coronati sunt. *Dicentium, Evacuate, evacuate, usque dum fundamentum in ea.* Filii Edom dicunt, *Evacuate, evacuate;* et Deus dicit, Servite. Cuius verba possunt superare, nisi Dei, qui dixit, *Quia maior serviet minori? Evacuate, evacuate, usque dum fundamentum in ea.*

20 [v.8]. Et convertit se ad illam: *Filia Babylonis infelix.* Infelix ipsa exsultatione tua, ipsa praesumptione tua, et inimicitiis tuis: *Filia Babylonis infelix* Civitas ipsa dicitur Babylon et filia Babylonis: quomodo Ierusalem et filia Ierusalem, et quomodo Sion et filia Sion, hoc more appellatur Ecclesia et filia Ecclesiae. Propter successionem dicitur filia, propter praelationem dicitur mater. Fuit prima quaedam Babylonia; numquid ipse populus in ea permansit? Per successionem Babyloniae facta est filia Babylonis. O *filia Babylonis infelix* tu! *Beatus qui retribuet tibi retributionem tuam.* Infelix tu, beatus ille.

21 [v.9]. Quid enim tu fecisti, et quid retribuetur tibi? Audi: *Beatus qui retribuet tibi retributionem tuam quam retribuisti nobis.* Quam retributionem dicit? Ad hoc claudit Psalmus: *Beatus qui tenebit et elidet infantes tuos ad petram.* Illam dicit infelicem, beatum autem qui retribuet ei retributionem quam retribuit nobis. Quaerimus, quam retributionem: *Beatus,* inquit, *qui tenebit et elidet infantes tuos ad*

es el pago. ¿Qué nos hizo esta Babilonia? Ya hemos cantado en el salmo que *las palabras de los inicuos prevalecieron contra nosotros.* Al nacer nos encontró párvulos la confusión de este mundo, y nos ahogó, aún niños, con los vanos pareceres de los diversos errores. Nacido el niño, el futuro ciudadano de Jerusalén, ciudadano ya en la predestinación de Dios e interinamente cautivo, ¿qué aprende a amar? Lo que al oído le susurran sus padres. Le instruyen y le enseñan la avaricia, el robo, la mentira cotidiana, los distintos cultos de los dioses y demonios, los ilícitos preservativos de los encantamientos y amuletos. ¿Qué ha de hacer el niño, alma tierna, atendiendo a lo que hacen los mayores, sino hacer lo que ellos hacen? Luego Babilonia nos persiguió siendo niños, pero Dios nos dio ya de mayores su conocimiento para no seguir los errores de nuestros padres. Esto ya lo recordé, en el salmo 64, como anunciado por el profeta: *Vendrán a ti las gentes del extremo de la tierra y dirán: "Nuestros padres ciertamente dieron culto a la mentira, a la vanidad, que de nada les sirvió."* Los que fueron matados niños siguiendo estas vanidades, ya jóvenes demuestran, desechando estas inicuas vanidades, que aprovechan reviviendo en Dios y que retribuyen su merecido a Babilonia. ¿Qué pago le dan? El que nos dio a nosotros. Por vuelta, sean ahogados sus pequeñuelos. ¿Qué digo? En pago sean estrellados y mueran. ¿Quiénes son los pequeñuelos de Babilonia? Los malos deseos nacientes, pues hay otros que luchan contra la vieja codicia. Cuando comienza a nacer la codicia, antes de que adquiera fortaleza contra

petram. Ipsa est retributio. Quid enim fecit nobis Babylonia ista? Iam cantavimus in illo psalmo: *Sermones iniquorum praevaluerunt adversus nos* (Ps 64,4). Quando enim nati sumus, parvulos nos invenit ista confusio saeculi huius; et offocavit nos errorum diversorum vanis opinionibus adhuc infantes. Natus infans futurus civis Ierusalem, et in praedestinatione Dei iam civis, sed interim captivatus ad tempus, quando discit amare, nisi quod insusurraverint parentes? Instruunt et docent illum avaritiam, rapinas, mendacia quotidiana, diversas culturas idolorum et daemoniorum, remedia illicita praecantationum et ligaturarum. Quid facturus est adhuc infans, anima tenera, attendens ad maiores quid agant, nisi ut quod eos viderit agere hoc sequatur? Babylonia ergo persecuta est parvulos nos; sed Deus dedit nobis agnitionem sui iam grandibus, ut non sequeremur errores parentum nostrorum. Quod et tunc commemoravi praedictum a propheta: *Ad te gentes venient ab extremo terrae, et dicent, Vere mendacium coluerunt patres nostri, vanitatem quae illis non profuit* (Ier 16,19). Iam iuvenes dicunt, qui occisi erant parvuli sequendo ipsas vanitates: proiiciendo autem vanitates, et reviviscendo in Deum proficiant, et retribuant Babyloniae. Qualem retributionem ei retribuent? Quam retribuit nobis. Parvuli eius vicissim offocentur; imo parvuli eius vicissim elidantur, et moriantur. Qui sunt parvuli Babyloniae? Nascentes malae cupiditates. Sunt enim qui cum vetere cupiditate rixantur. Quando nascitur cupiditas, antequam robur faciat adversum

ti la mala costumbres, cuando es débil, no la dejes tomar fuerza por la mala costumbre; cuando es pequeña, estréllala. ¿Temes que estrellada no muera? Estréllala contra la piedra. *La piedra era Cristo, dice el Apóstol.*

22. Hermanos, no cesen los instrumentos músicos en su obra. Cantaos mutuamente cánticos de Sión. Con el mismo buen agrado que oísteis, ejecutad lo que oísteis; si no queréis ser de los sauces infructuosos de Babilonia, no os alimentéis con sus ríos. Suspirad por la eterna Jerusalén; allí en donde está puesta vuestra esperanza, siga también vuestra vida. Allí estaremos con Cristo. Cristo ahora es nuestra Cabeza, ahora nos gobierna desde arriba. Con El nos abrazaremos en aquella ciudad; en ella seremos iguales a los ángeles de Dios. Esto no nos atreveríamos por nuestra parte ni a sospecharlo siquiera si no nos lo hubiera prometido la Verdad. Anhelad esto, hermanos; pensad día y noche en ello. Por mucho que os sonría la felicidad del mundo, no presumáis de ella; no queráis trabar con agrado conversación con vuestras codicias. Se presenta un enemigo grande; matadle contra la piedra. A los grandes *matadlos* contra la piedra, a los pequeños *estrelladlos* contra la piedra. Venza la piedra. Edificad sobre la piedra si no queréis ser arrastrados por el torrente, o el viento, o la lluvia. Si queréis hallaros armados contra las tentaciones en el mundo, crezca y se robustezca el deseo de la eterna Jerusalén en vuestros corazones. Pasará la cautividad y vendrá la felicidad. El último enemigo será condenado y triunfaremos con el Rey, sin morir.

te mala consuetudo, cum parvula est cupiditas, nequaquam pravae consuetudinis robur accipiat; cum parvula est, elide illam. Sed times ne elisa non moriatur; *ad petram* elide: *Petra autem erat Christus* (1 Cor 10,4).

22. Fratres, organa in operando non cessent; vobis invicem cantate cantica Sion. Quam libenter audistis, tam libentius agite quod audistis; si non vultis esse salices Babyloniae, pasti de fluminibus eius, et fructum nullum afferentes. Sed suspirate in aeternam Ierusalem; quo praecedit spes vestra, sequatur vita vestra: ibi erimus cum Christo. Christus nobis modo caput est; gubernat nos modo desuper: amplectetur secum in illa civitate; aequales erimus Angelis Dei. Non auderemus hoc suspicari de nobis, nisi promitteret Veritas. Hoc ergo concupiscite, fratres, hoc die noctuque cogitate. Quidquid de mundo feliciter arriserit, nolite praesumere: nolite libenter colloqui cum cupiditatibus vestris. Hostis maior est, occidatur ad petram: brevis hostis est, elidatur ad petram. Et maiores ad petram occidite, et minores ad petram elidite. Petra vincat. In petra aedificamini, si non vultis tolli aut a fluvio, aut a ventis, aut a pluvia. Si vultis armati esse contra tentationes in saeculo, crescat et roboretur desiderium Ierusalem aeternae in cordibus vestris. Transiet captivitas, veniet felicitas, damnabitur hostis extremus, et cum rege sine morte triumphabimus.

SALMO 137

[CANTO DE ACCIÓN DE GRACIAS]

SERMÓN

1 [v.1] El título del salmo es breve y sencillo; por eso no nos detendrá su exposición. Sabéis a quién simboliza David: nos reconozcamos a nosotros en él, porque somos miembros de su Cuerpo. Reconozcamos aquí la voz que hemos oído de la Iglesia cantante y al mismo tiempo nos alegremos, porque merecimos hallarnos en ella. El título íntegro es; *Para David.* Luego veamos por qué para David.

2. *Te confesaré, ¡oh Señor!, con todo mi corazón.* Suele indicarnos el título qué se contiene dentro del salmo. Aquí, como el título no indica esto, sino únicamente a quién se canta, el primer versillo declara lo que se hace en todo el salmo, diciendo: *Te confesaré, ¡oh Señor!, con todo mi corazón.* Oigamos esta confesión. Os recuerdo ante todo que la confesión en la Escritura, cuando se confiesa a Dios, suele ser de dos modos distintos: o de pecados o de alabanzas. La confesión de pecados nadie la ignora, pero la de alabanzas la advierten pocos. Tan conocida es la confesión de los pecados, que, cuando se oye en cualquier lugar de la Escritura: *confitebor tibi Domine; aut confitebimur tibi,* te confesaré, Señor, o te confesaremos; inmediatamente, por la costumbre de entender así, corren las manos a golpear el pecho; y hasta tal

PSALMUS 137

SERMO

1 [v.1]. Titulus psalmi huius brevis et simplex est, neque nos tenet, scientes cuius figuram portaverit David, et in eo etiam nos ipsos agnoscentes, quia et nos membra sumus illius corporis. Agnoscamus ergo hic vocem Ecclesiae, simulque gaudeamus quod in ea esse meruimus, cuius vocem cantantis audivimus. Totus titulus est, *Ipsi David.* Videamus ergo quid ipsi David.

2. *Confitebor tibi, Domine, in toto corde meo.* Solet nobis Psalmi titulus indicare quid agatur intus: hic autem quoniam titulus non hoc indicat, sed tantum cui cantetur indicat; quid agatur in toto Psalmo primus versus annuntiat, *Confitebor tibi, Domine, in toto corde meo.* Hanc ergo confessionem audiamus. Sed prius commemoro vos confessionem in Scripturis, cum confitemur Deo, duobus modis dici solere, vel peccatorum, vel laudis. Sed confessionem peccatorum omnes noverunt; laudis autem confessionem pauci advertunt. Nam ita nota est confessio peccatorum, ut in quocumque Scripturarum loco auditum fuerit, *Confitebor tibi, Domine;* aut, *Confitebimur tibi:* continuo iam consuetudine sic intelligendi, manus currant ad pectus tundendum; usque adeo non solent homines intelligere confessionem esse nisi peccatorum. Sed

punto acontece esto, que únicamente suelen entender los hombres por confesión la de los pecados. Pero ¿acaso fue pecador nuestro Señor Jesucristo, el cual dice en el Evangelio: *Te confieso, ¡oh Padre!, Señor del cielo y de la tierra?* Y, prosiguiendo, declara qué cosa le confiesa para que entendiésemos que se trataba de confesión de alabanza, no de pecados: *Te confieso, ¡oh Padre!, Señor del cielo y de la tierra, porque escondiste cosas a los sabios y prudentes y las revelaste a los pequeñuelos.* Alabó al Padre, Alabó a Dios, porque no despreció a los humildes, sino a los soberbios. También aquí hemos de oír esta confesión de alabanza y de congratulación a Dios. *Te confesaré (te alabaré), ¡oh Señor!, con todo mi corazón.* Coloco todo mi corazón sobre el ara de tu confesión; te ofrezco un holocaustro de alabanza. Se llama holocausto el sacrificio que se quema *por completo.* En griego se dice *olon,* y en latín *totum.* Ve cómo ofrece el holocausto espiritual el que dice: *Te alabaré, ¡oh Señor!, con todo mi corazón.* Abrásese, dice, todo mi corazón con la llama de tu amor; nada me reserve para mí, ni aquello por lo que a mí mismo toca; me quemaré todo para ti, todo arderé para tí; te amaré con todo mi corazón, como inflamado por ti. *Te confesaré o alabaré, ¡oh Señor!, con todo mi corazón, porque oíste las palabras de mi boca.* ¿De qué boca mía? De la de mi corazón, pues allí poseemos la voz que Dios oye, y que de ningún modo percibe el oído humano. Gritaban, sin duda, los que acusaban a Susana y no elevaban los ojos al cielo; ella, por el contrario, callaba, pero clamaba en su corazón, por lo cual ella mereció ser oída y ellos ser castigados. Existe una boca interior; allí ro-

numquid et ipse Dominus noster Iesus Christus peccator fuit, qui ait in Evangelio: *Confiteor tibi, Pater, Domine caeli et terrae?* Secutus enim ait quid confiteretur; ut intelligeremus confessionem laudis, non iniquitatis: *Confiteor,* inquit, *tibi, Pater, Domine caeli et terrae, quia abscondisti haec a sapientibus et prudentibus, et revelasti ea parvulis* (Mt 11,25). Laudavit Patrem, laudavit Deum, quia non despicit humiles, sed despicit superbos. Et hic talem confessionem audituri sumus, laudis Dei, et gratulationis. *Confitebor tibi, Domine, in toto corde meo.* Totum cor meum in aram tuae confessionis impono, holocaustum laudis tibi offero. Holocaustum enim dicitur sacrificium ubi totum incenditur: graece quippe ὅλον. latine totum dicitur. Vide quemadmodum offerat holocaustum spirituale, qui dicit, *Confitebor tibi, Domine, in toto corde meo.* Totum, inquit, cor meum flamma tui amoris accendat: nihil in me relinquatur mihi, nec quo respiciam ad meipsum; sed totus in te aestuem, totus in te ardeam, totus diligam te, tanquam inflammatus abs te. *Confitebor tibi, Domine, in toto corde meo; quoniam audisti verba oris mei.* Cuius *oris mei,* nisi cordis mei? Ibi enim habemus vocem, quam Deus exaudit, quam prorsus auris humana non novit. Clamabant certe qui Susannam accusabant, et ad caelum oculos non levabant; illa tacebat, et corde clamabat: unde illa meruit exaudiri, inde isti puniri (Dan 13). Est ergo os intus; ibi rogamus, inde rogamus: et si hospitium vel do-

gamos y por ella rogamos; y, si preparamos hospedería o casa al Señor, allí hablamos y allí somos oídos, pues no está situado lejos de cada uno de nosotros Aquel en quien vivimos, nos movemos, y somos. Unicamente te aleja de Dios la iniquidad. Echa por tierra la interpuesta pared del pecado, y estarás con Aquel a quien pides. *Oíste*—dice—*las palabras de mi boca; te alabaré.*

3. *Y delante de los ángeles te salmearé.* No salmearé delante de los hombres, sino delante de los ángeles. Mi salterio es mi gozo; pero el gozo mío, que procede de las cosas inferiores, es el gozo que manifiesto delante de los hombres; el gozo de las cosas superiores es el que demuestro delante de los ángeles. El impío no conoce el gozo del justo: *El gozo no es de los impíos, dice el Señor.* El impió se alegra en la taberna, el mártir en la cárcel. ¡Cómo se alegraba Santa Crispina, de la cual hoy celebramos su fiesta! Se alegraba al ser apresada, al ser conducida delante del juez; cuando era introducida en la cárcel, cuando, amarrada, se la presentaba ante las turbas, cuando era levantada en el potro, cuando era juzgada, cuando era condenada; en todas circunstancias se alegraba, y los miserables tenían por desgraciada a la que se alegraba delante de los ángeles.

4 [v.2]. *Adoré en tu santo templo.* ¿Cuál es tu santo templo? Aquel en donde habitaremos, en donde adoraremos. Corramos para adorar. Hallándose embarazado nuestro corazón, está, para dar a luz, y busca en dónde parir. ¿Cuál es el lugar en donde Dios debe ser adorado? ¿Qué mundo, qué edificio, qué trono entre el cielo y las estrellas? Investigamos las santas Escrituras, y encontramos

mum Deo praeparavimus, ibi loquimur, ibi exaudimur. Non enim est ille longe ab unoquoque nostrum positus, in quo vivimus, movemur et sumus (Act 16,27 et 28). Longe te a Deo non facit, nisi iniquitas sola: deiice medium parietem peccati, et cum illo es quem rogas. *Audisti,* inquit, *verba oris mei; confitebor tibi.*

3. *Et coram Angelis psallam tibi.* Non coram hominibus psallam, sed coram Angelis psallam. Psalterium meum, gaudium meum; sed gaudium meum de inferioribus, coram hominibus est; gaudium meum de superioribus, coram Angelis est. Non enim novit impius gaudium iusti: *Non est gaudere impiis, dicit Dominus* (Is 48,22; et 57,21). Gaudet iniquus in popina, gaudet martyr in catena. Quomodo gaudebat sancta ista Crispina cuius hodie solemnitas celebratur? Gaudebat cum tenebatur, cum ad iudicem ducebatur, cum in carcerem mittebatur, cum ligata producebatur, cum in catasta levabatur, cum audiebatur, cum damnabatur; in his omnibus gaudebat: et eam miseri miseram putabant, quae coram Angelis gaudebat.

4 [v.2]. *Adorabo ad templum sanctum tuum.* Quod templum sanctum tuum? Ubi habitabimus, ubi adorabimus. Currimus enim, ut adoremus. Gravidum cor nostrum parturit, et ubi pariat quaerit. Quis est ille locus ubi adorandus est Deus? qui mundus? quod aedificium? quae denique sedes in caelo et inter stellas? Quaerimus in Scripturis sanctis,

en el libro de los Proverbios las siguientes palabras de la Sabiduría: *Yo estaba con El, yo me deleitaba cada día.* Nos declara sus obras y nos muestra su trono. ¿Qué trono? *Cuando establecía* —dice—*las nubes impetuosas en lo alto, cuando aislaba su trono por encima de los vientos.* Su trono es su templo. Luego ¿adónde iremos? ¿Hemos de adorar sobre los vientos? Si se adora sobre los vientos, nos aventajan las aves. Pero si entendemos por vientos las almas, es decir que bajo el nombre de viento se hallan simbolizadas las almas, conforme dice en cierto lugar la Escritura: *Voló sobre las alas de los vientos;* es decir, sobre las virtudes o el poder de las almas; y de aquí que el soplo de Dios se llama alma, como si fuese viento; no porque se entienda este viento o soplo del que percibimos la sustancia al ser arrojado, sino porque bajo su nombre se indica algo invisible, que no puede verse por los ojos, ni percibirse por el oído, ni introducirse en el olfato, ni ser gustado en el paladar, ni ser tocado por las manos; el cual es, sin duda, cierta vida por la que vivimos, y que se llama alma; si entendemos los vientos por las almas, no hay por qué buscar alas materiales para que con las aves volemos hacia el templo de Dios para adorarle, sino que sobre nosotros hallaremos que está sentado Dios si queremos ser sus fieles. Ved si esto no es lo que dice el Apóstol: *El templo de Dios que sois vosotros es santo.* Sin embargo, es cierto y evidente que Dios habita en los ángeles. Luego cuando nuestro gozo proveniente de las cosas espirituales, no de los bienes terrenos, comienza a cantar el cántico a Dios para salmear delante de los ángeles, la misma congregación de los ángeles es templo de Dios y

et invenimus in verbis Sapientiae: *Ego,* inquit, *eram cum illo; ego eram ad quam adgaudebat quotidie.* Et dicit opera eius, et exponit nobis sedem ipsius. Quam? *Quando validas,* inquit, *faciebat in summo nubes quando sedem suam segregabat super ventos* (Prov 8,30.27-28). Sedes autem eius templum eius. Quo ergo ibimus? Super ventos adoraturi sumus? Si super ventos adoratur, aves nos vincunt. Si autem intelligamus ventos animas, id est, ventorum nomine significatas animas, sicut ait quodam loco Scriptura, *Volavit super pennas ventorum* (Ps 17,11); hoc est, super virtutes animarum: unde et flatus Dei dicitur anima (Gen 2,7), tanquam ventus, non ut iste intelligatur ventus quo corpus propellente sentimus, sed ut eius nomine significetur aliquid invisibile, quod neque oculis cerni potest, nec sentiri auribus, nec odoratu duci, nec palato gustari, nec manu contrectari; quod est utique vita quaedam, qua vivimus, quae anima dicitur: si hos ventos intellexerimus, non est quare quaeramus pennas visibiles, ut cum avibus volemus ad adorandum ad templum Dei; sed super nos ipsos inveniemus Deum sedere, si eius fideles esse voluerimus. Videte si hoc non est: *Templum enim Dei sanctum est,* ait Apostolus, *quod estis vos* (1 Cor 3,17). Certe tamen, quod manifestum est, in Angelis habitat Deus. Ergo cum gaudium nostrum de spiritualibus rebus, non de terrenis bonis assumit canticum Deo, ut psallat coram Angelis; ipsa congregatio Angelorum templum Dei est, adoramus ad

adoramos en su templo. La Iglesia de abajo y la Iglesia de arriba: la Iglesia de abajo en todos los fieles y la Iglesia de arriba en todos los ángeles. Pero el Señor de los Angeles descendió a la Iglesia de abajo, y a El, que nos sirvió a nosotros, le sirvieron en la tierra los ángeles. *No vine*—dice—*a ser servido, sino a servir.* ¿Qué nos proporcionó sino lo que hoy comemos y bebemos? Luego, habiéndonos servido el Señor de los ángeles, no desconfiemos de ser más tarde iguales a los ángeles. El que es mayor que los ángeles bajó al hombre, y el Creador de los ángeles tomó al hombre; el Señor de los ángeles murió por el hombre. Luego *adoraré en tu santo templo.* Entiendo por tu templo no el hecho por mano, sino aquel que tú te hiciste para ti.

5. *Y alabaré tu nombre por tu misericordia y por tu verdad.* Por estas dos cosas alabaremos, pues así se lee también en otro salmo: *Todos los caminos del Señor son misericordia y verdad.* Por estas dos cosas alabaremos: *por tu misericordia y por tu verdad.* Por la misericordia miraste al pecador, por la verdad le diste la promesa. Luego por tu misericordia y verdad te alabaré. Conforme a mis fuerzas, te devuelvo estas cosas que me diste obrando misericordia y verdad: misericordia socorriendo y verdad juzgando. Por ellas somos ayudados por Dios, por ellas merecemos a Dios. Luego con razón *todos los caminos del Señor son misericordia y verdad.* No hay otros caminos por los cuales venga a nosotros, no hay otros caminos por los que vayamos nosotros a El.

templum Dei. Ecclesia deorsum, et Ecclesia sursum: Ecclesia deorsum in omnibus fidelibus, Ecclesia sursum in omnibus Angelis. Sed descendit ad Ecclesiam deorsum Dominus Angelorum, et ei Angeli in terra ministraverunt ministranti nobis (Mt 4,11). *Non enim veni,* inquit, *ministrari, sed ministrare* (ib. 20,28). Quid nobis ministravit, nisi quod hodieque manducamus et bibimus? Cum ergo Dominus Angelorum nobis ministravit, non desperemus non futuros aequales Angelis. Maior enim Angelis descendit ad hominem, et Creator Angelorum suscepit hominem, Dominus Angelorum mortuus est pro homine. *Adorabo* ergo *ad templum sanctum tuum:* intelligo templum tuum non manu factum, sed quod tu fecisti tibi.

5. *Et confitebor nomini tuo, in misericordia tua et veritate tua.* In duobus istis confitemur: sic enim et in alio psalmo legitur. *Universae viae Domini misericordia et veritas* (Ps 24,10). In duobus istis confitemur: *in tua misericordia, et in tua veritate.* Misericordia peccatorem respexisti, veritate promissionem reddidisti. *In tua ergo misericordia et veritate* confitebor tibi. Has etiam ego pro meis viribus reddo, quas mihi donasti, faciens misericordiam et veritatem; misericordiam in subveniendo, veritatem in iudicando. His adiuvamur a Deo, his promeremur Deum. Merito ergo *misericordia et veritas universae viae Domini.* Non sunt aliae viae, quibus ad nos veniat; non sunt aliae viae, quibus ad illum veniamus.

6. *Porque engrandeciste sobre todo tu santo nombre.* ¿Qué congratulación es ésta, hermanos? Engrandeció su santo nombre sobre Abrahán, pues creyó Abrahán a Dios, y se le imputó a justicia. Todas las demás naciones inmolaban a los ídolos, servían a los demonios. De Abrahán nació Isaac, y Dios fue engrandecido sobre aquella casa; de él nació Jacob, y Dios, engrandecido, dice: *Yo soy el Dios de Abrahán, el Dios de Isaac, el Dios de Jacob.* De Jacob procedieron doce hijos, y de ellos el pueblo de Israel, librado de Egipto, conducido a través del mar Rojo, ejercitado en el desierto y colocado en la tierra prometida habiendo arrojado de ella a sus gentes. Fue engrandecido el nombre del Señor sobre Israel. De aquí procedió la Virgen María, de aquí nuestro Señor Jesucristo, que murió por nuestros pecados, que resucitó por nuestra justificación, que llenó a los fieles del Espíritu Santo y mandó predicar entre las gentes: *Haced penitencia, porque se acercó el reino de los cielos.* Ved, pues, cómo engrandeció sobre todo su santo nombre.

7 [v.3]. *En cualquier día que te invocare, al instante óyeme.* ¿Por qué *al instante?* Porque tú dijiste: *Te hallarás todavía hablando, y diré: "Aquí estoy."* ¿Por qué al instante? Porque ya no me dirijo a la felicidad terrena, pues aprendí el santo deseo del Nuevo Testamento. No pido ni la fecundidad de la carne, ni la salud temporal, ni la sumisión de los enemigos, ni las riquezas, ni los honores; nada de esto pido; por eso *óyeme pronto.* Porque me enseñaste lo que he de pedir, dame lo que pido. Digamos a éste: ¿Pides algo parecido? Oigamos; declare su

6. *Quoniam magnificasti super omne, nomen sanctum tuum.* Qualis ista gratulatio, fratres? Magnificavit nomen suum sanctum super Abraham. Credidit enim Abraham Deo, et deputatum est illi ad iustitiam (Gen 15,6; Rom 4,3). Caeterae omnes gentes idolis immolabant, daemonibus serviebant. Natus est ex Abraham Isaac; magnificatus est super illam domum Deus: inde Iacob; magnificatus est Deus, qui dicit, *Ego sum Deus Abraham, et Deus Isaac, et Deus Iacob* (Ex 3,6): inde duodecim filii, inde populus Israel liberatus ab Aegypto, ductus per mare Rubrum, exercitatus in eremo, eiectis Gentibus in terra promissionis collocatus est. Magnificatum est nomen Domini super Israel. Sed inde et virgo Maria, inde Dominus Christus, mortuus propter peccata nostra, resurgens propter iustificationem nostram (Rom 4,25), implens fideles Spiritu sancto, mittens praedicari per gentes, *Agite poenitentiam, appropinquavit enim regnum caelorum* (Mt 3,2): et ecce magnificavit super omne, nomen sanctum suum.

7 [v.3]. *In quacumque die invocavero te, cito exaudi me.* Quare, *cito?* Quia tu dixisti, *Adhuc loquente te dicam, Ecce adsum* (Is 58,9). Quare, *cito?* Quia iam non peto felicitatem terrenam, didici sanctum desiderium de novo testamento. Non peto terram, non fecunditatem carnalem, non salutem temporalem, non inimicorum subiectionem, non divitias, non honores; nihil horum peto: ideo *cito exaudi me.* Quia docuisti quid petam, da quod peto. Dicamus huic: Tale aliquid petis?

petición y veamos qué pide, y aprendamos por él a pedir para que merezcamos recibir. Habías venido hoy a la iglesia a pedir no sé qué. ¿Qué pensamos que habías venido a pedir? Habías venido con tu deseo; no sé con qué. ¡Ojalá fuese inocente, aunque fuese carnal! Pero aparta a un lado la iniquidad, aparta la carnalidad; aprende qué has de pedir, atiende a la fiesta que hoy celebras. Celebras el natalicio de la santa y bienaventurada mujer Crispina y quizá deseas la felicidad terrena. Ella, por el santo deseo, abandonó la felicidad que tenía en la tierra; dejó los hijos llorosos y quejumbrosos, como si fuese una madre cruel, puesto que la que se apresuraba a conseguir la corona divina parecía que había perdido la compasión humana. ¿Por ventura ignoraba lo que anhelaba, lo que pisoteaba? Por el contrario, sabía salmear delante de los ángeles de Dios, y desear su compañía, la amistad santa y pura, en donde en adelante no moriría, en donde conociese al juez ante el cual no puede tener lugar la mentira. ¿Pues qué? En aquella vida, ¿no hay bien alguno? ¿Qué digo? Allí sólo hay bienes; no hay bienes mezclados con males, sino tranquilidad, en la que gozarás cuanto quieras y nadie te dirá: "Refrénate." Aquí es demasiado molesto y peligroso gozarse de los bienes terrenos; no goces de modo que encalles, y, gozándote malamente, perezcas. Pues ¿para qué mezcla Dios las tribulaciones en los goces terrenos sino para que, sintiendo la tribulación y las amarguras, aprendamos a desear la eterna dulzura?

8. Luego veamos qué pide, en qué se fundó para decir: *Oyeme pronto.* ¿Qué pides para que al instante seas oído? *Me*

Audiamus nos, eructet petitionem suam, et videamus quid petat; et discamus per eum petere, ut mereamur accipere. Veneras ad Ecclesiam, nescio quid hodie petiturus. Quid putamus veneras petiturus? Veneras cum desiderio tuo, nescio quo, utinam innocenti, etsi carnali. Sed remove iniquitatem, remove carnalitatem; disce quid petas, quid hodie celebres attende. Natalitium sanctae et beatae feminae celebras, et forte felicitatem terrenam desideras. Illa propter desiderium sanctum dimisit felicitatem quam habebat in terra; dimisit filios flentes et tanquam crudelem matrem dolentes, quia velut perdiderat humanam misericordiam, quae ad divinam festinabat coronam. Nesciebat vero illa quid desideraret, quid calcaret? Imo vero noverat psallere coram Angelis Dei, eorumque desiderare consortium, amicitiam sanctam et puram, ubi ulterius non moreretur, ubi iudicem nosset apud quem non valere posset mendacium. Quid ergo? in illa vita nulla sunt bona? Imo vero ibi sola sunt bona, non malis mixta bona; securitates in quibus gaudeas quantum vis, et nemo dicat tibi, Tempera te. Hic autem de bonis terrenis gaudere molestum est, et periculosum nimis; ne sic gaudeas ut haereas, et gaudendo male pereas. Nam unde Deus miscet tribulationes gaudiis terrenis, nisi ut tribulationem sentientes et amaritudinem, discamus aeternam desiderare dulcedinem?

8. Quid ergo petit, videamus; quo merito dixerit, *Cito exaudi me.* Quid enim petis, ut cito exaudiaris? *Multiplicabis me.* Multis modis mul-

multiplicarás. De muchas maneras puede entenderse la multiplicación o acrecentamiento. Existe un acrecentamiento terreno, conforme a la primera bendición de nuestra naturaleza, la cual oímos cuando se dijo: *Creced y multiplicaos y llenad la tierra.* ¿Acaso quería ser multiplicado de esta manera el que decía: *Oyeme pronto?* Con todo, esta multiplicación es provechosa y procede únicamente de la bendición de Dios. ¿Qué diré de otros acrecentamientos? Uno fue acrecentado en oro; otro, en plata; el de más allá, en ganado; éste, en familia; aquél, en haciendas, y el otro, en todas estas cosas. Muchos son los acrecentamientos terrenos; sin embargo, el mejor es el de los hijos, aunque este acrecentamiento sea molesto a los hombres avaros, pues temen quedar empobrecidos aquellos a quienes les nacieron muchos hijos. Este cuidado obliga a muchos a la impiedad; de suerte que, olvidándose de que son padres, despojados de todo afecto de humanidad, abandonan a los propios hijos para hacerse con los ajenos; arrojan lo que parieron y recogen lo que no dieron a luz; desprecian a aquéllos y aman a éstos; aquélla es en vano madre por la carne, ésta lo es más verdaderamente por el querer. Luego, habiendo muchos y muchas clases de acrecentamientos, ¿qué acrecentamiento intenta el que dijo: *Oyeme pronto?* Dice pues: *Me multiplicarás.* Esperamos oír en qué cosas. Oye: *en mi alma.* No en mi carne, sino en mi alma: *Me multiplicarás en mi alma.* ¿Hay por ventura algo que añadir, no sea que quizá la multiplicación en el alma no signifique siempre la felicidad? Efectivamente, los hombres se acrecientan en el alma aten-

tiplicatio intelligi potest. Est multiplicatio terrenae generationis, secundum primam naturae nostrae benedictionem, quam audivimus: *Crescite, et multiplicamini, et implete terram, et dominamini eius* (Gen 1,28). Sicne ille volebat multiplicari, qui dicebat. *Cito exaudi me?* Et ista plane multiplicatio fructuosa est, et non venit nisi de benedictione Domini. Iam quid dicam de aliis multiplicationibus? Multiplicatus est ille auro, ille argento, ille pecore, ille familia, ille possessionibus, ille his omnibus. Multae sunt terrenae multiplicationes; felicior autem filiorum: quanquam hominibus avaris etiam ipsa fecunditas molesta est. Timent enim ne pauperes relinquantur, qui multi nasci potuerunt. Quae sollicitudo plerosque ad impietatem coegit, ut obliviscerentur quod parentes essent, omnique humanitatis affectu exspoliati, exponerent filios suos, ut eos facerent alienos; proiiceret quae peperit, colligeret quae non peperit; illa contemneret, illa diligeret; illa frustra mater carne, illa verior voluntate. Cum ergo sint multae multiplicationes, et multa genera multiplicationum, quam multiplicationem quaerit qui dixit, *Cito exaudi me?* Ait enim, *Multiplicabis me.* Exspectamus audire in quibus. Audi ergo: *In anima mea.* Non in carne mea, sed *in anima mea: Multiplicabit me in anima mea.* Estne adhuc quod addatur, ne forte et multiplicatio in anima non continuo felicitatem significet? Etenim curis homines in anima multiplicantur. Multiplicatus videtur in anima, in quo etiam multiplicata sunt

diendo a los cuidados o afanes. En el alma, en donde se multiplican los vicios, se ve que se multiplica éste, únicamente avaro; aquél, sólo soberbio; el de más allá, solamente lujurioso; este avaro, soberbio y lujurioso se acrecentó en su alma, pero para su mal. Esta multiplicación es de indigencia, no de abundancia. Luego tú que dijiste: *Oyeme pronto,* y que te apartaste de todo lo corporal, de todo bien terreno, de todo anhelo del mundo, ¿qué deseas, pues dices a Dios: *Me multiplicarás en mi alma?* Explícanos ya qué deseas. *Me multiplicarás*—dice—*en mi alma con la fortaleza o virtud.* Ya declaró el anhelo, ya manifestó el deseo clarísimamente, sin confusión. Si hubiera dicho a secas: *Me multiplicarás,* pensarías en no sé qué bienes terrenos; para evitar esto añadió *en el alma;* y para que, además, no pensases que se trata de vicios en el alma, prosigue: *con la virtud o fortaleza.* Ninguna otra cosa hay más excelente que puedas desear de Dios si quieres decir con frente levantada y sincera: *Oyeme pronto.*

9 [v.4]. *Te alaben, Señor, todos los reyes de la tierra.* Así se hará y así se hace, y todos los días se hace. Por ello se demuestra que no en vano se dijo, puesto que había de suceder: *Te alaben, Señor, todos los reyes de la tierra.* Pero cuando te alaben, cuando te confiesen, no deseen de ti bienes terrenos. Pues ¿qué han de desear los reyes de la tierra? ¿Por ventura no tienen ya este dominio? ¿Qué más ha de anhelar el hombre en la tierra cuando ha llegado su deseo hasta el dominio? ¿Qué más puede desear? Necesita una grandeza más excelente; pero quizás, cuanto más excelente es, es tanto más peligrosa. Por lo

vitia. Ille tantummodo avarus est, ille tantummodo superbus, ille tantummodo luxuriosus; iste et avarus, et superbus, et luxuriosus: multiplicatus est in anima sua, sed malo suo. Multiplicatio ista egestatis est, non ubertatis. Ergo quid tu qui dixisti, *Cito exaudi me,* et te abstulisti ab omni corpore, ab omni terrena re, ab omni desiderio saeculari, ut diceres Deo, *Multiplicabis me in anima mea?* Adhuc explana quid desideres. *Multiplicabis me,* inquit, *in anima mea, virtute.* Expressum votum, expressum desiderium, ab omni confusione circumcisum. Si diceret, *Multiplicabis me;* terrena nescio quae cogitares: addidit, *in anima mea.* Rursus, ne in anima vitia cogitares, addidit, *virtute.* Nihil est quod amplius a Deo desideres, si vis bona et vera fronte dicere, *Cito exaudi me.*

9 [v.4]. *Confiteantur tibi, Domine, omnes reges terrae.* Ita fiet, et ita fit, et quotidie fit; et ostenditur non frustra dictum, nisi quia erat futurum. *Confiteantur tibi, Domine, omnes reges terrae.* Sed et ipsi cum tibi confitentur, cum laudant te, non terrena desiderint a te. Quid enim reges terrae desideraturi sunt? Nonne iam habent ipsum imperium? Quidquid amplius desideraverit homo in terra, usque ad imperium est desiderium eius. Quit amplius potest? Altior sublimitas necessaria est. Sed fortasse quanto altior, tanto periculosior. Ideoque reges quanto sunt in maiore sublimitate terrena, tanto magis humiliari Deo debent. Utquid

mismo, cuanto en mayor grandeza terrena se hallen los reyes, tanto más deben humillarse ante Dios. ¿Por qué lo hacen? *Porque oyeron todas las palabras de tu boca.* ¡Oh Señor! ; *todas las palabras de tu boca.* No sé en qué otra nación se hallasen escondidas la ley y los profetas: *Todas las palabras de tu boca.* Alabando el Apóstol a esta nación, dice: *¿Cuál es la ventaja del judío o cuál la utilidad de la circuncisión? Grande sobremanera. Porque primeramente le fueron confiadas las palabras de Dios.* Allí, pues, se hallaban las palabras de Dios. Preséntame a Gedeón, a aquel santo varón que vivió en tiempo de los jueces, y ved qué signo pidió al Señor: *Pondré*—dice—*un vellón de lana en la era; mójese el vellón, y la era quede seca.* Y así sucedió: se mojó el vellón, y la era quedó seca. De nuevo le pidió otro signo: *Mójese toda la era y sólo el vellón quede seco.* Y ocurrió esto: se mojó la era y quedó seco el vellón. Primero se mojó el vellón, quedando seca la era; después se mojó la era, quedando seco el vellón. ¿Qué os parece, hermanos, que es la era? ¿Por ventura no es el orbe terráqueo? ¿Y qué el vellón sino la nación judía en medio del orbe, teniendo en sí el sacramento de la gracia, no a la vista, sino en la oscuridad del secreto, como se hallaba la lluvia oculta en el vellón? Vendrá tiempo cuando se vea la lluvia en la era; entonces se manifestará, no permanecerá oculta. Luego aconteció lo que se dijo: *Confiésente, Señor, todos los reyes de la tierra, porque oyeron todas las palabras de tu boca.* ¿Qué escondías, oh Israel? ¿Por cuanto tiempo lo escondías? Fue exprimido el vellón, y salió de ti agua. Sólo Cristo

faciunt? *Quoniam audierunt omnia verba oris tui!* O Domine, *omnia verba oris tui!* Nescio in qua gente abscondita erant Lex et Prophetae, *omnia verba oris tui.* Sed in gente Iudaeorum sola erant *omnia verba oris tui:* quam gentem laudans Apostolus ait, *Quid ergo amplius est Iudaeo? aut quae utilitas circumcisionis? Multum per omnem modum. Primum quidem, quia credita sunt illis eloquia Dei* (Rom 3,1 et 2). Ibi erant verba Dei. Sed da mihi illum Gedeon quemdam sanctum virum tempore Iudicum; videte quale signum petivit a Domino: *Ponam,* inquit, *vellus in area; compluatur vellus, area sicca sit.* Et factum est: complutum est vellus solum, area sicca erat. Petiit iterum signum: *Area tota compluta sit, et solum vellus siccum inveniatur.* Et hoc factum est: compluta est area, sicco vellere (Iu 6,36-40). Primo complutum vellus, sicca area; postea compluta area, sicco vellere. Quid vobis videtur area, fratres? Nonne orbis terrarum? Quid vellus? Tanquam gens Iudaea in medio orbe terrarum, habens gratiae sacramentum, non in manifestatione, sed in nube secreti, tanquam in velamento pluviam in vellere. Venit tempus quando revelaretur pluvia in area; manifestata est, non operta. Factum est ergo quod dictum est, *Confiteantur tibi, Domine, omnes reges terrae; quoniam audierunt omnia verba oris tui.* Quid est, Israel, quod abscondebas? quamdiu abscondebas? Expressum est vellus, et exiit de te pluvia. Solus Christus suavitas pluviae: ipsum solum non agnoscis in Scripturis,

es la suavidad de la lluvia. ¿Unicamente no conoces en la Escritura a Aquel por quien fue confeccionada la Escritura? Sin embargo, *todos los reyes de la tierra confiésente, Señor, porque oyeron todas las palabras de tu boca.*

10 [v.5]. *Y canten en los caminos del Señor, porque grande es la gloria del Señor.* Canten en los caminos del Señor los reyes de la tierra. ¿En qué caminos cantarán? En aquellos de los que arriba se dijo: *En tu misericordia y en tu verdad,* porque *todos los caminos del Señor son misericordia y verdad.* Luego no sean los reyes de la tierra soberbios, sino humildes. Y, si son humildes, canten en los caminos del Señor; amen y cantarán. Sabemos que cantan los viajeros; cantan y se dan prisa para llegar. Hay cánticos malos, que son como los del hombre viejo, pues el cántico nuevo pertenece al hombre nuevo. Luego caminen en tus sendas los reyes de la tierra, caminen y canten en tus caminos. ¿Qué han de cantar? Que *la gloria del Señor es grande,* no la de los reyes.

11 [v.6]. Ve cómo quiso que los reyes cantasen en los caminos: llevando humildemente al Señor, no ensoberbeciéndose contra el Señor. Porque, si se ensoberbeciesen, ¿qué sigue? Que *el Señor es excelso y mira las cosas humildes.* ¿Quieren ser mirados los reyes? Sean humildes. ¿Pero qué? Si se ensoberbeciesen, ¿pueden ocultarse a los ojos de Dios? No suceda que quizá porque oíste: *Mira las cosas humildes,* pretendas ser soberbio y digas en tu alma: "Dios mira a los humildes, a mí no me mira; haré lo que quiero. ¿Quién me ve? El hombre está oculto al hombre; Dios no quiere verme porque no soy humilde, pues

propter quem factae sunt Scripturae. At vero *omnes reges terrae confiteantur tibi, Domine; quoniam audierunt omnia verba oris tui.*

10 [v.5]. *Et cantent in viis Domini, quoniam magna est gloria Domini.* Cantent in viis Domini reges terrae. In quibus viis cantent? De quibus supra dictum est, *In misericordia tua et veritate tua;* quoniam *universae viae Domini misericordia et veritas.* Non ergo sint reges terrae superbi, sed humiles sint. Tunc cantent in viis Domini, si humiles sint: ament, et cantabunt. Novimus viatores cantatores; cantant, et pervenire festinant. Sunt cantica mala tanquam veteris hominis; sed canticum novum pertinet ad hominem novum. Ambulent ergo et reges terrae in viis tuis, ambulent et cantent in viis tuis. Quid cantent? *Quoniam magna est gloria Domini:* non regum.

11 [v.6]. Vide quomodo reges voluit cantare in viis, humiliter portantes Dominum, non se extollentes adversus Dominum. Nam si se extulerint, quid sequitur? *Quoniam excelsus Dominus, et humilia respicit.* Volunt ergo reges respici? Humiles sint. Quid? si se extulerint in superbiam, latere ipsius oculos possunt? Ne forte quia audisti, *humilia respicit,* superbus velis esse, et dicas in anima tua: Humiles respicit Deus, me non respicit; faciam quod volo. Quis enim me videt? hominem latet; Deus non vult me videre, quia humilis non sum, ille autem humilia

El mira las cosas humildes; haré lo que quiera." ¡Oh insensato! ¿Por ventura dirías esto si supieses lo que debías amar? ¿Dices que, si Dios no quiere verte, no le temes, porque no quiere verte? Si saludases a un gran señor tuyo, y él, distraído en otra cosa, no te mirase a la cara, ¡cómo lo sentirías! Y si Dios no te mira, ¿te crees seguro? No te ve salvador, pero te ve destructor. Con todo, Dios te ve. No pienses que no te ve, más bien ruega para que merezcas ser visto por el que te ve, pues se dijo en el salmo 33: *Los ojos del Señor se posan sobre los justos.* Como no se posan sobre los injustos, hagan éstos lo que quieran. *Los ojos del Señor se posan sobre los justos.* Prosiga el salmo: *y sus oídos están atentos a sus ruegos.* Luego los impíos, que se creen seguros porque los ojos del Señor no se posan sobre ellos, ¿no temen porque ni los oídos del Señor están atentos a sus súplicas? ¿Por ventura no es mejor que sus ojos estén sobre nosotros, y sus oídos se hallen atentos a nuestras plegarias? Cuando haces las obras sobre las cuales no quieres que se posen los ojos del Señor, no merecerás que atiendan sus oídos a tus plegarias; mas, con todo, obrando mal, no apartas de tí los ojos del Señor. Pues ¿qué sigue en el mismo salmo? *El rostro del Señor sobre los que hacen cosas malas.* ¿Para qué? *Para borrar de la tierra su memoria.* ¿Ves cómo te ve, ves cómo no puedes ocultarte a El? Luego siendo visto cuando obras, ¿por qué no haces aquello por lo que merezcas agradar a Dios? ¿Qué se dice aquí también? Que *la gloria del Señor es grande* y que *el Señor es excelso y mira las cosas humildes.* Parece que no mira las excelsas, pues *mira las humildes.* ¿Qué hace de las excelsas? *Las co-*

respicit: quod volo facio. O importune, numquid hoc diceres, si scires quid amare deberes? Ecce si nolit te videre Deus, hoc ipsum non times, quia te non vult videre? Si salutes aliquem maiorem patronum tuum, et intentus in aliud non te videat, quomodo tibi anima dolet? Si autem Deus te non videat, securum te putas? Non te videt Salvator, et videt depraedator. Et tamen et ipse te Deus videt. Non te putes non videri; imo roga ut merearis videri a quo videris. Dictum est enim: *Oculi Domini super iustos.* Quia non super iniustos, faciant ergo quod volunt iniusti: *Oculi Domini super iustos.* Sequatur adhuc: *Et aures eius ad preces eorum.* Iniusti ergo qui securos se putabant, quia non erant oculi Domini super eos, non timent, quia non sunt et aures eius ad preces eorum? Nonne melius et oculi eius super nos, et aures eius ad preces nostras? Sed cum facis ea super quae non vis esse oculos Domini, non mereris precibus tuis et aures Domini; et tamen male faciendo, a te non avertis oculos Domini. Quid enim ibi sequitur? *Vultus autem Domini super facientes mala.* Sed ad quid? *Ut perdat de terra memoriam eorum.* Vides te videri? vides te latere non posse? Cum ergo quidquid feceris videaris, quare hoc non facis unde placere merearis? Ergo et hic quid? *Quoniam magna est gloria Domini; quoniam excelsus Dominus, et humilia respicit.* Excelsa autem quasi non respicit: *humilia* enim *respicit.*

noce de lejos. Luego ¿qué consigue el soberbio? Ser visto de lejos, mas no no ser visto. No pienses que debes estar seguro creyendo que te vea peor el que te ve de lejos. Lo que tú ves de lejos no lo ves bien; pero Dios, aunque te vea de lejos, te ve perfectísimamente, y, sin embargo, no está contigo. Luego sólo consigues no estar con Aquel por quien eres visto, mas no no ser visto perfectísimamente por El. Por el contrario, ¿qué consigue el humilde? *El Señor está cerca de los que atribularon su corazón.* Luego se engría el soberbio cuanto quiera; ciertamente que Dios habita en las alturas, se halla en el cielo. ¿Quieres que se acerque a ti? Humíllate, porque tanto más distante estará de ti cuanto tu eres más alto. *Dios ve de lejos las cosas altas.*

12 [v.7]. *Si yo anduviere en medio de la tribulación, me vivificarás.* Esto es cierto. En cualquier tribulación que te halles, confiesa, invoca, pues te libra y te vivifica. Pero quizá debemos entender aquí alguna cosa mejor por la cual nos adhiramos más familiarmente a Dios y le digamos: *Oyeme pronto.* Dijo que *Dios conoce de lejos las cosas altas* y que los altamente engreídos no conocen la tribulación. Diré, pues, que no conocen la tribulación, de la que se dice en otro salmo: *Encontré la tribulación y el dolor, e invoqué el nombre del Señor.* Nada extraordinario sería que te encontrase la tribulación. Si algo puedes, encuentra tú la tribulación. "Pero ¿quién hay—dice—que salga al encuentro de la tribulación o quién es el que la busca?" Estás en medio de la tribulación, ¿y lo ignoras? ¿Es pequeña la tribulación de esta

Excelsa, quid? *A longe cognoscit.* Quid sibi ergo praestat superbus? Ut a longe videatur; non ut non videatur. Nec putes te ideo securum esse debere, quod minus bene te videt, qui a longe te videt. Tu enim quod a longe vides, non bene vides: Deus etsi a longe te videt, perfecte te videt, et tecum non est. Hoc agis, non ut minus perfecte videaris; sed ut non sis cum illo a quo videris. At vero humilis quid sibi praestat? *Prope est Dominus his qui obtriverunt cor* (Ps 33,16-17.19). Erigat se ergo superbus, quantum voluerit; certe in alto habitat Deus, in caelo est Deus: vis tibi propinquet? Humilia te. Nam tanto a te erit altior, quanto tu elatior: *Excelsa autem a longe cognoscit.*

12 [v.7]. *Si ambulavero in medio tribulationis, vivificabis me.* Verum est: in quacumque tribulatione fueris, confitere, invoca; liberat te, vivificat te. Sed tamen aliquid hic debemus melius intelligere, quo iam familiarius inhaereamus Deo, dicamusque illi, *Cito exaudi me.* Dixerat enim, *Excelsa a longe cognoscit:* et excelsa superba non norunt tribulationem. Non norunt, inquam, tribulationem de qua dicitur alio loco, *Tribulationem et dolorem inveni, et nomen Domini invocavi* (Ps 114, 3-4). Quid enim magnum, si tribulatio te inveniat? Si aliquid potes, tu inveni tribulationem. Et quis est, inquis, qui inveniat tribulationem? aut quis illam vel quaerat? In medio tribulationis es, et nescis? Vita ista parva tribulatio est? Si non est tribulatio, non est peregrinatio; si autem peregrinatio est, aut parum patriam diligis, aut sine dubio tribularis.

vida? Si no es tribulación, no es peregrinación; pero, si es peregrinación, o amas poco la patria o, sin duda, eres atribulado. ¿Quién no es atribulado al no tener lo que desea? Pero ¿por qué no te parece que ésta es tribulación? Porque no amas. Ama la otra vida, y verás que esta vida es una tribulación. Cualquiera que sea la prosperidad con que se presente, cualesquiera que sean los placeres en que nade y abunde, no teniendo aún, sin temor de perder, aquel gozo certísimo que nos reserva Dios para el fin, sin duda es tribulación. Luego comprendamos, hermanos, que se halla en la tribulación este que dice: *Si anduviere en medio de la tribulación, me vivificarás.* No se expresa como si dijese: "Si quizá me sobreviniese alguna tribulación, me librarás de ella." "¿Qué dice entonces? *Si anduviere en medio de la tribulación, me vivificarás;* es decir, no me vivificarás si no anduviera en medio de la tribulación. *Si anduviere en medio de la tribulación, me vivificarás. ¡Ay de los que se ríen! Bienaventurados los que lloran. Si anduviere en medio de la tribulación, me vivificarás.*

13. *Sobre la ira de mis enemigos alargaste o extendiste tu mano, y me salvó tu derecha.* Ensáñense los enemigos. ¿Qué pueden hacer? Quitar el dinero, despojar, proscribir, enviar al destierro, atormentar con dolores y sufrimientos, y, por último, si se les permite, matar; pero ¿acaso más? Pero tú, Señor, *sobre la ira de mis enemigos alargaste tu mano.* Sobre lo que pueden ejecutar contra mí los enemigos, tú extendiste tu mano. Los enemigos no pueden separarme de ti; tú, por el contrario, castigas

Quis enim non tribuletur, non se esse cum eo quod desiderat? Sed unde tibi non videtur ista tribulatio? Quia non amas. Ama alteram vitam, et videbis quia ista vita tribulatio est: quacumque prosperitate fulgeat, quibuslibet deliciis abundet atque circumfluat; quando nondum est illud gaudium sine ulla tentatione certissimum, quod nobis in fine servat Deus, sine dubio tribulatio est. Ergo intelligamus et huius tribulationem, fratres. *Si ambulavero in medio tribulationis, vivificabis me.* Non sic ait, tanquam diceret, Si forte evenerit mihi tribulatio aliqua, liberabis inde me. Sed quomodo? *Si ambulavero in medio tribulationis, vivificabis me;* id est, aliter non vivificabis me, nisi in medio tribulationis ambulavero. *Si ambulavero in medio tribulationis, vivificabis me. Vae ridentibus; beati lugentes* (Lc 6,21.25): *Si ambulavero in medio tribulationis, vivificabis me.*

13. *Super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam, et salvum me fecit dextera tua.* Saeviant inimici; quid possunt facere inimici? Pecuniam tollere, exspoliare, proscribere, in exsilium mittere, doloribus tormentisque cruciare; ad postremum, si permissi fuerint, et occidere: numquid amplius? Tu autem, Domine, *super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam:* super id quod mihi possunt facere inimici, tu extendisti manum tuam. Non enim inimici possunt me separare a te; tu autem amplius vindicas, quia adhuc differs me: *Super iram inimico-*

más ampliamente, porque aún me difieres la acogida. *Sobre la ira de mis enemigos extendiste tu mano.* Se ensañe cuanto pueda el enemigo; con todo, no me separará de Dios. Pero tú, ¡oh Señor!, aún no me recibes, aún me abates en la peregrinación, aún no me das tu gozo y dulcedumbre, aún no me embriagaste con la abundancia de tu casa ni me diste a beber del torrente de tus delicias. Pues en ti está la fuente de la vida y por tu luz veremos la luz. Mas ve que te di las primicias del espíritu, y que creí en ti, y que sirvo con la mente a la ley de Dios; sin embargo, aún gemimos dentro de nosotros mismos esperando la adopción y la redención de nuestro cuerpo. El Señor nos dio a los pecadores esta vida, en la cual es necesario que Adán sea abatido con el sudor y el trabajo de su rostro al producirle la tierra espinas y abrojos. ¿Por ventura pudo algún enemigo dar más? *Sobre la ira de mis enemigos extendiste tu mano,* pero no para que nos desesperásemos. Pues prosigue y dice: *Y me salvó tu derecha.*

14. También puede entenderse *sobre la ira de mis enemigos extendiste tu mano* que se airaban los enemigos y me vengaste de ellos. *Lo verá el pecador, y se indignará, rechinará sus dientes y se repudiará.* ¿En dónde están los que decían: "Perezca de la tierra el nombre cristiano?" Ciertamente o han muerto o se han convertido. Luego *sobre la ira de los enemigos extendiste tu mano* mientras se decía lo que se escribió: *Mis enemigos dijeron cosas malas contra mí: "¿Cuándo morirá y perecerá su nombre?* ¿Cuándo se borrará de la tierra el nombre de los cristianos?"

rum meorum extendisti manum tuam. Saeviat quantum potest inimicus, non me separat a Deo: tu autem, Domine, adhuc me non recipis, adhuc me in peregrinatione conteris, adhuc gaudium dulcedinemque tuam non praebes; nondum inebriasti ab ubertate domus tuae, et torrente voluptatis tuae nondum potasti. Apud te enim est fons vitae, et in lumine tuo videbimus lumen (Ps 35,9-10). Sed ecce dedi primitas spiritus, et credidi in te, et servio mente legi Dei (Rom 7,25); tamen in nobismetipsis adhuc ingemiscimus, adoptionem exspectantes, redemptionem corporis nostri (ib. 8,23). Hanc vitam nobis peccantibus dedit Deus, ubi etiam necesse est ut conteratur Adam in sudore et labore vultus sui, cum terra ei tribulos et spinas parit (Gen 3,18-19). Numquid aliquis inimicus plus potuit procurare? *Super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam:* sed tamen non ad desperationem. Sequitur enim: *Et salvum me facit dextera tua.*

14. Potest et sic intelligi, *super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam:* irascebantur inimici, vindicasti me de inimicis. *Peccator videbit et irascetur, dentibus suis frendet et tabescet* (Ps 111,10). Ubi sunt qui dicebant: Pereat nomen Christianorum de terra? Certe aut moriuntur, aut convertuntur. Ergo *Super iram inimicorum extendisti manum tuam,* quamdiu diceretur quod scriptum est: *Inimici mei dixerunt mala mihi, quando morietur et peribit nomen eius?* (Ps 40,6) quan-

Al decir esto, parte creyeron, parte perecieron, y pocos temerosos quedaron. ¡Cuánto se ensañaba la ira de los enemigos cuando se derramaba la sangre de los mártires! ¡Cómo creían que borraban de la tierra el nombre de los cristianos! *Sobre la ira de mis enemigos extendiste tu mano, y me salvó tu derecha.* Ved que quienes perseguían a los mártires, buscan ya sus sepulcros o monumentos o para hallar sitio en donde adorar o en donde embriagarse; sin embargo, le buscan. *Sobre la ira de mis enemigos extendiste tu mano, y me salvó tu derecha.* Según mi deseo, me salvó tu derecha. Hay una determinada salud en la mano derecha, porque hay otra en la izquierda. La salud temporal y carnal se halla en la izquierda; la salud eterna con los ángeles está en la derecha. Por eso, colocado Cristo en la inmortalidad, se dice que está sentado a la derecha de Dios. Dios no tiene en su naturaleza ni derecha ni izquierda, pero se llama derecha de Dios la felicidad, la cual, como no puede manifestarse a los ojos, recibió tal nombre. Con esta derecha tuya me salvaste, pero no en cuanto a la salud temporal. Porque Santa Crispina fue matada; pero ¿acaso la abandonó Dios? No la salvó por lo que se refiere a la izquierda, sino a la derecha. ¡Cuántos tormentos no soportaron los Macabeos! Sin embargo, tres jóvenes, caminando en medio de las llamas, alabaron a Dios. A aquéllos los salvó en cuanto a la derecha, a éstos también en cuanto a la izquierda. Algunas veces no salva a sus santos por lo que toca a la izquierda, pero siempre los salva por lo que pertenece a la derecha. Por el contrario, a los impíos frecuentemente los salva en cuanto

do delebitur nomen Christianorum de terra? Cum dicunt ista, partim crediderunt, partim perierunt, pauci timidi remanserunt. Quanta ira inimicorum saeviebat, quando sanguis martyrum fundebatur! Quomodo se putabant nomen Christianorum delere de terra! *Super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam, et salvum me fecit dextera tua.* Ecce illi qui martyres persequebantur, memorias martyrum inquirunt, aut ubi adorent, aut ubi se inebrient; quaerunt tamen. *Super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam, et salvum me fecit dextera tua.* Secundum desiderium *salvum me fecit dextera tua.* Est quaedam salus in dextera; nam est altera salus in sinistra: salus temporalis et carnalis, in sinistra est; salus aeterna cum Angelis, in dextera est. Ideo iam in ipsa immortalitate positus Christus, dicitur sedere ad dexteram Dei (Mc 16,19). Nom enim Deus habet in seipso dexteram aut sinistram; sed dextera Dei dicitur felicitas illa, quae quoniam ostendi oculis non potest, tale nomen accepit. Hac dextera tua salvum me fecisti, non secundum salutem temporalem. Nam Crispina occisa est; sed numquid deseruit illam Deus? Non illam fecit salvam in sinistra, sed fecit in dextera. Machabaei quanta tormenta perpessi sunt! (2 Mach 7). Tres autem pueri in mediis ignibus deambulando laudaverunt Deum (Dan 3,24). Illorum salus in dextera, istorum etiam in sinistra. Aliquando ergo non salvat in sinistra sanctos suos; sed semper salvat in dextera. Impios autem plerumque salvat in

a la izquierda, mas no en cuanto a la derecha. Pues aquellos que persiguieron a Santa Crispina se hallaban sanos en el cuerpo; muerta ella, ellos vivieron. La salud de ellos estuvo en la izquierda; la de ella, en la derecha. *Y me salvó con su derecha.*

15 [v.8]. *¡Oh Señor!, que retribuyes por mí.* Yo no retribuyo, tú retribuyes por mí. Ensáñense los enemigos cuanto se les antoje; tú retribuyes lo que no puedo yo. *¡Oh Señor!, que retribuyes por mí.* Poned la mirada en nuestra Cabeza, pues nos dejó un ejemplo para que sigamos sus huellas. *El que no cometió pecado ni conoció el dolo en su boca; el que, cuando era baldonado, no devolvió baldones, diciendo: "Señor, tú retribuyes por mí"; al ser juzgado, no amenazaba, sino que encomendaba su causa al que juzga con justicia.* ¿Qué significa: *Señor, tú retribuyes por mí? Yo no busco mi gloria; otro la busca y la juzga. No os venguéis, carísimos*—dice el Apóstol—, *sino dad lugar a la ira, pues está escrito: "A mí la venganza y yo daré el merecido, dice el Señor." ¡Oh Señor!, que retribuyes por mí.*

16. Esto tiene otro sentido, que no debemos pasar por alto y que quizá es más aceptable. *¡Oh Señor!,* Cristo, *que retribuyes por mí.* Yo, si he de dar el merecido, robo. Tú saldaste lo que no robaste. *¡Oh Señor!, que retribuyes por mí.* Ved al que retribuye por nosotros. Se acercaron a El los recaudadores del tributo, los que exigían el tributo de la didracma, es decir, la moneda de dos dracmas por un hombre; se acercaron, pues, al Señor para que cancelase el tributo; mejor dicho, no a El, sino a los discípulos, y les dijeron: *¿Vuestro Maestro no paga el tributo?*

sinistra, non salvat in dextera. Nam illi qui persequebantur Crispinam, sani erant in corpore: illa occisa est, illi vivunt. Illorum salus in sinistra, illius in dextera: *Et salvum me fecit dextera tua.*

15 [v.8]. *Domini, retribues pro me.* Ego non retribuo; tu retribues pro me. Saeviant inimici, quantum libet; tu retribues quod ego non possum. *Domine, retribues pro me.* In ipso capite nostro attendite. Reliquit enim nobis exemplum, ut sequamur vestigia eius. *Qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore eius: qui cum malediceretur, non remaledicebat* dicens, *Domine, retribues pro me: cum iudicaretur, non comminabatur; sed commendabat se illi iudicanti iuste* (1 Petr 2, 21-25). Quid est, *Domine, retribues, pro me? Ego,* inquit, *non quaero gloriam meam; est qui quaerat et iudicet* (Io 8,50). *Non vosmetipsos vindicantes, charissimi,* Apostolus dicit: *sed date locum irae. Scriptum est enim, Mihi vindictam, et ego retribuam, dicit Dominus* (Rom 12,19). *Domine retribues pro me.*

16. Est hic alius intellectus non negligendus, et forte magis eligendus *Domine* Christe, *retribues pro me.* Ego enim si reddam, rapui; tu quod non rapuisti, solvisti: *Domine, retribues pro me.* Vide illum retribuentem pro nobis. Venerunt qui tributum exigerent; exigebant tributum didrachmam, id est duas drachmas in uno homine: ventum est ad Dominum, ut solveret tributum; imo non ad ipsum, sed ad discipulos; et

Ellos se lo hicieron presente al Señor; entonces les dice: *Los reyes de la tierra, ¿de quiénes cobran las alcabalas? ¿De los hijos o de los extraños?* Ellos respondieron: "De los extraños." Pues bien, *les dice, luego los hijos están exentos. Pero por no escandalizarlos, vete*—dice a Pedro—, *echa el anzuelo en el mar, y al primer pez que suba ábrele la boca, y encontrarás un estatero,* es decir, dos didracmas. El estatero es una clase de moneda que vale cuatro dracmas. *Hallarás allí un estatero; dáselo por mí y por ti. ¡Oh Señor!, que retribuyes por mí.* Con razón tenemos el primer pez capturado con el anzuelo, cogido con el anzuelo; el primer pez que sube del mar, el primogénito de entre los muertos. En su boca hemos encontrado dos didracmas, es decir, cuatro dracmas, pues en su boca hemos encontrado cuatro evangelios. Por estas cuatro dracmas estamos exentos del tributo de este mundo, pues por los cuatro evangelios no permaneceremos deudores, ya que por ellos se pagan todos nuestros pecados. Luego pagó la deuda por nosotros debido a su misericordia. El nada debía; no pagó por sí, sino por nosotros. *He aquí*—dice—*que viene el príncipe de este mundo, y no encontrará nada en mí?* ¿Qué significa: *y no encontrará nada en mí?* No encontrará pecado, no hallará motivo para matarme. *Pero para que sepan todos*—dice—*que hago la voluntad de mi Padre, levantaos y salgamos de aquí.* No padezco por necesidad, sino por querer, dando la paga que yo no debo. *¡Oh Señor!, tú retribuyes por mí.*

17. *¡Oh Señor!, tu misericordia permanece eternamente.* ¿Qué he de desear? No el día del hombre. *Señor, tú sabes que*

dictum est illis: *Magister vester non solvit tributum?* Illi retulerunt ad eum. Et ille: *Reges terrae a quibus exigunt tributum? a filiis suis, an ab alienis?* Responderunt: *Ab alienis. Ergo,* inquit, *liberi sunt filii. Sed tamen ne scandalizemus eos,* ait Petro, *vade, mitte hamum in mare, et qui primum piscis ascenderit, aperi os eius, et invenies staterem;* id est duas didrachmas. Stater ponderis genus est, habens quatuor drachmas. *Invenies* ibi; *da illis pro me et te* (Mt 17,23-26). *Domine, retribues pro me.* Merito habemus primum piscem hamo captum, hamo comprehensum; primum surgentem de mari, primogenitus a mortuis. In eius ore invenimus duas didrachmas, id est quatuor drachmas: in eius ore invenimus quatuor Evangelia. Istis quatuor drachmis ab exactione huius saeculi liberantur; per quatuor Evangelia debitores non remanebimus: ibi enim peccata nostra omnia solvuntur. Retribuit ergo pro nobis: gratia misericordiae ipsius. Nihil debebat; pro se non reddidit, sed pro nobis reddidit. *Ecce,* inquit, *venit princeps mundi huius, et in me nihil inveniet.* Quid est, *in me nihil inveniet?* Nullum peccatum in me inveniet; quare occidat me, non habet. *Sed ut sciant omnes,* ait, *quia voluntatem Patris mei facio, surgite, eamus hinc* (Io 14,30-31). Quid est, *surgite, eamus hinc?* Id est, non necessitate, sed voluntate patior, reddens quod non debeo: *Domine, retribues pro me.*

17. *Domine, misericordia tua in aeternum.* Quid desiderem? Non diem hominum. *Non laboravi subsequens te, Domine, et diem hominum*

no sufrí siguiendo detrás de ti ni deseé el día del hombre. Ved que, si la mártir Santa Crispina hubiera deseado el día del hombre, hubiera negado a Cristo. Ciertamente que hubiera vivido aquí más, pero no viviría eternamente. Quiso mejor vivir eternamente que vivir un poco más en la tierra. En fin, *¡oh Señor!, tu misericordia permanece eternamente;* por eso no quiero ser librado temporalmente. *Tu misericordia permanece eternamente;* aquella con que libraste a los mártires, y así los arrebataste pronto de esta vida. *¡Oh Señor!, tu misericordia permanece eternamente.*

18. *No desprecies las obras de tus manos.* No digo: "Señor, no desprecies las obras de mis manos"; no me glorío de mis obras. *Busqué al Señor con mis manos (con mis obras), dirigiéndolas hacia El durante la noche, y no fui decepcionado.* Sin embargo, no recomiendo las obras de mis manos, pues temo que al examinarlas encuentres más pecados que méritos. Sólo recabo esto, sólo digo esto, sólo deseo pedir esto: *No desprecies las obras de tus manos.* Ve en mí tu obra, no la mía; porque, si atiendes a la mía, me condenarás; pero, si ves la tuya, la coronarás. Cualquiera obra buena que tenga, la tengo por ti; por eso es más bien tuya que mía. Oigo, pues, decir a tu Apóstol: *Con la gracia habéis sido salvados mediante la fe; mas esto no de vosotros, sino que es don de Dios; no en virtud de las obras, para que nadie se engría. Pues de El somos hechura, creados en Cristo Jesús para obras buenas.* Luego ya porque somos hombres, ya porque fuimos purificados de nuestra impiedad y justificados, ¡oh Señor!, *no desprecies las obras de tus manos.*

non concupivi; tu scis (Ier 17,16). Ecce martyr sancta Crispina si desideraret diem hominum, negaret Christum. Plus hic viveret, sed in aeternum non viveret. Maluit in aeternum vivere, quam paulo amplius temporaliter vivere. Denique *Domine, misericordia tua in aeternum;* non ad tempus volo liberari. *Misericordia tua in aeternum,* qua martyres liberasti, et sic cito de hac vita abstulisti. *Domine, misericordia tua in aeternum.*

18. *Opera manuum tuarum ne despicias.* Non dico, Domine, Ne despicias opera manuum mearum; non me iacto de operibus meis. *Exquisivi,* quidem *Dominum manibus meis nocte coram eo, et non sum deceptus* (Ps 76,3); sed tamen non commendo opera manuum mearum: timeo ne cum inspexeris, invenias plura peccata quam merita. Hoc solum rogo, hoc dico, hoc impetrare desidero: *Opera manuum tuarum ne despicias.* Opus tuum in me vide, non meum; nam meum si videris, damnas; tuum si videris, coronas. Quia et quaecumque sunt bona opera mea, abs te mihi sunt, et ideo tua magis quam mea sunt. Audio quippe ab Apostolo tuo: *Gratia salvi facti estis per fidem, et hoc non ex vobis, sed Dei donum est, non ex operibus, ne forte quis extollatur. Ipsius enim sumus figmentum, creati in Christo Iesu in operibus bonis* (Eph 2,8-10). Ergo, sive in eo quod homines sumus, sive in eo quod ex nostra impietate mutati et iustificati sumus, Domine, *opera manuum tuarum ne despicias.*

SALMO 138

[LA OMNISCIENCIA Y OMNIPRESENCIA DIVINAS]

SERMÓN AL PUEBLO

1. Había preparado un salmo breve, que mandé entonar al lector; pero a la hora de la hora, por lo que parece, confundido, leyó uno por otro. Por tanto, preferí seguir la voluntad de Dios, manifestada en la equivocación del lector antes que la mía, conforme era mi intención. Por lo mismo, si os detengo algún tanto debido a la abundancia de materia, no me lo imputéis a mí, sino creed que Dios quiso que trabajase y no sin fruto, pues no en vano recibimos por el primer pecado la pena de comer el pan con el sudor de nuestro rostro. Por tanto, si es pan lo que nos ofrece el salmo, atended. Es pan si es Cristo, pues El dijo: *Yo soy el pan vivo que descendí del cielo.* El pan que tan evidentemente nos ofrece el Evangelio, lo busquemos también en los profetas. Este pan no lo ven allí los que tienen interpuesto en su corazón un velo, conforme lo oyó vuestra caridad ayer. Sin embargo, nosotros, como el sacrificio de la cruz del Señor rasgó el velo, quedando descubiertos los secretos del templo, debemos, cuando se nos predica a Cristo, comer el pan aunque sea con trabajo y con sudor.

2. Nuestro Señor Jesucristo habla en los profetas algunas veces en persona de nuestra Cabeza, la cual es el mismo Salvador, que está sentado a la derecha del Padre, que nació por nos-

PSALMUS 138

SERMO AD PLEBEM

1. Psalmum nobis brevem paraveramus, quem mandaveramus cantari a Lectore; sed ad horam, quantum videtur, perturbatus, alterum pro altero legit. Maluimus nos in errore Lectoris sequi voluntatem Dei, quam nostram in nostro proposito. Si ergo vos in eius prolixitate aliquandiu tenuerimus, nobis non imputetis; sed credatis Deum nos non infructuose laborare voluisse. Neque enim frustra in primo peccato nostro poenam accepimus, ut in sudore vultus nostri panem manducemus (Gen 3,19). Tantum si panis est, attendite. Panis autem est, si Christus est: *Ego sum,* inquit, *panis vivus qui de caelo descendi* (Io 6,41). Quem manifestatum habemus in Evangelio, ipsum quaeramus et in Prophetis. Hunc ibi non vident super quorum cor adhuc velamen positum est (2 Cor 3,14), unde audivit Charitas vestra hesterno die. Nobis autem quia sacrificium vespertinum crucis Domini conscidit velum (Mt 27,51), ut pateant iam templi secreta; quamdiu nobis Christus praedicatur, etsi cum labore et sudore, manducandus est panis.

2. Loquitur autem Dominus noster Iesus Christus in Prophetis aliquando ex persona capitis nostri, qui est ipse Christus salvator, sedens

otros de la Virgen, y padeció, como sabéis, bajo el poder de Poncio Pilato; y, derramando la sangre inocente, que es nuestro precio, redimió a los pecadores de la cautividad, en la cual nos hallábamos retenidos por el diablo, perdonándonos nuestros delitos; y además, con el mismo precio que dio por nosotros, su sangre destruyó el documento que nos acreditaba deudores. El mismo Señor, Cabeza nuestra, es director, esposo y redentor de la Iglesia. Si es Cabeza, tiene Cuerpo. Su Cuerpo es la Iglesia, la cual también es su esposa; a ella dice el Apóstol: *Vosotros sois Cuerpo de Cristo y miembros.* El Cristo total, Cabeza y Cuerpo, es como un varón completo; y, puesto que la mujer fue hecha del varón y le pertenece, por eso se dijo del primer matrimonio: *Serán dos en una carne.* Interpretando esto el Apóstol como un gran misterio, dice que no en vano se dijo esto de aquellos dos hombres, puesto que ya se prefiguraba en ellos Cristo y la Iglesia. Así expone esto el Apóstol: *Serán dos en una carne; este misterio es grande, mas yo digo en orden a Cristo y a la Iglesia.* También dijo el Apóstol que Adán fue figura del que había de venir. *Es*—dice—*figura del futuro.* Luego si Adán era figura del que había de venir, como del costado del que dormía fue hecha la mujer, así del costado del Señor que dormía, es decir, del que moría en la pasión, al ser herido con la lanza estando en la cruz, brotaron los sacramentos con los que formó la Iglesia. De su futura pasión dice así en otro salmo: *Yo me dormí y tomé el sueño; y me levanté, porque el Señor me sustentó.* Luego por el dormir se entiende la pasión. Eva fue formada del costado

ad dexteram Patris; qui etiam propter nos natus de virgine, et sub Pontio Pilato, qualia nostis, passus est; fuso innocente sanguine, quod est pretium nostrum, redemit nocentes a captivitate, in qua detinebamur a diabolo, donans nobis delicta, et ipso pretio nostro sanguine suo delens chirographum quo debitores tenebamur (Col 2,13-14). Ipse est rector et sponsus et redemptor Ecclesiae, caput nostrum. Et utique si caput est, habet corpus. Corpus autem eius sancta Ecclesia, quae etiam coniux eius; cui dicit Apostolus, *Vos autem estis corpus Christi et membra* (1 Cor 12,27). Totus itaque Christus caput et corpus, tanquam integer vir: quia et femina de viro facta est, et ad virum pertinet; et dictum est de primo coniugio, *Erunt duo in carne una* (Gen 2,24). Hoc autem ad mysterium interpretatur Apostolus non frustra esse dictum de illis duobus hominibus, nisi quia in eis iam figurabatur Christus et Ecclesia. Nam hoc sic exponit Apostolus: *Erunt duo in carne,* inquit, *una: sacramentum hoc magnum est; ego autem dico, in Christo et Ecclesia* (Eph 5,31 et 32). Dicit etiam ipsum Adam formam futuri: *Qui est,* inquit, *forma futuri* (Rom 5,14). Si ergo Adam forma futuri; quomodo de latere dormientis Eva facta est (Gen 2,21-22), sic ex latere Domini dormientis, id est, in passione morientis, et in cruce percusso de lancea (Io 19,34), manaverunt Sacramenta, quibus formaretur Ecclesia. Nam de futura eadem passione sua sic dicit in alio psalmo: *Ego dormivi, et som-*

sos. Al pecar se hacen tinieblas, y al no confesar los pecados que perpetraron, sino que por añadidura los defienden, entenebrecen sus tinieblas. Luego si pecaste, eres tinieblas. Confesando tus tinieblas, merecerás que ellas sean iluminadas; defendiéndolas, las harás más densas. ¿Y cuándo saldrás de las dobles tinieblas tú que en las simples te ves en aprietos? ¿Cómo el Señor no entenebrece tus tinieblas? Porque no nos permite que los pecados queden impunes, pues nos castiga en este infortunio y nos enseña. Sabéis, hermanos, que toda esta miseria del género humano en la que gime el mundo es sufrimiento medicinal, mas no sentencia penal. Veis que el dolor, el miedo, la indigencia y el sufrimiento se hallan en todas las partes. Crece la avaricia, pero en los malos. Si Dios nos libra aquí de tales castigos, para que no se entenebrezcan nuestras tinieblas, reconozcamos que nos hallamos bajo la pena correccional y bendigamos a Dios, que mezcla las amarguras con la dulzura de la vida temporal para que no nos ceguemos con el deleite de las delicias de la vida presente, y, por tanto, no deseemos las delicias eternas ni pretendamos atravesar todo el mar y habitar en sus confines. Se enfurezcan las olas del mar; cuanto más se enfurecen, tanto más se sostiene con sus alas la paloma en el aire. Luego Dios no entenebrece nuestras tinieblas porque propine castigos a nuestros pecados, y amarguras a nuestras depravadas dulzuras. No nos entenebrezcamos defendiendo nuestros pecados, y la noche (será) luz en nuestras delicias. *Porque las tinieblas no serán entenebrecidas por ti.*

homines perversi: cum peccant, utique tenebrae sunt; dum non confitentur peccata quae fecerunt, sed insuper defendunt, tenebrant tenebras suas. Ergo iam si peccasti, in tenebris es: sed confitendo tenebras tuas, mereberis illuminari tenebras tuas; defendendo autem tenebras tuas, tenebraris tenebras tuas. Et quando evades a duplicibus tenebris, qui in simplicibus laborabas? Unde autem Dominus non tenebrat tenebras nostras? Quia non nos sinit impunita habere peccata: flagellat nos in istis laboribus, et erudit nos. Tota ista miseria generis humani in qua gemit mundus, noveritis, fratres, quia dolor medicinalis est, non sententia poenalis. Videtis quia dolor ubique, ubique metus, ubique necessitas, ubique labores. Crescit avaritia, sed in malis. Si ad hoc Deus hic talibus flagellis eruit nos, ut non tenebrentur tenebrae nostrae; agnoscamus nos sub poena flagelli esse, et benedicamus Deum miscentem amaritudines dulcedini vitae temporalis, ne temporalium deliciarum delectatione caecati, non desideremus delicias aeternas, nec velimus finiri mare et habitare in novissima maris. Saeviant ergo fluctus maris; quanto plus saeviunt fluctus maris, tanto se illa cum pennis columba suspendit. Non ergo tenebrat Deus tenebras nostras; quia miscet flagella peccatis nostris, et amaritudines pravis dulcedinibus nostris. Non nos tenebremus tenebras nostras defendendo peccata nostra; et nox illuminatio in deliciis nostris. *Quoniam tenebrae non obtenebrabuntur a te.*

16. *Y la noche será iluminada como el día.* La noche será como el día. La prosperidad del mundo es día para nosotros, y su adversidad noche. Pero, si reconocemos que padecemos adversidades en razón de nuestros pecados y nos son dulces los azotes del Padre para que no sea amarga la sentencia del juez, entonces consideraremos las tinieblas de esta noche como luz de esta noche. Pero si es noche, ¿cómo es luz? Es noche porque aquí yerra el género humano; es noche porque aún no hemos llegado a aquel día al cual no lo limitan el de ayer y el de mañana, porque es día perpetuo, sin nacimiento y sin ocaso. Luego es noche ésta, pero que tiene cierta luz propia y propias tinieblas. ¿Por qué dije en general que es noche? ¿Y cuál es la luz de esta noche? La prosperidad y la felicidad de este mundo, el gozo y el honor temporal, es como la luz de esta noche. La adversidad, la amargura de las tribulaciones, la bajeza del nacimiento, son como las tinieblas de esta noche. En esta noche, en esta mortalidad de la vida humana, tienen los hombres luz y tinieblas: luz por la prosperidad, tinieblas por la adversidad. Pero tan pronto como hubiere venido el Señor Jesucristo, y hubiere habitado por la fe en el alma, y hubiere prometido otra luz, y hubiere inspirado y dado la paciencia, y hubiere aconsejado al hombre a no deleitarse en las cosas prósperas para que no sucumba en las adversas, comienza el hombre fiel a usar con indiferencia de este mundo, y no se engríe cuando le sobrevienen cosas prósperas ni se abate cuando se le presentan las adversas, sino que bendice a Dios en todo tiempo; no sólo cuando está sano, sino

16. *Et nox tanquam dies illuminabitur. Nox tanquam dies:* dies nobis prosperitas saeculi, nox nobis adversitas saeculi: sed si cognoscamus merito peccatorum nostrorum nos adversitates pati, et dulcia nobis sint flagella Patris, ne sit amara sententia iudicis; sic habebimus tenebras noctis huius, quomodo lumen noctis huius. Si nox est, quomodo ibi lux est? Nox est, quia erratur hic a genere humano: nox est, quia nondum venimus ad illum diem, quem non coarctat hesternus et crastinus; sed est dies perpetuus, sine ortu, quia sine occasu. Nox est ergo hic; sed quamdan lucem suam nox ista habet, et tenebras suas. Quare sit generaliter nox diximus: quae est lux noctis huius? Prosperitas et felicitas saeculi huius, gaudium temporale, honor temporalis, quasi lux est noctis huius. Adversitas autem et amaritudo tribulationum vel ignobilitas, tanquam tenebrae sunt noctis huius. In hac nocte, in hac mortalitate vitae humanae habent homines lucem, habent homines tenebras; lucem prosperitatem, tenebras adversitatem. Sed ubi venerit Christus Dominus, et habitaverit animam per fidem, et promiserit aliam lucem, et inspiraverit et donaverit patientiam, et monuerit hominem non delectari prosperis, ne frangatur adversis; incipit homo fidelis indifferenter uti mundo isto, nec extolli quando res prosperae accidunt, nec frangi quando res adversae sunt, sed ubique Dominum benedicere; non solum quando abundat, sed etiam quando amittit; non solum quando sanus

también cuando enferma, de suerte que se da en él este cántico: *Bendeciré a Dios en todo tiempo; su alabanza siempre está en mi boca.* Luego si *siempre,* entonces está cuando brilla esta noche y cuando es oscura; cuando sonríe la prosperidad y cuando se presenta la tristeza de la adversidad. Esté siempre su alabanza en tu boca, y se cumplirá en ti lo que ahora se dijo: *Como son sus tinieblas, así también es su luz.* No me oprimen sus tinieblas porque no me engríe su luz.

17. Ve aquí que tienes la luz de El en Job. Sobreabundaba en toda clase de bienes. La primera luz de la noche se describe en sus riquezas. Todas las cosas y la abundancia que tenía de ellas era la luz de su noche. El enemigo pensó que tal varón alababa por ellas a Dios, puesto que le dio todas ellas; y por eso pidió permiso para quitárselas. Entonces tuvieron lugar las tinieblas de aquella noche que primeramente contaba con luz. Sin embargo, Job sabía, ya hubiese allí luz, ya tinieblas, que aquélla era noche en la cual peregrinaba hacia Dios, pues tenía por luz interior a su mismo Dios, por lo cual consideraba indiferente tanto la luz como las tinieblas de aquella noche. Por lo mismo, ya que en la luz de aquella noche, es decir, en la abundancia de las riquezas, adoraba a Dios, al serle quitados todos sus bienes, después de habérsele convertido en tinieblas, ¿qué dijo él? *El Señor me lo dio, el Señor me lo quitó; como a Dios le agradó, así se hizo; sea bendito el nombre del Señor.* Me encuentro en cierta noche de esta vida. Pero mi Señor, dice, mora en mi corazón; y El me iluminó con ciertos consuelos en esta

est, sed etiam quando aegrotat; ut sit in illo vera illa cantatio: *Benedicam Dominum in omni tempore; semper laus eius in ore meo* (Ps 33,2). Si ergo *semper,* et quando lucet nox ista, et quando obscura est nox ista; quando arridet prosperitas, quando tristis est adversitas, semper sit laus eius in ore tuo: et fiet tibi quod modo dictum est, *Sicut tenebrae eius, sic et lumen eius.* Non me conculcant tenebrae eius, quia non me extollit lumen eius.

17. Ecce habes lumen ipsius in Iob: abundabat omnibus rebus. Lux noctis in illius divitiis prima describitur: quantis rebus et quanta copia redundabat, lux erat noctis eius. Putavit inimicus propterea illum talem virum colere Deum, quia illa omnia donaverat ei; et petivit ut auferrentur ab eo: factae sunt tenebrae noctis illius quae primo habebat lucem. Noverat tamen ille, sive lux ibi esset, sive tenebrae illam noctem esse, in qua peregrinaretur a Deo suo; et habebat interiorem lucem ipsum Deum suum, per quam lucem interiorem indifferenter haberet sive tenebras noctis illius, sive lucem. Propterea, quia in luce noctis illius, id est in rerum abundantia, colebat Deum, ablatis illi omnibus rebus, posteaquam factae sunt tenebrae illius, quid dixit ille? *Dominus dedit, Dominus abstulit; sicut Domino placuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictum* (Iob 1). In nocte sum quadam vitae huius: Dominus meus, inquit, habitat cor meum; illuminavit mihi solatiis quibusdam noctem

noche cuando me dio la abundancia de las cosas corporales. Apartó esta luz temporal y casi se entenebreció en esta noche. Pero *así como las tinieblas son de El, así también es la luz. El Señor me lo dio, el Señor me lo quitó; como a Dios agradó, así se hizo; sea bendito el nombre del Señor.* No me entristezco en esta noche, *porque así como las tinieblas son de El, así también de El es la luz.* Ambas pasan; de suerte que quienes se gozan, se porten como si no se gozasen, y quienes lloran, como si no llorasen, porque *así como las tinieblas son de El, así es la luz.*

18 [v.13]. *Porque tú poseíste mis riñones, ¡oh Señor!* No se dijo sin motivo: *Así como son las tinieblas de El, así también es la luz.* Es poseedor interior; no sólo posee el corazón, sino también los riñones; no sólo los pensamientos, sino también las afecciones o deleites. Luego El posee aquello por lo que deleita la luz de la noche: El posee mis riñones. Nada me deleita fuera de la luz interior de su sabiduría. Pero ¿qué? ¿No te deleitas con la prosperidad de los bienes, con la felicidad temporal, con los honores, con las riquezas, con la familia? No me deleito, dice. ¿Por qué? *Porque como de El son las tinieblas, así también es la luz.* ¿De dónde te proviene esta indiferencia, de suerte que como te son sus tinieblas, así te sea también su luz? ¿De dónde? De que *tú poseíste mis riñones, Señor; de que me amparaste desde el vientre de mi madre.* Mientras estuve en el vientre de mi madre, no consideré indiferentemente las tinieblas y la luz de aquella noche, pues el vientre de mi madre fue la costumbre de mi ciudad. ¿Qué ciudad es ésta? La que primeramente me

istam, quando dedit copias rerum temporalium: subtraxit ipsam lucem temporalem, et quasi tenebrata est nox. Sed quia *sicut tenebrae eius, sic et lumen eius: Dominus dedit, Dominus abstulit; sicut Domino placuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictum.* Non sum tristis in nocte hac, quia *sicut tenebrae eius, sic et lumen eius.* Utrumque transit, ut qui gaudent tanquam non gaudentes sint, et qui flent tanquam non flentes sint (1 Cor 7,30); quia *sicut tenebrae eius, sic et lumen eius.*

18 [v.13]. *Quoniam tu possedisti renes meos, Domine.* Non sine causa, *Sicut tenebrae eius, sic et lumen eius.* Intus est possessor: non solum cor tenet, sed etiam renes; non solum cogitationes, sed etiam delectationes. Ipse ergo possidet unde me delectaret aliquid lucis in nocte; ipse tenet renes meos: non novi delectari nisi de luce interiore sapientiae ipsius. Quid ergo? non delectaris de prosperitate rerum, de felicitate temporum, de honoribus, de divitiis, de familia? Non delector, inquit. Quare? Quia *sicut tenebrae eius, sic et lumen eius.* Unde tibi ista indifferentia, ut sicut tenebrae eius, sic sit tibi et lumen eius? unde? *Quoniam tu possedisti renes meos, Domine; suscepisti me ex utero matris meae.* Dum essem in utero matris meae, non indifferenter habebam tenebras illius noctis et lucem illius noctis. Etenim uterus matris meae, consuetudo civitatis meae fuit. Quae est illa civitas? Quae nos primo genuit in captivitate. Novimus Babyloniam illam de qua hesterno die

engendró en la cautividad. Conocemos la ciudad de Babilonia, de la cual os hablé ayer; de ella parten todos los que creen y suspiran por la luz, por la celestial Jerusalén. Luego yo dije: "Desde el vientre de mi madre me amparó el Señor; a partir de El consideré indiferentes las tinieblas y la luz de esta noche." El que se halla en el seno de aquella madre Babilonia, se goza en las cosas prósperas del mundo y se quiebra en las adversas. Unicamente sabe regocijarse cuando le acontece algo próspero en el tiempo y sólo sabe entristecerse cuando le sobreviene algo adverso temporalmente. Sal ya del seno de Babilonia; comienza a cantar el himno al Señor; sal, nace ya; Dios te amparará desde la salida del vientre de tu madre. ¿Qué Dios? El Dios del apóstol San Pablo, que dijo: *Cuando plugo a Dios, que me escogió desde el vientre de mi madre para revelar a su Hijo en mí.* ¿Quién era su madre? La sinagoga. Y en ella, ¿qué había aprendido? Lo que tenían y habían aprendido los judíos, y también el mismo pueblo. En ellos quedaba el nombre de la alabanza de Dios, mas los hechos no se encontraban en ellos. Estaban en ellos las palabras de Dios como las hojas en los árboles, pero no tenían fruto. Sabéis que, cuando el Señor encontró la higuera desprovista de fruto, al maldecirla se secó. Encontró en ella hojas, mas no fruto; nos simbolizaba a cierto árbol. No era tiempo de que pudiera tener fruto; pero lo que todos los hombres sabían, ¿lo ignoraba el Creador del cielo y de la tierra? Luego El, que apartó a Pablo desde el vientre de su madre, nos apartó a nosotros desde el seno de la nuestra. ¿De qué madre

locuti sumus, unde proficiscuntur omnes qui credunt et suspirant illi luci, Ierusalem caelesti. Ego ergo dixi: Ex utero matris meae susceptus sum a Domino; inde mihi tenebrae noctis huius et lux huius noctis indifferentes factae sunt. Qui autem est in utero matris illius Babyloniae, gaudet prosperis saeculi, frangitur adversitatibus saeculi; non novit gudere nisi aliquid prosperum eveniat secundum tempus, nec novit contristari nisi aliquid adversum eveniat secundum tempus. Iam exi de utero Babyloniae, incipe cantare hymnum Domino: egredere, et nascere; suscipiet te Deus ex utero matris tuae. Quis Deus? Deus ille apostoli Pauli, qui dixit: *Cum autem placuit Deo, qui me segregavit de utero matris meae, revelare Filium suum in me* (Gal 1,15-16). Quae enim erat mater eius? Synagoga. Et ibi quid didicerat, nisi quod habebant et didicerant ipsi Iudaei et ipse populus? Nomen in illis remanserat laudis Dei; facta autem in eis non inveniebantur: erant in eis verba Dei, quasi folia in arbore, et fructus nusquam. Talem arborem fici, sicut nostis, cum Dominus invenisset, maledicto arefecit. Invenit enim in ea folia, et fructum non invenit: quamdam nobis arborem figurabat. Nam fructuum illorum tempus nondum erat (Mt 21,19; et Mc 11,13-14): quod omnes homines noverant, artifex caeli et terrae non noverat? Ergo ille qui Paulum segregavit ab utero matris suae, ipse et nos segregavit ab utero matris nostrae. Cuius matris nostrae? Illius Babyloniae. Suscepti

nuestra? De aquella Babilonia. Amparados desde aquel seno, comencemos a tener otra esperanza. Prometió, hermanos, algo por lo que os alegréis; dad frutos colocados en esta esperanza. Ya sabemos que sólo es malo ofender a Dios y no ser conducidos a las cosas que prometió, y que sólo es bueno merecer a Dios y ser conducidos a las cosas que prometió. ¿Qué son los bienes y los males de este mundo? Los poseamos con indiferencia. Como ya hemos sido amparados desde el vientre de aquella madre nuestra, poseyéndolos con indiferencia decimos: *Como de El son las tinieblas, asi también es la luz.* Por tanto, ni la felicidad del mundo nos hace dichosos, ni la adversidad desgraciados. Es necesario poseer la justicia, amar la fe, esperar en Dios, amar a Dios, y también al prójimo. Después de estos trabajos poseeremos la luz indeficiente, el día sin ocaso. Todo lo que hay en esta noche de brillante y tenebroso pasa. *Porque tú poseíste mis riñones, Señor; me amparaste desde el vientre de mi madre.*

19 [v.14]. *Te alabaré, Señor, porque asombrosamente has sido engrandecido. Asombrosamente has sido engrandecido:* por lo mismo que te admiramos, eres asombroso; con temor, pues, no gozamos. Tememos, no sea que, debido a tus dones, engreídos por la soberbia, merezcamos perder lo que recibimos por la humildad. *Te alabaré, Señor, porque asombrosamente has sido engrandecido. Maravillosas son tus obras, y mi alma lo conoce en gran manera.* Ya conoce mi alma en gran manera, puesto que me amparaste desde el vientre de mi madre. Antes se encumbró tu ciencia, alejándose de mí; se robusteció, y no podía acercarme a

ergo ex utero illo, iam incipiamus habere aliam spem. Promisit, fratres, quare gaudeatis; fructus facite positi in alia spe. Iam non novimus malum nisi offendere Deum, et non perduci ad illa quae promisit; nec novimus bonum nisi promereri Deum, et perduci ad illa quae promittit. Quid illa bona mundi huius, et mala mundi huius? Indifferenter habeamus; quia iam suscepti ab utero illius matris nostrae indifferenter ea habentes, dicimus, *Sicut tenebrae eius, sic et lumen eius.* Nec felicitas saeculi nos facit beatos, nec adversitas miseros. Opus est iustitiam tenere, fidem diligere, sperare in Deum, diligere Deum, diligere et proximum. Post istos labores habebimus indefessam lucem, habebimus diem sine occasu: transit quidquid est in ista nocte lucidum et tenebrosum. *Quoniam tu possedisti renes meos, Domine; suscepisti me ex utero matris meae.*

19 [v.14]. *Confitebor tibi, Domine, quoniam terribiliter mirificatus es. Terribiliter mirificatus es:* eo ipso quod te miramur, tu terribilis es; cum tremore gaudemus. Timemus enim ne de donis tuis nos extollentes per superbiam, mereamur amittere quod humilitate percepimus. *Confitebor tibi, Domine, quoniam terribiliter mirificatus es: mirabilia opera tua, et anima mea cognoscit valde.* Iam cognoscit anima mea valde; quoniam suscepisti me ex utero matris meae: antea vero mirificata est scientia tua ex me; invaluerat, nec poteram ad illam. Ergo ex me inva-

ella. Luego se robusteció alejándose de mí, y no podía conseguirla. ¿Cómo ahora la conoce mi alma en gran manera? Porque la noche es luz en mis delicias; porque vino a mí tu gracia e iluminó mis tinieblas; porque tú poseíste mis riñones; porque tú me amparaste desde el vientre de mi madre.

20 [v.15]. *No se ocultó a ti mi hueso, que formaste en lo oculto.* Denomina *os suum,* su hueso, a lo que el vulgo llama *ossum;* pero en latín se dice *os,* hueso, pues esto es lo que se consigna en el códice griego *(ostoun).* Aquí podríamos creer que se trataba de la palabra *os,* que procede de *ora,* boca o rostro; pero el vulgo no empleó la palabra *os,* que procede de *ossa,* los huesos. *No se ocultó a ti mi hueso*—dice—, *que formaste en lo oculto.* Tengo en lo oculto *quoddam ossum,* cierto hueso. Hablo así porque prefiero que me reprenda el gramático a que no entienda el pueblo. Luego interiormente se halla cierto hueso mío en lo escondido. Tú me formaste interiormente un hueso en lo escondido, que no está escondido para ti. Le formaste en lo oculto. Pero ¿acaso te está oculto? Los hombres no ven, los hombres no conocen este hueso mío hecho por ti en lo escondido; pero tú que le hiciste le conoces. ¿A qué hueso se refiere, hermanos? Busquémoslo; se halla en lo oculto. Pero como hablo como cristiano, en nombre del Señor, a los cristianos, ahora encontraremos cuál sea este hueso. Interiormente existe cierta fortaleza, ya que en los huesos hay fortaleza y firmeza. Luego existe fortaleza del alma que no se quiebra. Se ensañen por todas partes cualesquiera clase de tormentos, de tribulaciones, de adversidades de este mundo; lo que Dios hizo firme

luerat, nec poteram ad illam. Unde modo anima mea cognoscit valde, nisi quia nox illuminatio in deliciis meis est? nisi quia venit mihi gratia tua, et illuminavit tenebras meas? nisi quia tu possedisti renes meos? nisi quia tu suscepisti me ex utero matris meae?

20 [v.15]. *Non est absconditum os meum a te, quod fecisti in abscondito.* Os suum dicit: quod vulgo dicitur ossum, latine os dicitur. Hoc in graeco invenitur. Nam possemus hic putare os esse, ab eo quod sunt ora; non os correpte, ab eo quod sunt ossa. *Non est* ergo *absconditum,* inquit, *os meum a te, quod fecisti in abscondito.* Habeo in abscondito quoddam ossum. Sic enim potius loquamur: melius est reprehendant nos grammatici, quam non intelligant populi. Ergo est, inquit, quoddam ossum meum intus in abscondito; tu fecisti intus ossum mihi in abscondito, et non est absconditum a te. In abscondito enim fecisti; sed numquid et tibi hoc abscondisti? Hoc ossum meum factum a te in abscondito homines non vident, homines non noverunt; tu autem nosti, qui fecisti. Quod ergo os dicit, fratres? Quaeramus illud; in abscondito est. Sed quia christiani in nomine Domini christianis loquimur, modo invenimus quod sit ossum huiusmodi. Firmitas quaedam est interior; quia in ossibus firmitas et fortitudo intelligitur. Est ergo quaedam animae interior firmitas, ubi non frangitur. Quaelibet tormenta, quaelibet tribulationes, quaelibet huius saeculi adversitates undique saeviant; illud

en lo escondido no puede quebrarse en nosotros, no puede derrumbarse. Por el Señor fue hecha cierta firmeza de paciencia nuestra, de la cual se dice en otro salmo: *Mi alma se sujeta a Dios, porque de El procede mi paciencia.* Oye lo que dice el apóstol San Pablo, que interiormente posee esta clase de firmeza: *Como tristes, pero siempre alegres.* ¿Por qué cosas aparece como triste? Por los ultrajes, por los oprobios, por las persecuciones, por los azotes, por los castigos, por los apedreamientos, por las cárceles, por las prisiones. ¿Quién en estas circunstancias no los consideraba desgraciados? Ni los mismos perseguidores se hubieran ensañado en ellos si no creyesen que les hacían desgraciados con sus persecuciones. Ellos por su debilidad conjeturaban que éstos no tenían en su interior hueso oculto; pero como lo tenían, se mostraban exteriormente tristes a los hombres e interiormente se gozaban en Dios, a quien no se ocultaba el hueso que había hecho en lo oculto. El apóstol San Pablo descubre este hueso, hecho en lo oculto por Dios, con estas palabras: *...Y no sólo esto, sino que aun nos gloriamos en las tribulaciones.* ¿Es poco no estar triste? ¿Debes además gloriarte? A ti te baste no estar triste. Esto es poco, dice, para los cristianos. Tal hueso hizo para mí en lo oculto, que es poco no quebrarse; debe, además, gloriarse. ¿En qué has de gloriarte? *En las tribulaciones, sabiendo que la tribulación labra la paciencia.* Ve cómo se formó aquella firmeza interiormente en el corazón: *Sabiendo que la tribulación labra paciencia; la paciencia, prueba; la prueba, esperanza; la esperanza no sonroja, porque la caridad de Dios se difundió en nuestros corazones por el Espí-*

quod Deus in abscondito fecit firmum, in nobis frangi non potest, non cedit. A Domino enim facta est quaedam firmitas patientiae nostrae, de qua dicitur in alio psalmo: *Veruntamen Deo subiicietur anima mea; quoniam ab ipso patientia mea* (Ps 61,6). Et attende apostolum Paulum, habentem intus hoc genus firmitatis: *Quasi tristes,* inquit, *semper autem gaudentes* (2 Cor 6,10). Unde *quasi tristes?* Contumeliis, opprobriis, persecutionibus, flagellis, plagis, lapidationibus, carceribus, catenis. Quis non eos miseros tunc existimaret? Nec illi ipsi persecutores saevirent in eos, nisi putarent eos miseros fieri persecutionibus suis. Illi enim eos ex sua infirmitate coniiciebant, qui non habebant ossum absconditum interius: illi vero qui habebant, hominibus foris tristes videbantur, intus autem gaudebant Deo; cui non erat absconditum ossum ipsorum, quod fecerat in abscondito. Aperit autem hoc ossum in abscondito factum a Deo idem apostolus Paulus, his verbis: *Non solum autem,* inquit, *sed etiam gloriamur in tribulationibus.* Parum est quia non es tristis, sed et gloriaris? Sufficiat tibi tristem non esse. Parum est, inquit, Christianis: tale ossum mihi fecit in abscondito, ut parum sit non frangi, nisi etiam glorier. Unde gloriaris? *In tribulationibus, scientes quia tribulatio patientiam operatur.* Vide quomodo formata sit illa firmitas intus in corde: *Scientes quoniam tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio spem; spes autem non confundit: quoniam charitas Dei diffusa*

ritu Santo que nos ha sido dado. Así fue formado y afianzado aquel hueso escondido para hacer que nos gloriásemos en las tribulaciones. Pero aparecemos miserables a los hombres, porque se halla escondido para ellos lo que interiormente tenemos. *No se ocultó a ti mi hueso, que formaste en lo oculto; ni mi sustancia, que se halla en la parte inferior de la tierra.* Ved que mi sustancia se halla en la carne; en la parte inferior de la tierra esta mi sustancia; pero, sin embargo, tengo interiormente el hueso, que me formaste, que me da fortaleza para no rendirme en todas las persecuciones de esta región inferior, en donde aún se halla mi sustancia. No es cosa grande que el ángel sea fuerte. Sin embargo, lo es que la carne lo sea. ¿Y de dónde le viene la fortaleza a la carne, de dónde le viene la fortaleza al vaso de barro? De que se hizo allí el hueso en lo escondido. *Mi sustancia se halla en la parte inferior de la tierra.*

21 [v.16]. ¿Y qué diremos de aquellos que son menos fuertes? Ya recordé que Cristo es el que habla en el salmo. Se dijeron muchas cosas en persona del Cuerpo; oye otras en persona de la Cabeza. El salmista apenas las distingue, de suerte que presenta a las personas indistintamente: ya como Cabeza, ya como Cuerpo. Pues, si las separese, sería como si las dividiese, y entonces no serían dos en una carne. Pero, si son dos en una carne, no te admires de que sean dos en una voz. Cuando nuestro Señor Jesucristo padeció, aún no tenían este hueso interior los discípulos, aún no se había consolidado en ellos la fortaleza de la paciencia; se desconocían a sí mismos e ignoraban sus fuerzas; sin embargo,

est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis (Rom 5,3-5). Sic formatur atque firmatum est ossum illud absconditum, ut faciat nos etiam gloriari in tribulationibus. Sed videmur hominibus miseri, quia absconditum est eis quod habemus intrinsecus. *Non est absconditum os meum a te, quod fecisti in abscondito: et substantia mea, in inferioribus terrae.* Ecce in carne est substantia mea, in inferioribus terrae est substantia mea; et habeo tamen ossum intrinsecus, quod formasti, quod faciat me non cedere omnibus persecutionibus inferioris huius regionis, ubi est adhuc substantia mea. Quid enim magnum est si fortis est angelus? Magnum est si fortis est caro. Et unde fortis caro, unde forte vas fictile, nisi quia factum est ibi ossum in abscondito? *Et substantia mea in inferioribus terrae.*

21 [v.16]. Quid de illis qui minus firmi sunt? Loquitur enim, ut iam commendavi, Christus. Sed multa dicta sunt ex persona corporis; audi et ex persona capitis: et non quasi distinguit, ut inducat ipsas personas, modo caput, modo corpus. Si enim distinguit, quasi dividit; non erunt duo in carne una. Si autem duo sunt in carne una (Eph 5,31-32); noli mirari si duo sunt in voce una. Quando Dominus noster Iesus Christus passus est, discipuli nondum habebant illud ossum interius; nondum illis erat firmatum robur patientiae: et latebant se, nesciebant vires suas; et ausus est Petrus promittere societatem mortis cum Domini passione, et non se noverat aegrotus; medicus autem noverat aegro-

Pedro se atrevió a prometer acompañar a su Señor en la pasión sin saber que estaba débil; pero el Médico conocía su debilidad. ¿Qué aconteció? Que dijo: *Iré contigo hasta la muerte;* mas el Señor le contestó: *En verdad te digo que, antes de que cante el gallo, me negarás tres veces.* Y se comprobó que la contestación del Médico fue más verdadera que la presunción del enfermo. Luego de éstos dice: *No se ocultó a ti mi hueso, que formaste en lo oculto.* En éstos se halla intrínsecamente fortalecido el mismo hueso, y principalmente la solidez de la pasión de nuestro Señor y Salvador Jesucristo, que cuando quiso se sentó (se humilló), cuando quiso resucitó, cuando quiso se durmió y cuando quiso despertó, porque dice: *Tengo poder para entregar mi vida y poder para tomarla de nuevo.* ¿Qué dice de aquellos en quienes no se había formado ni afianzado aquella fortaleza? ¿Qué dice de ellos? Ved lo que dice a Dios Padre: *Tus ojos vieron a mi imperfecto.* A mi imperfecto, a mi Pedro, que promete y niega, que presume y desfallece; sin embargo, le vieron tus ojos. Efectivamente así sucedió, porque el mismo Señor le miró, según se consigna en el Evangelio; y, recordando ya después de la tercera negación lo que le había predicho el Señor, *salió fuera y lloró amargamente.* Aquel llanto dimanó de la mirada de Dios, porque *vieron tus ojos*—dice el salmista—*a mi imperfecto.* Aquel imperfecto, vacilando en la pasión del Señor, sin duda hubiera perecido, pero le vieron tus ojos: y no sólo a él, sino a todos los que fueron imperfectos hasta que se afianzaron con la resurrección de Cristo. Pues se manifestó a sus ojos que no pereció en el Señor lo que había muerto; y de este

tum. Quid autem factum est? *Tecum,* inquit, *usque ad mortem. Amen dico tibi; priusquam gallus cantet, ter me negabis* (Mt 26,34-35; et Lc 22,33-34). Responsio medici verior inventa est, quam aegroti praesumptio. De his ergo dicit, *Non est absconditum os meum a te, quod fecisti in abscondito:* in quibus est ipsum os firmatum intrinsecus, et maxime robur passionis in ipso Domino nostro et Salvatore Iesu Christo, qui cum voluit, sedit; cum voluit, surrexit; cum voluit, dormivit; cum voluit, evigilavit; quia, *Potestatem,* inquit, *habeo ponendi animam meam, et potestatem habeo iterum sumendi eam* (Io 10,18). Quid de illis in quibus non erat fortitudo illa formata atque firmata? quid de illis dicit? Vide quid dicat Patri Deo: *Imperfectum meum viderunt oculi tui. Imperfectum meum,* Petrum meum pollicentem et negantem, praesumentem et deficientem: viderunt tamen eum oculi tui. Nam quod eum et ipse Dominus respexit, sicut scriptum est in Evangelio, iam post tertiam negationem commonitus quid ei praedixerit Dominus, *exiit foras, et flevit amare* (Lc 22,61-62): fletus ille de respectione Dei fuit; quia, *Imperfectum meum,* inquit, *viderunt oculi tui.* Nam ille imperfectus titubans in Domini passione, procul dubio periret: sed viderunt eum oculi tui; non solum ipsum, sed et omnes qui imperfecti fuerunt, donec Christi resurrectione firmarentur. Apparuit enim oculis eorum non perisse in Domino quod mortuum erat; et factum est os illud in abscondito eorum,

modo se formó aquel hueso en lo escondido de ellos, no temiendo ya morir ellos mismos. *Tus ojos vieron a mi imperfecto y en tu libro todos se hallarán escritos;* no sólo los perfectos, sino también los imperfectos. No teman los imperfectos; progresen solamente. Pero no porque dije "no teman" han de amar la imperfección, y, por lo mismo, han de permanecer en donde se encuentran. Progresen tanto cuanto puedan. Añadan algo cotidianamente, se acerquen todos los días un poquito; no se aparten del Cuerpo del Señor, para que así, estando en su Cuerpo y hallándose entrelazados en estos miembros, puedan merecer que por ellos se consignó esta sentencia: *Tus ojos vieron a mi imperfecto y en tu libro todos se hallarán escritos.*

22. *Errarán durante el día, y nadie de ellos (dejará de errar).* Nuestro Señor Jesucristo era aquí el día; por eso decía: *Caminad mientras tenéis el día.* Pero sus imperfectos erraron durante el día. Creyeron que nuestro Señor Jesucristo era únicamente hombre, que no poseía en sí la oculta divinidad, que no era Dios, sino sólo lo que aparecía. Esto también lo creyeron ellos; pues el mismo San Pedro, y principalmente hablo de él, en el cual se nos ofreció un ejemplo de debilidad esperanzada, había dicho al Señor al preguntar a los discípulos qué pensaban de él los hombres: *Tú eres el el Cristo, el Hijo de Dios vivo.* Entonces el Señor le contestó: *Bienaventurado eres, Simón Bar-Yona, porque esto no te lo reveló la carne ni la sangre, sino mi Padre, que está en los cielos.* ¿Por qué (le dice esto)? Porque había confesado que era Hijo de Dios. Sin embargo, allí poco después, en el mismo lugar, en la misma

ut nec ipsi iam timerent mori. *Imperfectum meum viderunt oculi tui, et in libro tuo omnes scribentur:* non solum perfecti, sed etiam imperfecti. Non timeant imperfecti, tantum proficiant. Nec quia dixi, Non timeant, ament imperfectionem, et ibi remaneant ubi inventi sunt. Tantum proficiant, quantum in ipsis est. Quotidie addant, quotidie accedant: tamen a corpore Domini non recedant; ut in uno corpore, et in his membris compaginati possint mereri de se dictam esse vocem istam, *Imperfectum meum viderunt oculi tui, et in libro tuo omnes scribentur.*

22. *Per diem errabunt, et nemo in eis.* Dies hic adhuc erat Dominus noster Iesus Christus: unde dicebat, *Ambulate, dum diem habetis* (Io 12,35). Sed *per diem errabunt* imperfecti ipsius. Putaverunt et ipsi Dominum nostrum Iesum Christum tantummodo hominem esse; non habere in se occultam divinitatem, non esse occulte Deum, sed hoc solum esse quod videbatur: hoc et ipsi putaverunt. Nam et ipse Petrus (de illo enim potissimum loquimur, in quo nobis etiam non despertae infirmitis exemplum propositum est): dixerat Domino idem Petrus, cum interrogasset quid illum dicerent homines: *Tu es Christus Filius Dei vivi.* Et dixerat ei Dominus: *Beatus es, Simon Bariona, quia non tibi revelavit caro et sanguis, sed Pater meus qui in caelis est.* Quare? Quia dixerat eum Filium Dei. Ibi paulo post, eodem loco, in ipsa contextione ver-

trabazón del discurso, comenzó el Señor a hablar de su futura pasión; entonces aquel Pedro que ya le había confesado Hijo de Dios, temió que muriese como hijo de hombre. Era Hijo de Dios, era también hijo de hombre: Hijo de Dios por la forma de Dios, igual al Padre, e hijo de hombre por la forma de siervo, por la cual es menor que el Padre. Ciertamente que había de soportar la pasión en cuanto a la forma de siervo. ¿Por qué temió Pedro que pereciese la forma de Dios en la forma de siervo, y más bien no conjeturó que por la forma de Dios revivía la forma de siervo? Pues le dice: *Aparta, Señor, esta idea de ti. Dios te será propicio.* Entonces el Señor, con la misma voz con que le había llamado bienaventurado, le dice: *Quítate de delante de mí, Satanás, pues no percibes las cosas de Dios, sino las de los hombres.* Así, pues, el que ya había dicho: *Tú eres el Cristo, el Hijo de Dios vivo,* y que oyó: *Esto no te lo reveló la carne ni la sangre, sino mi Padre, que está en los cielos,* y por eso eres piedra, por eso eres bienaventurado; ahora, puesto que no hablaba por revelación del Padre, sino por la flaqueza de la carne, fue llamado Satanás, pues *no percibes las cosas de Dios, sino las de los hombres.* Aquí estaba Cristo, hermanos; caminaba entre ellos, mandaba a los vientos, paseaba por las olas del mar delante de ellos, resucitaba a un muerto de cuatro días, delante de ellos hacía infinidad de milagros, y, con todo, temblaron en su pasión como si hubieran perdido a Aquel de quien en vano habían confiado. *Errarán por el día, y nadie de ellos (dejará de padecer este error).* Nadie en absoluto, ni el que dijo: *Iré contigo hasta la muerte.* El les había dicho: *Llega la hora en*

borum, coepit Dominus de passione sua futura dicere. Ille autem Petrus, qui iam illum confessus fuerat Filium Dei, timuit ne sicut filius hominis moreretur. Erat Filius Dei, erat et filius hominis: Filius Dei, in forma Dei, aequalis Patri; filius hominis, in forma servi (Phil 2,6-7), qua minor sit Patre (Io 14,28). Venturus erat ad passionem utique ex forma servi; quid timuit Petrus ne in forma servi periret forma Dei, et non potius praesumpsit quia ex forma Dei reviivisceret forma servi? Ait illi: *Absit a te, Domine; propitius tibi esto.* Et Dominus, qui illum beatum, dixerat in illa voce: *Vade post me, satanas,* inquit, *neque enim sapis quae Dei sunt, sed quae sunt hominum* (Mt 16,13-23). Iamdudum quia dixerat, *Tu es Christus Filius Dei vivi;* audivit, *Non tibi revelavit caro et sanguis, sed Pater meus qui in caelis est:* ideo petra, ideo beatus. Modo autem quia non ex Patris revelatione, sed ex carnis infirmitate responderat, satanas appellatus est; *Non sapis,* inquit, *quae Dei sunt, sed quae sunt hominum.* Et hic erat Christus, fratres: inter illos ambulaverat, ventis imperaverat (ib. 8,26), ante oculos ipsorum fluctus calcaverat (ib. 14,25), ante oculos ipsorum quatriduanum mortuum suscitaverat (Io 11,39-44), ante oculos ipsorum tanta miracula fecerat; et tamen trepidaverunt in passione eius, quasi amisissent eum de quo frustra praesumpserant. Sed *per diem errabunt, et nemo in eis.* Nemo prorsus, nec ipse qui dixerat, *Tecum usque ad mortem.* Dixerat enim illis: *Veniet*

la que me dejaréis solo y cada uno de vosotros irá por su parte; pero no estoy solo, porque conmigo está el Padre. Con El estaba el Padre, y El con el Padre. El Padre estaba en El, y El en el Padre; y El y el Padre son Uno. Pero ellos temieron que muriese. ¿Por qué? Porque erraron durante el día y nadie hubo entre ellos que no errase. *Errarán durante el día, y nadie de ellos (dejará de errar).*

23 [v.17]. ¿Pero qué significa: *Errarán durante el día?* ¿Por ventura perecerán? Entonces ¿a qué aquello: *Tus ojos vieron a mi imperfecto y en tu libro todos se hallarán escritos?* ¿Cuándo erraron durante el día? Cuando no conocieron al Señor, que se encontraba aquí. ¿Qué sigue? *Tus amigos han sido honrados sobremanera para mí, ¡oh Dios!* Los mismos que erraron durante el día, y nadie hubo entre ellos que no errase, se han hecho tus amigos y sobremanera han sido honrados para mí. Se formó en ellos el hueso en lo oculto después de la resurrección del Señor y por su nombre padecieron los que temblaron en su pasión. *Tus amigos, ¡oh Dios!, han sido honrados sobremanera para mí; grandemente se ha consolidado su principado.* Hechos apóstoles, hechos guías de la Iglesia, hechos carneros conductores del rebaño, *grandemente se ha consolidado su principado.*

24 [v.18]. *Los contaré y se multiplicarán sobre la arena.* Por aquellos que erraron durante el día, y nadie hubo entre ellos que no errase, ved que nació esta tan inmensa muchedumbre, que ya, como arena, sólo por Dios puede contarse. Dijo: *Se multiplicarán sobre la arena;* y, con todo, también dijo: *Los contaré.* Contados ellos mismos, *se multiplicarán sobre la arena.* Sin duda, la arena está

hora, ut me relinquatis solum, et eat unusquisque in viam suam: sed non sum solus, quia mecum est Pater (ib. 16,32). Cum illo erat Pater, et ipse cum Patre; et in illo Pater, et ipse in Patre; et ipse et Pater unum (ib. 10,30.38); et illi timuerunt cum moreretur. Quare, nisi quia per diem erraverunt, et nemo fuit in eis? *Per diem errabunt, et nemo in eis.*

23 [v.17]. Sed quid est, *errabunt per diem?* Numquid peribunt? et ubi est, *Imperfectum meum viderunt oculi tui, et in libro tuo omnes scribentur?* Ergo quando per diem erraverunt? Cum hic positum Dominum non intellexerunt. Et quid sequitur? *Mihi autem valde honorificati sunt amici tui, Deus.* Iidem ipsi qui per diem erraverunt, et nemo fuit in eis, amici tui facti sunt, et valde mihi honorificati sunt. Factum est in eis os illud post resurrectionem Domini in abscondito, et pro eius nomine passi sunt, in cuius passione trepidaverunt. *Mihi autem valde honorificati sunt amici tui, Deus; valde confortati sunt principatus eorum.* Facti Apostoli, facti duces Ecclesiae, facti arietes ducentes greges, *valde confortati sunt principatus eorum.*

24 [v.18]. *Dinumerabo eos, et super arenam multiplicabuntur.* Per illos qui per diem erraverunt, et nemo erat in eis, ecce nata est tanta ista multitudo, quae iam sicut arena numerari non potest, nisi Deo. Dixit enim, *Super arenam multiplicabuntur;* et tamen dixerat, *Dinumerabo eos.* Illi ipsi numerati, *super arenam multiplicabuntur.* Ei quippe

contada por Aquel que tiene contados los cabellos de nuestra cabeza. *Los contaré, y se multiplicarán sobre la arena.*

25. *Me levanté, y aún estoy contigo.* ¿Qué quiere decir: *Me levanté, y aún estoy contigo?* Padecí, fui sepultado; pero me levanté, y aún no se dan cuenta que no estoy con ellos. *Aún estoy contigo,* es decir, aún no estoy con ellos, porque todavía no me conocen, pues se lee en el Evangelio que después de la resurrección de nuestro Señor Jesucristo, al aparecerse, no fue reconocido de momento. También tiene esto otro sentido: *Me levanté, y aún estoy contigo;* a saber, que quiso señalar el tiempo en el que aún está oculto a la derecha del Padre hasta que se manifieste en esplendor, con el que ha de venir a juzgar a los vivos y a los muertos.

26 [v.19-20]. A continuación declara lo que padecerá aquí, en el mundo, en su Cuerpo, que es la Iglesia, durante todo este tiempo, desde que resucitó y está junto al Padre hasta que venga, por la mezcla de los pecadores y por la separación de los herejes. Pues prosigue y dice: *Si matares, ¡oh Dios!, a los pecadores; varones sanguinarios, apartaos de mí, porque dirás en el pensamiento: "Recibirán vanamente sus ciudades."* Parece que debe entrelazarse el orden de las palabras de este modo: Si matares, ¡oh Dios!, a los pecadores, recibirán vanamente sus ciudades, si quiere que se entiendan por matados aquellos que, al engreírse por la soberbia, pierden la gracia, por la que viven, *pues el Espíritu Santo huirá de lo fingido de la disciplina y se apartará de las mentes que no entienden.* De este modo son matados los pecadores, *porque, entenebrecidos en la inteligencia, se apartan de la vida de Dios.* Des-

arena numerata est, cui numerati sunt capilli capitis nostri (Mt 10,30). *Dinumerabo eos, et super arenam multiplicabuntur.*

25. *Exsurrexi, et adhuc sum tecum. Exsurrexi, et adhuc sum tecum,* quid est? Iam passus sum, inquit, sepultus sum; ecce surrexi, et adhuc me non intelligunt secum. *Adhuc tecum sum,* id est, nondum cum ipsis; quia nondum agnoscunt. Sic enim legitur in Evangelio, quia post resurrectionem Domini nostri Iesu Christi, sibi apparentem non continuo cognoverunt (Mt 28,17). Est et alius sensus, *Exsurrexi, et adhuc sum tecum:* ut hoc tempus significare voluerit, quo adhuc in occulto est ad dexteram Patris, antequam reveletur in claritate qua venturus est ad iudicandum de vivis et mortuis.

26 [v.19.20]. Et deinde dicit quid interea per totum hoc tempus, dum iam resurrexit et adhuc cum Patre est, patiatur hic per commixtionem peccatorum in corpore suo, quod est Ecclesia, et per separationem haereticorum. Sequitur enim et dicit: *Si occideris, Deus, peccatores; Viri sanguinum, declinate a me, quoniam dices in cogitatione, Accipient in vanitate civitates suas.* Videtur sic connecti ordo verborum: *Si occideris, Deus, peccatores, accipient in vanitate civitates suas.* Si enim occisos vult intelligi, cum per superbiam qua intumescunt, amittunt gratiam qua vivunt. *Spiritus enim sanctus disciplinae effugiet fictum, et auferet se a cogitationibus quae sunt sine intellectu* (Sap 1.5). Sic occiduntur pecca-

deñan la confesión por el engreimiento, y entonces se cumple en estos muertos lo que se escribió: *La confesión o alabanza del muerto perece como si no existiese. Y así recibirán vanamente sus ciudades,* es decir, sus pueblos vanos, los cuales siguen su vanidad, ya que, hinchados con el nombre de justicia, inducen a que, roto el vínculo de la unidad, los sigan, como a justos, los ciegos y los ignorantes. Y como muchas veces, al censurar a los malos, con quienes fingen no tener parte, toman pie para separarse de la unidad de Cristo; y, además, como suele ocurrir que no sólo difamen a los inocentes, de los que como de malos simulan huir, sino que también ensalcen cosas verdaderas y rectas de algunos malos semejantes a ellos, entre los que gime, conservando el vínculo de la unidad el trigo de Cristo; por eso interpuso el inciso siguiente: *Varones sanguinarios, apartaos de mí, porque dirás en el pensamiento: "Recibirán vanamente sus ciudades",* es decir, arrastrarán a su propia separación a sus pueblos corrompiéndolos con su vanidad, porque tú dirás en el pensamiento: *Varones sanguinarios, apartaos de mí.* De suerte que, como pecadores matados en el espíritu, reciban sus ciudades, esto es, sus pueblos, en la vanidad; es decir, separándolos, los traspasen a la vanidad del error; y, como ofendidos por la mezcla de las pajas, abandonen el trigo, rompiendo la unidad; porque al mismo *trigo,* es decir, a los fieles buenos, *le aconseja* que antes de la bielda, que ha de tener lugar en el último tiempo, *no se aparte* abiertamente de los malos, para que no acontezca que *abandone* a los buenos mezclados aún con los malos, sino que, por el buen trato y el disimulo de la vida, en cierto modo

tores, quia obscurati intelligentia alienantur a vita Dei (Eph 4,18). Amittunt enim confessionem propter elationem: atque ita in eis occisis fit quod scriptum est. *A mortuo, tanquam qui non sit, perit confessio* (Eccli 17,26). Et sic accipiunt *in vanitate civitates suas,* id est, populos suos vanos, eorum vanitatem sectantes; cum inflati iustitiae nomine persuadent ut disrupto unitatis vinculo, eos tanquam iustiores caeci et imperiti sequantur. Et quia plerumque hinc inveniunt occasionem separandi se ab unitate Christi, dum malos accusant, cum quibus se communionem nolle habere confingunt; et quia fieri potest, ut non tantum infament innocentes, quos tanquam malos se fugere simulant, sed etiam vera de quibusdam malis sui similibus dicant, inter quos triticum Christi servato unitatis vinculo gemit: propterea interposuit, *Viri sanguinum, declinate a me, quoniam dices in cogitatione, accipient in vanitate civitates suas;* id est, ideo seducent in separationem propriam populos suos, vanitate propria corrumpendos, *quia* tu *in cogitatione dices, Viri sanguinum, declinate a me:* ut scilicet merito superbiae peccatores in spiritu occisi, propterea civitates suas, hoc est populos suos, in vanum accipiant, hoc est, in erroris vanitatem separando traducant, et quasi offensi commixtione palearum, disrupta unitate triticum deserant; quia ipsum triticum, id est bonos fideles, monet ut ante ventilationem, quae novissima futura est, non aperte se a malis segreget, ne adhuc eis commixtos deserat

les diga tácitamente: *Varones sanguinarios, apartaos de mí.* Esto les dice por la palabra de Dios, la cual se halla en el pensamiento, como Dios la pronuncia en el pensamiento de su santo pueblo. ¿Quiénes son los varones sanguinarios? Los que odian a los hermanos, conforme lo dice San Juan: *El que odia a su hermano es homicida.* Luego, no entendiendo los pecadores muertos cómo diga Dios a los malos en el pensamiento de los buenos: *Varones sanguinarios, apartados de mí,* los acusan en sociedad de los malos, y, apartándose ellos por estas calumnias, reciben en la vanidad a sus ciudades. Este dicho que ahora se dice a los malos en el pensamiento de los buenos será manifiesto en el día en que se les diga por nuestra Cabeza: *Jamás os conocí; apartaos de mí todos los que obrasteis iniquidad.*

27 [v.21]. Ahora dice el Cuerpo de Cristo, que es la Iglesia: ¿Por qué me calumnian los soberbios como si me manchasen los pecados ajenos, y, por lo mismo, separándose ellos de mí, reciben *en la vanidad a sus ciudades? ¿Por ventura no odié, Señor, a los que te odian?* ¿Por qué me exigen los peores también la separación corporal de los malos? ¿Por qué exigen que antes del tiempo de la siega se arranque, a una con la cizaña, el trigo; que antes de la bielda pierda el valor o la paciencia de soportar la paja; que antes de que todas las clases de peces se aparten al fin del mundo como a la playa, para ser separados, rompa las redes de la paz y de la unidad? ¿Por ventura los sacramentos que recibo son de los malos? ¿Acaso comunico consintiendo en los hechos de la vida de ellos? ¿Por ventura *no odié, Señor, a los que te odian y me re-*

bonos; sed per bonam conversationem et dissimulationem vitae quodammodo tacite illis dicat, *Viri sanguinum, declinate a me.* Hoc enim eis voce Dei dicit, quae vox in cogitatione est, sicut eam Deus dicit in cogitatione sancti populi sui. Viri autem sanguinum qui sunt, nisi qui oderunt fratres; sicut Ioannes dicit: *Qui odit fratrem suum, homicida est?* (1 Io 3,15). Hoc ergo non intelligentes occisi peccatores, quomodo dicat Deus malis in cogitatione bonorum, *Viri sanguinum, declinate a me,* accusant in eis communionem malorum; et se per has calumnias separando, accipiunt *in vanitate civitates suas.* Haec vox quae modo in cogitatione bonorum dicitur malis, aperta erit in illa die, quando eis dicitur a capite ipso nostro: *Numquam novi vos; discedite a me, omnes qui operamini iniquitatem* (Mt 7,23).

27 [v.21]. Nunc autem dicit corpus Christi, quod est Ecclesia: Quid est quod mihi calumniantur superbi, quasi me maculent aliena peccata, et propterea separando se, accipiunt *in vanitate civitates suas? Nonne eos qui oderunt te, Domine, odio habui?* Utquid a me peiores exigunt etiam corporalem a malis separationem, ut ante tempus messis simul cum zizaniis eradicetur et triticum (ib. 13,30); ut ante tempus ventilationis perdam sustinentiam tolerandi paleam (ib. 3,12); ut antequam omnia genera piscium ad finem saeculi tanquam ad littus separanda perveniant, retia pacis unitatisque disrumpam? (ib. 13,47). Numquid malorum sunt

consumía por causa de tus enemigos? ¿Acaso no me devoraba el celo de tu casa, y veía a los insensatos y me consumí? ¿Por ventura no se apoderaba de mí el enfado a causa de los pecadores que abandonaban tu ley? ¿Quiénes son tus enemigos? Los que denuncian con su vida que odian tu ley. Luego odiando a éstos, ¿por qué me calumnian *los que toman vanamente a sus ciudades,* basándose en que pueden imputarme sus pecados, los que odié, y sobre los que el celo de la casa del Señor me devoraba? Pero entonces, ¿qué decir de este precepto: *Amad a vuestros enemigos?* ¿Acaso porque dijo *vuestros* no lo son de Dios? *Haced bien* —dijo— *a los que os odian;* no dice "que odian a Dios". Por eso, prosiguiendo, dijo éste: *¿Por ventura no odié, Señor, a los que te odian?;* no dijo "a los que me odian". *Y me reconsumía por causa de tus enemigos.* Dijo *de tus,* no "de mis". Pero los que nos odiaron porque servimos a Dios, y por eso son nuestros enemigos, ¿qué hacen si no es odiarle a El y ser sus enemigos? Luego ¿acaso no debemos amar a tales enemigos nuestros? ¿O quizá no padecen persecución por Dios aquellos a quienes se dice: *Orad por los que os persiguen?* Luego atiende a lo que sigue.

28 [v.22]. *Los odiaba con odio perfecto.* ¿Qué quiere decir *con odio perfecto?* Que odiaba en ellos sus iniquidades y que amaba tu criatura. El odiar con odio perfecto consiste en no odiar a los hombres por los vicios y en no amar a los vicios por los hombres. Pues atiende a lo que añade: *Se me hicieron enemigos declarados;* ya manifestó que no son tan sólo enemigos de Dios, sino también

Sacramenta quae accipio? numquid eorum vitae factisque consentiendo communico? *Nonne eos qui oderunt te, Domine, odio habui; et super inimicis tuis tabescebam?* nonne cum zelus domus tuae comederet me (Ps 68,10), videbam insensatos, et tabescebam? nonne et taedium detinebat me a peccatoribus derelinquentibus legem tuam? (Ps 118,139. 158.53). Qui enim sunt inimici tui, nisi qui vita sua indicant quam oderint legem tuam? Hos ergo cum odissem, cur mihi calumniantur qui accipiunt *in vanitate civitates suas,* quod mihi imputari possint eorum peccata, quos oderam, et super quibus zelo domus Dei tabescebam? Sed ubi est, *Diligite inimicos vestros?* An quia *vestros* dixit, non Dei? *Benefacite,* inquit, *eis qui oderunt vos:* non ait, qui oderunt Deum. Ideo iste secutus dixit, *Nonne eos qui oderunt te, Domine, odio habui?* non dixit, qui oderunt me. *Et super inimicis tuis tabescebam: tuis* dixit; non, meis. Sed qui nos propterea oderunt, et propterea inimici nobis sunt, quia Deo servimus, quid aliud quam eum oderunt, et eius inimici sunt? Numquid ergo tales inimicos nostros diligere non debemus? Aut non propter Deum persecutionem patiuntur, quibus dicitur: *Orate pro persequentibus vos?* (Mt 5,44). Ergo attende quod sequitur.

28 [v.22]. *Perfecto odio oderam illos.* Quid est, *perfecto odio?* Oderam in eis iniquitates eorum, diligebam conditionem tuam. Hoc est perfecto odio odisse, ut nec propter vitia homines oderis, nec vitia propter homines diligas. Nam ecce vide quid adiungat, *Inimici facti sunt mihi.* Non iam tantum Dei, sed suos inimicos ostendit. Quomodo ergo

suyos. Luego ¿cómo se compagina en ellos lo que éste dijo: *Por ventura no odié a los que te odian;* y lo que mandó el Señor: *Amad a vuestros enemigos?* ¿Cómo cumple esto? Con aquel odio perfecto, de suerte que odia en ellos aquello por lo que son inicuos y ama aquello por lo que son hombres. Pues también en el tiempo del Viejo Testamento, en el que el pueblo carnal era castigado con visibles calamidades, el hombre que pertenecía por el conocimiento al Nuevo Testamento, el siervo de Dios Moisés, ¿cómo odiaba a los pecadores, siendo así que oraba por ellos? ¿Y cómo no los odiaba, siendo así que los mataba? Porque los odiaba con odio perfecto. Con tal perfección odiaba la iniquidad que castigaba, que al mismo tiempo amaba la humanidad por la que oraba.

29 [v.23]. Luego como el Cuerpo de Cristo ha de ser apartado al fin del mundo de los inicuos y perversos y gime ahora mientras tanto entre ellos, y como aquellos pecadores muertos que calumnian a los buenos por el trato con los malos, y que más bien se separan de los buenos e inocentes por motivo de los malos, de tal modo toman vanamente a sus ciudades, que aún faltan muchos malos que no les siguen en su separación, sino que permanecen en la misma mezcla que debe ser tolerada por los buenos hasta el fin, ¿qué hace entre estos acontecimientos el Cuerpo de Cristo, ya lleve el fruto del ciento, del sesenta o del treinta por uno tolerando? ¿Qué hace la allegada a Cristo en medio de las hijas como lirio entre espinas? ¿Cuál es su voz? ¿Cuál su conciencia? ¿Cuál la hermosura interior de la hija del Rey? Oye lo que dice: *Pruébame, Dios, y conoce mi corazón.* Tú que eres Dios, prueba, cono-

in eis implebit, et quod ipse dixit, *Nonne eos qui oderunt te, odio habui,* et quod Dominus praecepit, *Diligite inimicos vestros?* Quomodo implebit hoc, nisi illo perfecto odio; ut hoc in eis oderit quod iniqui sunt, hoc diligat quod homines sunt? Nam et tempore Veteris Testamenti, quo visibilibus suppliciis carnalis populus coercebatur, homo ad Novum Testamentum per intelligentiam pertinens, famulus Dei Moyses, quomodo oderat peccantes, cum pro eis orabat? et quomodo non oderat, cum eos occidebat, nisi quia perfecto odio oderat eos? Ea namque perfectione sic oderat iniquitatem quam puniebat, ut diligeret humanitatem pro qua orabat.

29 [v.23]. Cum ergo corpus Christi ab impiis et iniquis etiam corporaliter in fine separandum, nunc inter eos interim gemat; et cum illi occisi peccatores tanquam de malorum communione bonis calumniando, et se quasi per occasionem malorum magis a bonis et innocentibus separando, sic accipiant in vanitate civitates suas, ut multi mali adhuc restent, qui eorum separationem non sequantur, sed a bonis usque in finem tolerandi, in eadem permixtione remaneant: quid inter haec agit corpus Christi, sive centenum, sive sexagenum, sive tricenum fructum afferens cum tolerantia? (Mt 13,23; et Lc 8,15). Quid agit proxima Christi in medio filiarum, sicut lilium in medio spinarum? (Cant 2,2). Quae sunt voces eius? quae conscientia? quae species filiae regis intrinsecus? (Ps 44,14). Ecce audi quid dicat: *Proba me, Deus, et scito cor meum.* Tu

ce; no el hombre, no el hereje, que no sabe probar ni puede conocer mi corazón, en el cual tú pruebas y sabes que no consiento en los hechos de los perversos y ellos piensan que pudo contaminarme por los pecados ajenos; para que así, mientras que yo hago en mi lejana peregrinación lo que suspiro en otro salmo, a saber, *con aquellos que odian la paz soy pacífico,* hasta que llegue a la visión de paz, es decir, a Jerusalén, que es la madre de todos nosotros, ciudad eterna que se halla en el cielo, ellos, litigando, calumniando y separándose, reciban, no ciertamente en eternidad, sino en vanidad, a sus ciudades. Luego *pruébame, Dios, y conoce mi corazón; escudríñame y conoce mis sendas* ¿Para qué? Atiende a lo que sigue.

30 [v.24]. *Y mira*—dice—*si en mí hay camino de iniquidad y guíame al camino eterno. Escudriña*—dice—*mis sendas,* esto es, mis dictámenes y pensamientos, *y mira si en mí hay camino de iniquidad,* ya obrando, ya consintiendo, *y guíame al camino eterno.* ¿Qué otra cosa dice sino "guíame a Cristo"? ¿Quién es el camino eterno sino el que es la vida eterna? Eterno es el que dijo: *Yo soy el camino, la verdad y la vida.* Luego si encuentras algo en mi camino que desagrade a tus ojos, ya que mi vida es mortal, tú *guíame al camino eterno,* en el cual no hay iniquidad; porque, *si alguno pecare, tenemos abogado ante el Padre, a Cristo Jesús.* El es propiciador por nuestros pecados. El es camino eterno sin error, El es la vida eterna, sin pena de muerte.

31. Grandes misterios se han descubierto, hermanos, ¿Cómo

Deus, tu proba, tu scito; non homo, non haereticus, qui nec probare novit, nec scire potest cor meum, ubi tu probas et scis quia non consentiam factis malorum, et illi me putant contaminari posse peccatis aliorum: ut dum ego in longinqua peregrinatione mea facio quod in alio psalmo gemo, id est, cum iis qui oderant pacem sum pacificus (Ps 119,7), donec perveniam ad illam visionem pacis, quod interpretatur Ierusalem, quae est mater omnium nostrum, civitas aeterna in caelis; ipsi litigando et calumniando seque separando, accipiant, non plane in aeternitate, sed *in vanitate civitates suas. Proba* ergo *me, Deus, et scito cor meum; scrutare me, et cognosce semitas meas.* Utquid hoc? Attende quid sequitur.

30 [v.24]. *Et vide,* inquit, *si via iniquitatis sit in me, et deduc me in via aeterna. Scrutare,* inquit, *semitas meas,* id est consilia et cogitationes meas: *et vide si via iniquitatis sit in me,* sive faciendo, sive consentiendo; *et deduc me in via aeterna.* Quid aliud dicit, quam, deduc me in Christo? Quis est enim via aeterna, nisi qui est vita aeterna? Aeternus enim est qui dixit: *Ego sum via, veritas et vita* (Io 14,6). Si ergo aliquid inveneris in via mea quod displiceat oculis tuis, quoniam via mea mortalis est; tu *deduc me in via aeterna,* ubi nulla est iniquitas: quia *etsi quis peccaverit, advocatum habemus apud Patrem, Iesum Christum iustum. Ipse est exoratio pro peccatis nostris* (1 Io 2,1); ipse est via aeterna sine peccato; ipse est vita aeterna sine supplicio.

31. Magna sacramenta, fratres. Quomodo nobiscum loquitur Spiri-

habla con nosotros el Espíritu de Dios? ¿Cómo nos ofrece sus deleites en esta noche de la vida? ¿Qué es esto, os pregunto, hermanos? ¿Cómo es que tanto son más dulces estas cosas cuanto más oscuras? Dios nos prepara de un modo admirable una medicina para su amor. Engrandece de tal suerte sus palabras que, al exponer las cosas, que conocíais ya vosotros; como brotaban de pasajes que os parecían oscuros, se engendraba, por decirlo así, un conocimiento nuevo. ¿Por ventura no conocíais ya, hermanos, que en la Iglesia de Dios han de ser tolerados los malos y no hay que provocar cismas? ¿Por ventura no sabíais ya que dentro de aquella red que capturó buenos y malos peces deben ser arrastrados con paciencia hasta la playa, y no debe romperse la red, puesto que en la playa han de ser separados los buenos, echándolos a la banasta, y arrojados los malos? Ya conocíais todas estas cosas; sin embargo, no entendíais los versillos de este salmo; pero se expuso lo que no entendíais, y así se renovó y refrescó lo que sabíais.

SALMO 139

[ORACIÓN CONTRA LOS ENEMIGOS MALDICIENTES]

SERMÓN AL PUEBLO

1. Me mandaron mis señores hermanos, y por el ellos el Señor de todos, que, en cuanto Dios me conceda, os exponga este salmo. Ayudadme con vuestras oraciones para que yo diga lo que conviene se diga y vosotros lo oigáis, y así sea útil a todos la palabra divina. Sin embargo, no es útil a todos, porque no todos tienen

tus Dei? quomodo nobis facit in hac nocte delicias? Quid est hoc, rogamus vos, fratres? unde dulciora, quo obscuriora? Conficit nobis potionem ad amorem suum, quibusdam modis miris. Mirificat ipsa dicta sua, ut cum ea diceremus quae iam noveratis, tamen quia ex illis locis eruebantur quae obscura videbantur, tanquam nova fieret ipsa cognitio. Numquid non noveratis, fratres, quia in Ecclesia Dei tolerandi sunt mali, et schismata non sunt facienda? Numquid non iam sciebatis quia intra illa retia quae capiunt bonos et malos pisces, perdurandum est usque ad littus, nec retia rumpenda sunt; quia in littore separabuntur boni ad vasa, et mali proiicientur? Iam ista noveratis; versus autem istos psalmi huius non intelligebatis: expositum est quod non intelligebatis, et innovatum est quod noveratis.

PSALMUS 139

SERMO AD PLEBEM

1. Iusserunt domini fratres, et in ipsis Dominus omnium, ut istum psalmum afferam ad vos intelligendum, quantum Dominus donat. Adiuvet orationibus vestris, ut ea dicam quae oportet me dicere, et vos audire; uti omnibus nobis utilis sit sermo divinus. Non enim omnibus utilis

fe. La fe de tal modo se halla en el alma, que viene a ser la buena raíz que convierte el agua en fruto. Por el contrario, la perfidia, el error diabólico y la codicia, que es la mala raíz de todos los males, como raíz de espinas, transforma la dulce agua en abrojos.

2. Creo que, cuando se cantaba este salmo, notasteis lo que en sí encierra, puesto que el Cuerpo de Cristo se queja, gime y ruega a Dios hallándose establecido entre los malos, pues su voz en toda esta profecía es como la de aquel pobre, es decir, de aquel indigente aún no saciado, que tiene hambre y sed de justicia, a quien se le reserva para el fin cierta hartura prometida. Entre tanto, tenga sed y hambre, gima, llore y busque ahora aquí en el mundo. No se deleite con los halagos de la peregrinación; no tome al mundo por patria, a la que vino Cristo a librarle, pues Cristo quiso ser nuestra Cabeza, Cabeza de cierto Cuerpo. No puede decirse que hay cabeza en donde no hay cuerpo del cual sea cabeza. Por consiguiente, si Cristo es Cabeza, Cristo es Cabeza de algún cuerpo. El Cuerpo de aquella Cabeza es la santa Iglesia; nosotros somos miembros de ella si amamos a nuestra Cabeza. Oigamos, pues, las voces del Cuerpo de Cristo, es decir, nuestras voces, si nos hallamos en el Cuerpo de Cristo, porque quien no estuviere allí se encontrará en aquellos entre los que gime este Cuerpo. Por tanto, o estarás en aquel Cuerpo para gemir entre los malos, o no te hallarás en él, y estarás en aquellos entre los que gime el Cuerpo, que gime entre los malos. O eres miembro de Cristo o enemigo de del Cuerpo de Cristo. Estos enemigos y adversarios del Cuer-

est; quia non est omnium fides (2 Thess 3,2). Fides autem sic est in anima, ut radix bona quae pluviam in fructum ducit: perfidia vero, et terror diabolicus, et cupiditas, mala radix omnium malorum (1 Tim 6,10), sicut radix spinarum, etiam dulcem pluviam ad punctiones convertit.

2. Quid habet psalmus iste, credo cum cantaretur, advertisse vos; quoniam conqueritur et gemit, et precem Deo fundit, inter malos constitutum corpus Christi: eius enim vox est in omni tali prophetia, tanquam illius inopis, id est agentis, nondum satiati, esurientis et sitientis iustitiam (Mt 5,6), cui quaedam saturitas promissa in fine servatur. Interim hic nunc sitiat et esuriat, gemat et pulset et quaerat. Peregrinationis illecebris non delectetur, non putet patriam saeculum, unde ut liberetur Christus advenit: quia Christus caput nostrum esse voluit, caput scilicet cuiusdam corporis. Non enim potest dici caput, ubi corpus nullum est cui sit caput. Proinde, si caput Christus; et alicuius corporis caput est Christus. Corpus illius capitis sancta Ecclesia est, in cuius nos membris sumus, si caput nostrum diligimus. Audiamus ergo voces corporis Christi, hoc est voces nostras, si sumus in Christi corpore; quia quisquis ibi non fuerit, in eis erit inter quos illud corpus gemit. Proinde aut in illo corpore eris, ut gemas inter malos; aut non eris in illo corpore, et in eis eris inter quos malos gemit corpus, quod gemit inter malos: aut membrum Christi, aut hostis corporis Christi. Nec isti inimi-

po de Cristo no son todos iguales ni obran todos de la misma manera. Taimado león vestido con piel de oveja es el que reina entre ellos y el que usa de ellos como de instrumentos suyos. Por lo demás, muchos se libran de él y pasan al Cuerpo de Cristo. ¿Quiénes son y quiénes han de ser? Sólo lo sabe Aquel que, ignorándolo ellos, los redimió con su sangre. Sin embargo, hay otros que han de perseverar en su perfidia y que no pertenecen al Cuerpo de Cristo; éstos también son conocidos por Aquel que todo lo sabe. Entre tanto, aquellos que ya están acoplados a sus miembros y que aún no han conseguido la futura resurrección, en la que desaparecerá todo gemido y seguirá la alabanza, y en la que desaparecerá la tribulación y habrá regocijo sin fin, y que aún no tienen estas cosas en la realidad, pero que las tienen en esperanza, gimen debido a cierto deseo y piden ser liberados de los hombres malos, entre los que es necesario vivan los buenos, pues la separación no es ahora segura para ninguno. Unicamente contará con la separación aquel que no sabe errar. ¿Y quién es el que no sabe errar? Aquel que no coloca al malo a la derecha ni al bueno a la izquierda. A nosotros nos es difícil conocernos en esta vida; por tanto, ¡cuánto menos debemos proferir un precipitado dictamen! Porque, si hoy conocemos al malo, ignoramos cuál ha de ser mañana, y quizá al que odiamos apasionadamente es nuestro hermano y lo ignoramos. Sin embargo, odiamos seguros la malicia en los malos y amamos la criatura. Amemos lo que Dios hizo en ellos y odiemos lo que en sí hizo el hombre. Dios hizo al hombre, el hombre hizo el pecado; ama lo que Dios hizo y odia lo

ci et adversarii corporis Christi uno modo intelliguntur, aut uno modo agunt. Versipellis est enim qui in eis regnat, et qui eis utitur tanquam vasis suis. Caeterum multi ab illo liberantur, et in corpus Christi transeunt; et qui sint, et quot futuri sint, novit ille qui illos redemit sanguine suo nescientes. Sunt autem quidam perseveraturi in malitia sua, ad Christi corpus non pertinentes; et ipsi noti ei utique, cui nihil ignotum est. Interim illi qui iam compaginati sunt cum membris eius, nondum habentes resurectionem futuram, in qua perit omnis gemitus, et laus succedit, in qua omnis tribulatio morietur, et erit sine fine exsultatio; nondum ergo habentes hoc in re, sed tamen tenentes in spe, gemunt ex desiderio quodam, et orant se liberari ab hominibus malis, inter quos necesse est vivere et bonis: non enim separatio iam cuique tuta est. Illius enim erit separatio, qui non novit errare. Quid est, qui non novit errare? Ut nec malum traiiciat ad dexteram, nec bonum ad sinistram. Nos autem in hac vita difficile est ut nos ipsos noverimus; quanto minus debemus de quoquam praeproperam ferre sententiam? Quis si hodie malum novimus, cras qualis futurus sit ignoramus; et forte quem vehementer odimus, frater noster est, et nescimus. Securi ergo odimus in malis malitiam, et diligimus creaturam; ut quod ibi fecit Deus amemus, quod ibi fecit ipse homo, oderimus. Fecit enim Deus ipsum hominem; fecit autem homo peccatum. Dilige quod fecit Deus, oderis quod fecit

que hizo el hombre; así darás muerte a lo que hizo el hombre, librándose lo que hizo Dios.

3 [v.1]. *Para el fin, salmo para David.* No pongas la mirada en otro fin fuera del que te presentó el Apóstol, pues dice: *El fin de la ley es Cristo en orden a justicia para todo creyente.* Luego cuando oyes decir al salmo: *Para el fin,* se vuelvan los corazones a Cristo, pues el título del salmo es pregonero del salmo, es como aquel que anuncia y dice: "He aquí que viene"; por lo mismo, he de hablar, he de cantar de Cristo. También las palabras *para David* las entiendo únicamente de Aquel que fue hecho del linaje de David según la carne. Por la estirpe le conviene el nombre. Por la naturaleza carnal procede de David, por la espiritual es antes de David; y no sólo antes de David, sino antes de Abrahán; y no sólo antes de Abrahán, sino antes de Adán; y no sólo antes de Adán, sino antes del cielo y de la tierra, antes de todos los ángeles, antes de todas las potestades y virtudes, antes de todas las cosas visibles e invisibles. ¿Por qué? Porque para existir éstas, todas las cosas fueron hechas por El, y sin El nada fue hecho. Luego como por proceder del linaje de David, no según la divinidad, por la que fue Creador del mismo David, sino según la carne, se dignó llamarse proféticamente David, pon la mirada en el fin, porque el salmo se canta *para David;* y oye asimismo la voz de su Cuerpo y permanece en él. Sea tu voz la voz que oíste y ora y di lo que sigue.

4 [v.2]. *Líbrame, Señor, del hombre malvado.* No de uno, sino de todo este linaje; ni sólo de sus secuaces, sino de su prín-

homo: sic enim persequeris quod fecit homo, ut liberetur quod fecit Deus.

3 [v.1]. *In finem, Psalmus ipsi David.* Finem non intendas aliud quam tibi ab Apostolo praestitutum est: *Finis enim Legis Christus, ad iustitiam omni credenti* (Rom 10,4). Ergo cum audis Psalmum dicere, *In finem,* corda convertantur ad Christum. Tanquam enim praeco Psalmi est titulus Psalmi, veluti dicens, Ecce veniet; inde dicturus sum, de Christo cantaturus. Nam et, *ipsi David,* non intelligo nisi ipsum qui factus est ex semine David secundum carnem (ib. 1,3). Interim propter genus congruit nomen. Genus carnale a David; genus spirituale supra David: et non solum ante David, sed ante Abraham; nec ante Abraham tantum, sed ante Adam; nec ante Adam tantum, sed ante caelum et terram, ante omnes Angelos, ante omnes Potestates et Virtutes, ante omnia visibilia et invisibilia. Quare? Quia ut haec essent, omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil (Io 1,3). Ergo quia ex semine David, non secundum divinitatem, qua Creator est ipsius David, sed secundum carnem; David dignatus est vocari in prophetia: in ipsum finem intende, quia *ipsi David* Psalmus canitur; et corporis eius vocem audi, et esto in corpore eius. Vox quam audisti tua fiat, et ora, et dic quod sequitur.

4 [v.2]. *Exime me, Domine, ab homine maligno:* non ab uno, sed ab ipso genere; nec a vasis tantum, sed ab ipso principe, id est, ab ipso

cipe, es decir, del diablo. ¿Por qué dice *del hombre,* si es del diablo del que pide ser librado? Porque él figuradamente fue llamado hombre: *Vino*—dice Jesús—*el enemigo hombre y sembró la cizaña.* Habiendo dicho los criados al Padre de familia: *¿Por ventura no sembraste buena simiente? ¿De qué proviene que apareció cizaña?,* él les respondió: *El enemigo hombre hizo esto.* Ruega cuanto puedas para ser librado de este hombre malvado. *Porque no luchas contra la carne y la sangre, sino contra los príncipes, y las potestades, y los dominadores de este mundo de tinieblas,* es decir, contra los dominadores de los pecadores. Lo cual también fuimos nosotros, pues acabamos de oír la voz del Apóstol, que dice: *En algún tiempo fuisteis tinieblas, pero ahora luz en el Señor.* Hechos luz, mas no en nosotros, sino en el Señor, roguemos no sólo para ponernos en guardia contra las tinieblas, es decir, contra los pecadores que aún posee el diablo, sino también contra su mismo príncipe, el diablo, que obra en los hijos de la incredulidad. *Del varón injusto líbrame.* Lo mismo es líbrame *del hombre malvado* que *del varón injusto.* Se le llamó malvado porque es injusto, no sucediese que quizá pensases que algún injusto es bueno. Pues hay muchos injustos que parecen inocentes, no se muestran crueles ni ásperos, no persiguen ni oprimen a los hombres; pero, sin embargo, son injustos, porque, por otra parte, son lujuriosos, borrachos, entregados a los placeres de la carne. ¿Y cómo es que no perjudican a nadie, si no se perdonan a sí mismos? Es inocente aquel que no perjudica, mas no lo es el que a sí mismo se perjudica. ¿Y cómo no puede por menos de dañarte

diabolo. Quare enim *ab homine,* si a diabolo? Quia et ipse in figura homo dictus est: *Venit inimicus homo, et superseminavit zizania;* et cum dixissent servi ad patremfamilias, *Nonne bonum semen seminasti? Unde apparuerunt zizania?* Responsum est: *Inimicus homo hoc fecit* (Mt 13, 25.27-28). Ab isto ergo homine maligno ora, quantum potes, ut libereris: *Quia non est* tibi *colluctatio adversus carnem et sanguinem; sed adversus principes et potestates, et rectores mundi tenebrarum harum* (Eph 6,12), id est rectores peccatorum. Quod quidem et nos fuimus; nam audivimus modo vocem Apostoli: *Fuistis aliquando tenebrae; nunc autem lux in Domino* (ib. 5,8). Iam ergo lux facti, non in nobis, sed in Domino, oremus non tantum contra tenebras, id est contra peccatores, quos adhuc diabolus possidet; sed etiam contra ipsum principem eorum diabolum, qui operatur in filiis diffidentiae (Eph 2,2). *A viro iniusto erue me.* Hoc est, *ab homine maligno;* quod est, *a viro iniusto.* Malignum enim ideo dixit, quia iniustum: ne forte aliquem iniustum bonum esse putes. Sunt enim multi iniusti quasi non nocentes; non sunt saevi, non sunt asperi, non sunt persequentes et pressuras hominibus facientes: sed tamen inde iniusti, quia alio quodam modo luxuriosi, ebriosi, voluptatibus dediti. Quomodo nulli nocet qui sibi non parcit? Innocens enim ille est qui non nocet; non autem qui sibi nocet. Tibi autem quomodo potest non nocere qui sibi nocet? Sed respondes: In quo mihi nocet? Non enim

el que a sí mismo se daña? Me dirás: "¿En qué me perjudica? No se apoderó de mi hacienda, no atentó contra mi salud, soporta su lujuria, se deleita en sus placeres; y, si se entrega a placeres sucios, él es el que se ensucia. ¿A mí qué me importa aquel que no me molesta?" Te daña a lo menos con el ejemplo, puesto que vive contigo y te invita a ejecutar lo que él hace. ¿Acaso, cuando quizá le ves prosperar en medio de aquellas inmundicias, no te induce a deleitarte en tales hechos? Y, aunque no consientas, a lo menos encontraste algo qué combatir. ¿Cómo es que no te perjudica, siendo así que te esfuerzas por vencer lo que suscitó en tu corazón? Luego es malvado todo el que es injusto, y necesariamente es dañino, ya se muestre afable o cruel. El que tropieza con él, el que fue apresado en sus lazos, conocerá que es dañino lo que pensaba que era inofensivo. Efectivamente, hermanos, los espinos no pinchan con la raíz; arranca los espinos de la tierra, toca sus raíces, y ve si sientes dolor; sin embargo, el dolor que sientes al tocar lo que brota fuera de la tierra procedió de la raíz. Así, pues, os desagraden los hombres que aparecen como suaves y blandos si son amantes de los placeres carnales y seguidores de los deseos obscenos. No os agraden; pues, si aún aparecen inofensivos, son raíces de espinos. Muchas veces con tales hechos, debido a la sensualidad, despilfarran lo que tenían. ¿Y cómo intentarán recuperar lo que despilfarraron? ¿Por ventura se abstienen ya de robos, y de pensamientos de fraude, y de buscar con sumo cuidado toda clase de maldades? Ahora ya ves el hombre malo, a quien antes tenías por inofensivo. Cuando le veías embriagarse, le tenías por

invasit rem meam, aut appetivit salutem meam: luxuria sua pascitur, suis voluptatibus delectatur; sed si inquinatas habet voluptates, ipse inquinatur; mihi quid pertinet, cui molestus non est? Nocet tibi saltem vel exemplo, quia vivit tecum, et ad quod agit invitat. Nonne cum eum vides forte in illis sordibus prosperari, duceris talium delectatione factorum? Etsi non consentis, saltem invenisti quod expugnes. Quomodo ergo tibi non nocebat, qui laboras vincere quod fecit in corde tuo? Malignus est ergo omnis iniustus, et necesse est noxius sit, sive sit blandus, sive sit ferox. Quisquis in illum incurrerit, quisquis laqueis eius fuerit captus, inveniet quam sit noxium quod putabat lene. Etenim, fratres, et spinae non pungunt in radicibus. Erue spinas de terra, contrecta radices ipsarum, et vide si sentis dolorem: tamen illud unde dolorem sentis in superficie, de illa radice processit. Itaque non vobis placeant homines quasi lenes et blandi, amatores tamen carnalium voluptatum, et inquinatarum cupiditatum sectatores; non vobis placeant. Etsi adhuc videntur lenes, radices spinarum sunt. Nam talibus factis per luxuriam plerumque effundunt quod habebant: et quomodo quaerunt implere quod effuderunt? Numquid iam parcunt rapinis et cogitationibus fraudum, omni generi malignitatis exquirendae? Iam vides malum hominem, quem putabas antea lenem. Quando illum videbas inebriari, bonus erat: modo iam furem vides, latronem times; processerunt spinae de illis radicibus. Quan-

bueno; ahora ya es ladrón, le temes como ladrón; brotaron ya las espinas de aquellas raíces. Cuando percibes inofensivas las raíces de los espinos, entonces, si puedes, debes quemarlos, y así no podrán producir lo que ahora te punza. Por tanto, hermanos míos, Cuerpo de Cristo o miembros de Cristo que gemís entre los malos, a todos los que encontréis inclinados a ser arrastrados a las perversas inclinaciones y a los perniciosos placeres, corregidlos al instante, castigadlos, quemadlos. Quemad la raíz, y no habrá por donde brote la espina. Pero, si no podéis, tened por cierto que los tendréis por enemigos. Pueden callar, pueden ocultar su aborrecimiento, pero no pueden amaros. Y como no pueden amaros, y se sigue que quienes os odian intentan vuestro mal, no cese vuestra lengua y vuestro corazón de decir a Dios: *Líbrame, Señor, del hombre malvado y guárdame del varón injusto.*

5 [v.3] *Los que maquinaron injusticias en el corazón.* ¿Por qué dice esto? Porque no se atreven a proferirlas con la lengua y las traman en el corazón. Lo dijo por aquellos que con frecuencia hablan cosas buenas con su boca. Oyes voz de justo, pero no es corazón de justo. ¿Para qué sirvió añadir: *Los que maquinaron injusticias en el corazón?* Para que me libres de ellos, y se palpe aquí tu mano poderosa librándome. Es fácil soslayar las claras enemistades, es fácil apartarse del enemigo vengativo y declarado que tiene la iniquidad aflorando a sus labios; pero del afectado, del oculto, del que tiene buenas palabras y oculta malas intenciones en su corazón, difícilmente te sustraes. *Los que maquinaron injusticias en su corazón. Todos los días promovían combates.* ¿Qué quiere de-

do sentiebas lenes radices spinarum, tunc si posses incenderes, et non esset unde prodiret quod te modo pungeret. Proinde, fratres mei, corpus Christi, vel membra Christi, gementia inter tales malos; quoscumque inveneritis proclives ferri in malas libidines et in perniciosas voluptates, tunc reprehendite, et tunc castigate, tunc urite. Incendatur radix, et non est unde spina procedat. Si autem non potueritis, certi estote quod eos habebitis inimicos. Tacere possunt, occultare inimicitias suas possunt, amare vos non possunt. Sed quoniam amare vos non possunt, et necesse est ut qui oderunt vos mala vobis quaerant; non vacet lingua et cor vestrum dicere Deo, *Exime me, Domine, ab homine maligno: a viro iniusto libera me.*

5 [v.3]. *Qui cogitaverunt iniustitias in corde.* Quid enim, quia non audent proferre in lingua, et servant in corde? Propter eos enim dixit, qui plerumque in labiis bona loquuntur. Audis vocem iusti; sed non est cor iusti. Nam quid profuit hoc addere, ut diceret, *Qui cogitaverunt iniustitias in corde?* Ab eis me libera; ibi sit potentissima manus tua ad eruendum me. Facile est enim devitare apertas inimicitias; facile est averti ab inimico prompto et manifesto, cuius iniquitas iam etiam in labiis est: ille est molestus, ille est occultus, ille difficile devitatur, qui in labiis bona portat, et in corde occultat mala: *Qui cogitaverunt iniustitias in corde. Tota die constituebant bella.* Quid est, *bella?* Contra

cir *combates?* Que me suscitaban cosas contra las que había de luchar continuamente. De estos corazones brota todo aquello contra lo que lucha el cristiano. Si aparece la sedición, el cisma, la herejía, la turbulenta contradicción, únicamente brota de aquellos pensamientos que se ocultaban, y, aun cuando los labios pronunciaban cosas buenas, suscitaban combates todo el día. Oyes palabras conciliadoras, pero no se aparta de los corazones el aferramiento del combate. Lo que se dijo *todo el día* significa sin interrupción, es decir, por todo el tiempo.

6 [v.4]. *Aguzaron sus lenguas como las serpientes.* Si examinas al hombre, ve la semejanza. En la serpiente se halla la máxima astucia y el encubrimiento del daño; por lo mismo, se arrastra. Carece de pies para que, cuando se acerca, no se oigan sus pasos. En su caminar, el deslizamiento es suave, pero no recto. Por tanto, se arrastran y reptan para dañar, inoculando el oculto veneno bajo un suave contacto. Por eso prosigue diciendo: *(Tienen) veneno de áspides debajo de sus labios.* Dice que está debajo de sus labios para que advirtamos que una cosa es estar debajo de los labios y otra en sus labios. A éstos los declara por completo abiertamente en otro lugar en donde dice: *Los que hablan paz con su prójimo, pero esconden el mal en sus corazones.*

7 [v.5]. *Protégeme. Señor, de la mano del pecador, líbrame de los hombres injustos.* Estos son los mismos de los que anteriormente habló; son conocidos. Aquí no hay necesidad de entender, sino de obrar; es necesario orar, no preguntar quiénes sean. A continuación te declara cómo debes orar contra esta clase de hom-

quae pugnarem tota die mihi constituebant. Inde enim hoc nascitur de talibus cordibus, quidquid est contra quod pugnat christianus. Si seditio, si schisma, si haeresis, si contradictio turbulenta, non hoc erumpit nisi de illis cogitationibus quae tegebantur: et quando labia bona loquebantur, *tota die constituebant bella.* Pacata audis verba; sed belli constitutio a cordibus non discedit. Quod enim dictum est, *tota die,* Sine intermissione significat, id est, toto tempore.

6 [v.4]. *Acuerunt linguas suas sicut serpentes.* Si adhuc quaeris hominem, aspice similitudinem. In serpente maxime astutia est et dolus nocendi; propterea etiam serpit. Non enim vel pedes habet, ut eius vestigia cum venit audiantur. In eius itinere velut lenis est tractus, sed non est rectus. Ita ergo repunt et serpunt ad nocendum, habentes occultum venenum et sub leni contactu. Et ideo sequitur: *Venenum aspidum sub labiis eorum.* Ecce est illud sub labiis; ut aliud sub labiis, aliud in labiis advertamus. Quos etiam aperte manifestat alio loco, ubi dicit, *Qui loquuntur pacem cum proximo suo; mala autem in cordibus suis* (Ps 27,3).

7 [v.5]. *Conserva me, Domine, de manu peccatoris; ab hominibus iniustis erue me.* Ipsi sunt, noti sunt: non hic opus est intelligere, sed agere; orare opus est, non quaerere qui sint. Sed quomodo ores adversus huiusmodi homines, aperit tibi in consequenti. Multi enim adversus malos imperite orant. *Qui cogitaverunt,* inquit, *supplantare gressus meos,*

bres, pues muchos oran neciamente contra los malos. *Los que pensaron echar la zancadilla a mis pies:* esto puede entenderse todavía carnalmente. Por ejemplo, un hombre tiene un enemigo que se dedica al comercio con él; en el negocio piensa cometerle un fraude, quitarle dinero. Otro tiene a un enemigo vecino, y cavila para causarle el mal en su casa reduciéndole su heredad. Sin duda, lo piensa con dolo, lo hace con fraude; emplea, para llevar estas cosas a cabo, maquinaciones diabólicas; nadie lo duda. Con todo, no deben ser evitados éstos por estas acciones, sino porque insidiando te arrastren a hacer lo que ellos hacen, es decir, te separen del Cuerpo de Cristo y te hagan del suyo. Pues así como la Cabeza de los buenos es Cristo, así el diablo es la de los malos. *Los que pensaron echar la zancadilla a mis pies.* ¿Qué significa *echar la zancadilla a mis pies?* No precisamente que pierdas en el negocio que tienes con él y que te engañe en la causa común que tienes pendiente en el juzgado con él. Echó la zancadilla a tus pies si te obstaculizó el camino de Dios, de suerte que lo recto que intentabas hacer vacile, se aparte del camino, caiga en él, retroceda, permanezca estático en él, o vuelva la espalda y se encamine al lugar de donde partió. Cualquiera cosa que de éstas te hiciere es engañarte y echarte la zancadilla. Ora contra semejantes individuos para que no pierdas el patrimonio celeste, para que no pierdas a Cristo coheredero, porque has de vivir eternamente con Aquel que te hizo heredero. No te hizo heredero para sucederle a él muerto, sino para que vivas eternamente con El.

8 [v.6]. *Los soberbios me escondieron una trampa.* Al decir *los soberbios* explicó brevemente todo lo que constituye el cuerpo

Adhuc potest carnaliter accipi. Habet quisque inimicum; in negotio cogitat ei fraudem facere, et ei auferre pecuniam, qui versatur in communi negotio: habet quisque inimicum vicinum, et cogitat malum ingerere domui eius, aliquid de re ipsius minuere; et utique dolo cogitat, fraude cogitat, machinamentis diaboli haec ipsa gestit implere; nemo dubitat. Sed tamen non propter ista isti cavendi sunt, sed ne insidiando tibi adducant te ad se; id est, a corpore Christi separent te, et faciant de corpore suo. Sicut enim bonorum caput Christus est, sic illorum caput diabolus. *Qui cogitaverunt,* inquit, *supplantare gressus meos.* Quid est, *supplantare gressus meos?* Non quasi ut erres in negotio quod cum illo habes, et decipiat te in causa quae tibi communis est in foro cum illo. Supplantavit gressus tuos, si te impedierit in via Dei, ut illud quod rectum intendebas, titubet, aut labatur a via, aut cadat in via, aut recedat de via, aut remaneat in via, aut retro revertatur unde venerat. Quidquid tibi tale fecerit, supplantavit te, decepit te. Contra huiusmodi insidias ora, ne perdas caeleste patrimonum, ne amittas Christum cohaeredem, quia victurus es in aeternum cum eo qui te fecit haeredem. Non enim talis te fecit haeredem, cui mortuo succedas, sed cum quo in aeternum vivas.

8 [v.6]. *Absconderunt superbi muscipulam mihi.* Totum corpus diaboli explicavit breviter, cum ait, *superbi.* Inde est quod et iustos plerum-

del diablo. De aquí procede que se llamen con frecuencia justos los que son inicuos. De aquí dimana que nada les es tan nocivo como confesar los pecados. Estos son los que, siendo falsos justos, por necesidad envidian a los verdaderos justos. Nadie envidia a otro en aquello que no quiere o aparentar o ser. ¿Te envidia alguno porque eres rico?; o te envidia porque quiere serlo, o porque anhela ser tenido por tal. ¿Te envidia otro porque eres ilustre y noble? ; o afecta serlo o quiere se le considere tal. Lo mismo ha de decirse de todas las cosas que aparecen buenas en este mundo y se reputan por tales. Lo que cada uno quiere tener y en lo que anhela sobresalir, te envidia, porque percibe la fama de ello. Estos falsos justos quieren aparentar serlo sin serlo, y es necesario que al que ven verdadero justo le envidien y pretendan hacer con él lo que esté a su alcance para que pierda aquello por lo que adquirió la gloria. De aquí dimanan todas las insidias y traiciones. Esto lo pretendió hacer primeramente el diablo, que, caído, envidió al hombre, que estaba en pie. Pues como él perdió el reino de los cielos, no quiso que el hombre llegase a él, ni lo quiere, y por eso se esfuerza ahora para que el hombre no consiga el lugar del que él fue arrojado. Luego como él es soberbio, y, por lo mismo, envidioso, siendo soberbio todo su cuerpo, es cuerpo de envidiosos. Nosotros oremos contra él, que no puede corregirse, pero en favor de aquellos que pueden; de suerte que digamos al hombre injusto: ¿Por qué envidias al justo, oh hombre injusto? ¿Por qué quieres ser tenido por justo? Haz pronto lo que es bueno, y lo serás más fácil y prontamente que lo aparentas. Sé justo; así ama-

que se dicunt, cum sint iniqui. Inde est quod nihil illis tam noxium est, quam confiteri peccata. Ipsi sunt qui cum sint falsi iusti, necesse est ut invideant veris iustis. Nemo enim invidet alteri in eo quod non vult vel esse vel videri. Alius tibi invidet, quia dives es; aut dives vult esse ut tibi invideat, aut putari vult dives: alius tibi invidet, quia clarus es et nobilis; aut hoc esse affectat, aut hoc se putari cupit. Et sic omnia quae videntur bona in hoc saeculo et putantur; quod quisque vult habere, et in quo vult excellere, vel cuius rei famam captat, in eo tibi invidet. Isti autem qui falsi iusti sunt, videri volunt iusti, cum non sint; et necesse est ut quem viderint verum iustum, invideant illi, et hoc cum illo agant, quomodo amittat unde gloriatur. Inde veniunt omnes seductiones et supplantationes. Hoc prior ipse diabolus voluit, qui cadens stanti homini invidit: et quia ipse amisit regnum caelorum, hominem illuc pervenire noluit (Gen 3), et non vult; et id agit nunc, ut homo illuc non perveniat, unde ipse deiectus est. Quia ergo superbus est ipse, et ideo invidus quia superbus, omne corpus ipsius talium corpus est. Sed nos oremus contra illum, qui corrigi non potest, et pro ipsis qui possunt, ut dicamus homini iniusto: Quare invides iusto, o homo iniuste? Quia vis videri iustus? Cito fac quod melius est, et facilius eris quod vis videri. Esto iustus: ita diliges cui invidebas; quia quod illum doles esse, eris et tu, et amabis in eo te, et ipsum in te. Etenim si invideres diviti,

rás a quien envidiabas, porque de lo que te afliges ser él, lo serás tú, y te amarás a ti en él y a él en ti. Si envidias al rico, no estará en tu poder el ser rico; si envidias a algún honrado y noble senador, tampoco estará a tu alcance ser noble y esclarecido; si envidias al hermoso, nunca te harás hermoso; si envidias al fuerte y robusto, jamás te darás fortaleza; si envidias al justo, en tu querer está el serlo; sé aquello de que te afliges sea otro, pues no has de comprar lo que tú no eres y es otro; se consigue gratis, se consigue al instante: *Paz en la tierra a los hombres de buena voluntad.*

9. Pero *los soberbios escondieron la trampa,* intentaron echar una zancadilla a mis pies. ¿Y qué hicieron? *Tendieron maromas como lazos a mis pies.* ¿Qué maromas? Esta palabra *restis* es conocida en la santa Escritura y en otro lugar encontramos lo que significa. El Señor hizo un látigo de cuerdas, con el cual arrojó del templo a los que traficaban en él; y nos indicó cómo debemos entender la palabra *restis,* pues dice en otro lugar: *Cada uno se encadena con las ataduras de sus pecados; y más claramente dice* Isaías: *¡Ay de aquellos que arrastran los pecados como maroma o cuerda larga!* ¿Por qué dice *maroma?* Porque todo pecador que persevera en sus pecados añade pecados a pecados; y, cuando debiera corregirse por la confesión de su pecado, duplica defendiendo lo que por la confesión pudiera destruir; y así muchas veces quiere defenderse de los pecados cometidos con otros pecados. Cometió, por ejemplo, el adulterio; para no ser matado, prepara el homicidio; añade pecado a pecado. Si cometió el homicidio, el que temía por un crimen, teme ahora por dos;

non esset in potestate tua ut dives esses; si invideres honesto alicui senatori nobili, non esset in potestate tua ut nobilis tu esses et clarus; si invideres pulchro, nunquam te pulchrum faceres; si invideres forti et valido, nunquam tibi vires dares: si invides iusto, res in voluntate est; esto quod doles esse alterum. Non enim empturus es quod tu non es et alius est; gratis constat, cito constat: *Pax in terra hominibus bonae voluntatis* (Lc 2,14).

9. Illi autem *superbi absconderunt muscipulam:* quaesierunt supplantare gressus meos. Et quid fecerunt? *Et restes extenderunt muscipulas pedibus meis.* Quas restes? Notum est hoc verbum in Scripturis, et invenimus alibi quid significent restes. Dominus flagellum de resticulis fecit, unde expulit eos de templo, qui ibi male versabantur (Io 2,15); et significavit nobis quomodo intelligamus restes: quia: *Criniculis peccatorum suorum unusquisque constringitur* (Prov 5,22), dicit alia Scriptura; et aparte Isaias, *Vae iis qui trahunt peccata sicut restem longam!* (Is 5,18). Quare autem dicitur restis? Quia omnis peccator perseverans in peccatis suis, addit peccata peccatis, et cum deberet accusatione peccati sui corrigi, defensione duplicat quod confessione posset auferri, et plerumque aliis peccatis vult munitus esse propter illa quae commisit. Fecit adulterium, et ne occidatur, parat homicidium; addit peccato peccatum. Rursum si ei contigerit facere homicidium, iam qui unum crimen timebat,

y, viendo que ahora teme por más que antes temía, no piensa en disminuir lo que hizo, sino en añadir lo que todavía no ha hecho; quizá intenta el maleficio. Ved que ya cuenta con tres. ¿Ya quién pensará en más? ¿Quién terminará con la sarta o maroma de los pecados? Con razón se llama maroma o soga, porque se añade el pecado retorciendo la soga, es decir, no se añaden en hebras rectas, sino retorcidas. La perversidad, al trabarse, se extiende a lo largo y no piensa cortar lo que malamente tejió, sino añadir, estirar, extender a lo largo, para que al fin halle con qué se le puedan atar los pies y las manos y sea arrojado a las tinieblas exteriores. Estos pecados de los inicuos sirven de lazo a los justos cuando les incitan a cometer las maldades que ellos mismos cometen. Por eso dijo: *Tendieron maromas como lazos a mis pies,* es decir, con sus pecados quisieron echarme por tierra. ¿Y en dónde? *Junto al camino me colocaron el tropiezo.* No en el camino, sino *junto al camino.* Tus caminos son los preceptos de Dios. Los perversos colocaron tropiezos junto a los caminos; no te apartes del camino y no caerás en las trampas. No digas: "Que les hubiera prohibido Dios colocar tropiezos junto al camino, y así no los hubieran puesto." Es más, Dios les permitió poner tropiezos junto a las sendas para que tú no te apartes de ellas. *Junto a los caminos me colocaron escándalos, o tripiezos.*

10 [v.7]. ¿Qué resta? ¿Qué remedio hay entre tantos males en estas tentaciones, en estos peligros? *Dije al Señor: "Tú eres mi Dios".* Ellos son hombres, pero no míos; tú eres Dios, y además mío. *Dije al Señor: "Tú eres mi Dios".* Sublime voz de

duo timet: et utique cum videat se plura timere, quam antea timebat, non cogitat minuere quod fecit, sed addere quod nondum fecit; quaerit forte et maleficium. Tria ecce habet. Inde iam quis cogitet? quis finiat restem peccatorum? Et optime dicitur restis: ut enim torqueatur restis, additur; et non adduntur recta fila, sed torta. Pravitas sibi connexa ducitur in longum, et non cogitat praecidere quod male texuit; sed addere, producere, in longum protendere: ut habeat in fine unde illi ligentur manus et pedes, et proiiciatur in tenebras exteriores (Mt 22,13). Haec autem peccata sua tendunt iustis, quando eis suadent facere mala quae ipsi faciunt. Ideo dixit, *Restes extenderunt muscipulas pedibus meis;* id est, de peccatis suis me deicere voluerunt. Et ubi hoc? *Iuxta semitas scandalum posuerunt mihi:* non in semitis, sed *iuxta semitas.* Semitae tuae, praecepta Dei sunt. Illi scandala iuxta semitas posuerunt; tu, noli recedere a semitis, et non irrues in scandala. Nec volo dicas: Et prohiberet illos Deus ponere mihi scandala iuxta semitas, et non ibi ponerent. Imo permisit Deus ponere scandala illos iuxta semitas, et tu non recedas a semitis. *Iuxta semitas scandala posuerunt mihi.*

10 [v.7]. Et quid restat? quod remedium inter tanta mala, in istis tentationibus, in istis periculis? *Dixi Domino, Deus meus es tu.* Illi homines sunt, et non mei; tu et Deus, et meus es. *Dixi Domino, Deus meus es tu.* Magna vox orationis; movet fiduciam. Numquid illorum non

oración; ella excita la confianza. ¿Por ventura no es Dios de ellos también? ¿De quién no es Dios el que es verdadero Dios? Sin embargo, propiamente es Dios de aquellos que gozan de El, que le sirven, que están sometidos a El de buen grado; pues los malos, aunque forzados, también le están sometidos. Los primeros se acercan a Dios, que los corona; los segundos huyen, estando sometidos a aquel que los condena. El inicuo, que no quiere tener al Señor por su Dios, ¿adónde huirá del Dios que es Dios de todos? Le es un bien convertirse al Dios de todos y hacerle suyo por la conversión, de suerte que, colocado entre los pecadores, seductores, hipócritas y soberbios, diga a Dios, a quien por su conversión le hizo su Dios: *Dije al Señor: "Tú eres mi Dios. Percibe con tus oídos, Señor, la voz de mi oración."* Esta es una sentencia sencilla y fácil de entender. Pero, con todo, agrada pensar por qué no dijo: "Percibe con tus oídos *mi oración*", sino que, manifestando más evidentemente el afecto de su ánimo, dice: *La voz de mi oración,* la vida de mi oración, el alma de mi oración; no lo que suena en mis palabras, sino aquello por lo que ellas viven. Los demás ruidos sin alma pueden llamarse sonidos, pero no voces. La voz es propia de los seres animados, de los seres vivos. ¡Cuántos oran a Dios que no perciben a Dios ni piensan bien de El! Estos pueden tener el sonido de la oración, mas no la voz, porque allí no hay vida. La voz de su oración era la de éste que vivía, que conocía a su Dios y veía por quién era librado y de quiénes.

11 [v.8]. Dirigiendo a los oídos de Dios la voz de su ora-

qui solus innocentem sanguinem fudit, Filius Dei unicus carnem accipiens, non qua ipse minueretur, sed qua nos augeret: quomodo ergo de ista persona recte accipitur, *Pone, Domine, custodiam ori meo, et ostium continentiae circum labia mea, ut non declines cor meum in verba maligna ad excusandas excusationes in peccatis?* Manifestissime quippe iste est sensus: Custodi, Domine, os meum ianua quadam et ostio praecepti tui, ut in verba maligna non declinetur cor meum. Quae verba maligna? Quibus excusantur peccata. Ne, inquit, peccata mea malim excusare, quam accusare. Haec verba in ipsum Dominum nostrum Iesum Christum non cadunt. Quae enim ille peccata commisit, quae confiteri potius quam defendere debuisset? Nostra verba ista sunt. Certe Christus loquitur. Si nostra verba sunt, quomodo Christus loquitur? Et ubi est charitas de qua loquebar? Nescitis quia ipsa unum nos fecit in Christo? Charitas clamat ad Christum de nobis, Charitas clamat de Christo pro nobis. Quomodo charitas clamat ad Christum de nobis? *Et erit, omnis qui invocaverit nomen Domini, salvus erit* (Ioel 2,32). Quomodo charitas de Christo pro nobis? *Saule, Saule, quid me persequeris?* (Act 9,4). *Vos,* inquit Apostolus, *estis corpus Christi et membra* (1 Cor 12,27). Si ergo ille caput, nos corpus, unus homo loquitur; sive caput loquatur, sive membra, unus Christus loquitur. Et capitis est proprium loqui etiam in persona membrorum. Ipsam nostram consuetudinem advertite. Primo

cabeza hablar en representación de los miembros. Observa nuestro modo de ser. Primeramente ved cómo entre nuestros miembros sólo puede hablar la cabeza, y después notad cómo habla nuestra cabeza en representación de todos los miembros. En la apretura te pisa el pie alguno; la cabeza dice: "Me pisas." Te hirió alguno la mano; la cabeza dice: "Me heriste." Nadie tocó tu cabeza, pero habla la unidad de la trabazón de tu cuerpo. La lengua, que se halla en la cabeza, toma la representación de todos tus miembros y habla por todos. Luego oigamos hablar así a Cristo, pero cada uno reconozca en El su voz por pertenecer al Cuerpo de Cristo. Con todo, alguna vez ha de hablar de suerte que ninguno de nosotros se vea personificado en El, sino que únicamente pertenezca el habla a la Cabeza; sin embargo, no por eso o se aparta de nuestras palabras y se acoge a las suyas propias, o de las suyas propias no vuelve a las nuestras, pues de El y de la Iglesia se dijo: *Serán dos en una carne.* De aquí que también dice El sobre este asunto en el Evangelio: *Ya no son dos, sino una carne.* Esto no es nuevo; continuamente lo oís; pero es necesario que se recuerde en ciertas circunstancias, principalmente porque las mismas Escrituras que exponemos de tal modo se entrelazan, que muchas cosas se repiten en muchos pasajes; y además es útil. El trato del mundo produce muchas espinas, que sofocan la semilla; por tanto, conviene que con frecuencia se recuerde por el Señor lo que el mundo fuerza a olvidar.

4 [v.1]. *Señor, clamé a ti; óyeme.* Todos podemos decir esto. Pero no digo que lo dice el Cristo total, sino que más bien

quomodo loqui in membris nostris non potest nisi caput: iam vero caput nostrum quomodo loquatur in persona omnium membrorum, advertite. In angusto tibi pedem aliquis calcat: Calcas me, dicit caput. Vulneravit tibi aliquis manum: Vulnerasti me, dicit caput. Caput tuum nullus tetigit, sed loquitur unitas compaginis corporis tui. Omnium membrorum tuorum personam illam, quae in capite est, lingua suscepit, ipsa pro omnibus verbo fungitur. Sic ergo audiamus Christum loquentem; sed unusquisque agnoscat ibi vocem suam, tanquam haerens in Christi corpore. Aliquando enim dicturus est verba in quibus nullus nostrum inveniat personam suam, sed ad solum caput pertineant; non se tamen separat ex verbis nostris et ad sua propria tollit, vel a suis propriis non ad nostra redit. De ipso enim et de Ecclesia dictum est: *Erunt duo in carne una* (Gen 2,24). Unde et ipse in Evangelio dicit de hac ipsa re: *Iam igitur non sunt duo, sed una caro* (Mt 19,6). Haec nova non sunt; a vobis semper audita sunt: sed per occasiones necesse est commemorentur, primo quia ipsae Scripturae quas tractamus, ita sibi sunt innexae, ut multa in multis repetantur; et utile est. Cura enim mundi spinas habet, et offocat semina; oportet saepius a Domino commemorari quod cogit mundus oblivisci.

4 [v.1]. *Domine, clamavi ad te, exaudi me.* Hoc omnes possumus dicere. Hoc non dico, totus Christus dicit: sed magis ex persona cor-

se dijo en representación del Cuerpo, porque, estando en este mundo, oró llevando la carne; y en persona del cuerpo oró al Padre, y al orar destilaron de todo su cuerpo gotas de sangre, pues así se consignó en el Evangelio: *Jesús oró con intensa oración, y sudó sangre.* ¿Qué significa el derramamiento de sangre de todo el cuerpo sino la pasión de los mártires de toda la Iglesia? *A ti clamé, Señor; óyeme. Atiende a la voz de mi plegaria cuando clame a ti.* Ya pensabas que se había terminado la ocupación de clamar al decir *a ti clamé.* Clamaste, pero no pretendas estar ya seguro. Si hubiera terminado la tribulación, hubiera dejado de existir el clamor; pero, si permanece la tribulación de la Iglesia y del Cuerpo de Cristo hasta el fin del mundo, no sólo diga: *A ti clamé; óyeme,* sino: *Atiende a la voz de mi plegaria mientras clame a ti.*

5 [v.2-4]. *Suba mi oración como incienso a tu presencia y (sea) la elevación de mis manos sacrificio vespertino.* Todo cristiano reconoce que debe entenderse esto de la misma Cabeza, pues al declinar el día, ya en la tarde, el Señor, que de nuevo volvería a tomar su alma, la entregó en la cruz voluntariamente; sin embargo, allí estábamos personificados nosotros. ¿Qué pendía de El en el leño? Lo que tomó de nosotros. ¿Cómo podía acontecer que Dios Padre desdeñase y abandonase por algún tiempo al único Hijo, que es un solo Dios con El? Sin embargo, clavando en la cruz nuestra flaqueza, en la cual, según dice el Apóstol, *fue crucificado con El nuestro hombre viejo,* clamó con la voz de este hombre, diciendo: *Dios mío, Dios mío, ¿por qué*

poris dictum est; quia et cum hic esset, carnem portans oravit, et ex persona corporis oravit Patrem, et cum oraret globi sanguinis de toto corpore eius destillabant. Sic scriptum est in Evangelio: *Oravit Iesus intenta oratione, et sudavit sanguinem* (Lc 22,44). Quid est de toto corpore sanguinis effluxio, nisi de tota Ecclesia martyrum passio? *Domine, clamavi ad te, exaudi me: intende voci deprecationis meae, dum clamavero ad te.* Iam finitum negotium clamandi putabas, cum diceres, *Clamavi ad te.* Clamasti, iam noli esse securus. Si finita est tribulatio, finitus est clamor: si autem manet tribulatio Ecclesiae et corporis Christi usque in finem saeculi, non tantum dicat, *Clamavi ad te, exaudi me;* sed, *Intende voci deprecationis meae, dum clamavero ad te.*

5 [v.2-4]. *Dirigatur oratio mea tanquam incensum in conspectu tuo; elevatio manum mearum sacrificium vespertinum.* Hoc de ipso capite solere intelligi, omnis christianus agnoscit. Declinante enim iam die in vesperum, Dominus in cruce animam deposuit recepturus, non amisit invitus. Sed tamen et ibi nos figurati sumus. Quid enim illius pependit in ligno, nisi quod de nobis accepit? Et unde fieri potest ut aliquando Deus Pater dimittat et deserat unicum Filium, qui utique cum illo unus Deus est? Et tamen nostram infirmitatem figens in cruce, ubi *vetus homo noster,* sicut dicit Apostolus, *confixus est cruci cum illo,* ex voce ipsius hominis nostri clamavit: *Deus meus, Deus meus, utquid me dereliquisti?* (Ps 21,2; Mt 27,46). Illud ergo est sacrificium vespertinum,

me abandonaste? Luego aquel sacrificio de la tarde, la pasión del Señor, la cruz del Señor, la oblación de la hostia saludable, es un holocausto acepto a Dios. Aquel sacrificio vespertino se convirtió en don matutino en la resurrección. Luego la oración que sube pura del corazón piadoso se eleva como incienso de ara santa. Nada hay más deleitable que el olor del Señor; exhalen este olor todos los que creen.

6. Luego *nuestro hombre viejo*—son palabras del Apóstol—*fue crucificado en la cruz con El para que destruyese*—dice—*el cuerpo del pecado, a fin de que en adelante no sirvamos al pecado.* De aquí que al decir en el mismo salmo: *Dios mío, Dios mío, ¿por qué me abandonaste? Lejos de mi salud...,* al instante se añadió: *El clamor de mis delitos.* Si atiendes a la Cabeza, ¿en dónde están los delitos? Sin embargo, esta voz del salmo fue de Cristo; El lo atestiguó en la cruz; El dijo estas palabras; El pronunció este versillo. No hay lugar a humanas conjeturas; no puede dudarse por cualquier cristiano. Lo que leo en el salmo, lo oigo de la boca del Señor. Reconozco en este salmo lo que leo en el Evangelio: *Taladraron mis pies y mis manos; contaron todos mis huesos; ellos me observaron y miraron; se dividieron mis vestidos y sobre mi túnica echaron suertes.* Todas estas cosas se cumplieron conforme se predijeron y como las oímos las vimos. Luego si nuestro Señor Jesucristo, prefigurándonos y por el amor que tenía a su Cuerpo, aunque El no tuvo pecado, dijo: *El clamor de mis delitos,* lo dijo representando a su Cuerpo. Pues ¿quién de sus miembros se atreverá a decir que no tiene pecado?

passio Domini, crux Domini, oblatio victimae salutaris, holocaustum acceptum Deo. Illud sacrificium vespertinum fecit in resurrectione munus matutinum. Oratio ergo pure directa de corde fideli, tanquam de ara sancta surgit incensum. Nihil est delectabilius odore Domini: sic oleant omnes qui credunt.

6. «Vetus» ergo «homo noster», Apostoli verba sunt, «confixus est cruci cum illo; ut evacuaretur», inquit, «corpus peccati, ut ultra non serviamus peccato» (Rom 6,6). Inde et in ipso psalmo cum dictum esset, «Deus meus, Deus meus, utquid dereliquisti me, longe a salute mea»; statim subiectum est, «Verba delictorum meorum». Quorum delictorum, si caput attendas? Et tamen eius fuisse vocem in psalmo, ipse testatus est in cruce, ipsa verba dixit, ipsum versum pronuntiavit. Non est relictus humanae coniecturae locus, nullus negandi aditus qualicumque christiano. Quod lego in psalmo, hoc audio a Domino. In ipso etiam psalmo agnosco quod in Evangelio lego: «Foderunt manus meas, et pedes; dinumeraverunt omnia ossa mea. Ipsi vero consideraverunt, et conspexerunt me; diviserunt sibi vestimenta mea, et super vestem meam miserunt sortem» (Ps 11,17-19). Haec omnia sicut praedicta, ita facta; sicut audivimus, ita et vidimus (Ps 47,9). Ergo si Dominus noster Iesus Christus nos figurans in charitate corporis sui, quamvis esset ipse sine peccato, dixit, *Verba delictorum meorum;* dixit autem hoc ex per-

El que se atreviere a dejarse engreír del nombre de la falsa justicia y a inculpar de falsedad a Cristo. Luego confiesa, ¡oh hombre!, que por ti habló tu Cabeza. Para que confesemos, para que obremos y no nos justifiquemos delante del único justo que justifica al impío, declaró el clamor de su Cuerpo, diciendo: *Pon, Señor, guarda a mi boca, y puerta de contención ante mis labios.* No dijo "cerrojo de contención", sino *puerta.* La puerta se abre y se cierra. Luego, si es puerta, se abre y se cierra: se abre para confesar el pecado, se cierre para excusarle. Así, pues, será puerta de contención, no de ruina.

7. ¿De qué nos sirve esta puerta de contención? ¿Qué pide Cristo en representación del Cuerpo? *Que no inclines*—dice—*mi corazón a palabras malignas.* ¿Cuál es *mi corazón?* El corazón de la Iglesia, el corazón de mi Cuerpo. Atended a aquellas palabras en las cuales nos establece una norma: *Saulo, Saulo, ¿por qué me persigues?,* siendo así que nadie le tocaba; y a aquéllas: *Tuve hambre, y me disteis de comer; sed, y me disteis de beber,* etc. Pero ellos le dirán: *¿Cuándo te vimos hambriento y sediento?* Y El les responderá: *Cuando hicisteis esto con uno de mis pequeñuelos, conmigo lo hicisteis.* Estas cosas no deben ser extrañas a los cristianos, y principalmente aquellas en las que existen normas establecidas también para entender las demás; y, por tanto, o no deben ser alteradas o al instante deben ser corregidas. Luego así como allí han de decir los justos: "Señor, ¿por qué dijiste: *Tuve hambre, y me disteis de comer?; pues ¿cuándo te vimos hambriento?";* y El les dirá: *Cuando lo hicisteis con uno*

sona corporis sui: quis audet in membris eius dicere non se habere peccatum, nisi qui fuerit ausus se falsae iustitiae nomine efferre, et Christum falsitatis arguere? Fatere ergo, o membrum, quod pro te pronuntiavit caput tuum. Quod ut fateamur, quod ut faciamus, nec nos iustificemus ante conspectum solius iusti, qui iustificat impium (Rom 4,5); subiecit iam sui corporis vocem: *Pone, Domine, custodiam ori meo, et ostium continentiae circa labia mea.* Non dixit, claustrum continentiae; sed, *ostium.* Ostium et aperitur et clauditur: ergo si ostium est, et aperiatur, et claudatur; aperiatur ad confessionem peccati, claudatur ad excusationem peccati. Ita enim, erit ostium continentiae, non ruinae.

7. Quid enim nobis prodest hoc ostium continentiae? quid orat ex persona corporis Christus? *Ut non declines,* inquit, *cor meum in verba maligna.* Quid est, *cor meum?* Cor Ecclesiae meae, cor utique corporis mei. Verba illa attendite ubi nobis regula figitur, *Saule, Saule, quid me persequeris?* (Act 9,4) cum ipsum nemo tetigisset. «Esurivi, et cibastis me; sitivi, et potum dedistis mihi»: et caetera. Et illi: «Quando te vidimus esurientem aut sitientem? Et ille: «Cum uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis» (Mt 25,35.37.40). Haec Christianis inusitata esse non debent, maxime in quibus regulae fixae sunt et caeterorum intelligendorum; et aut non turbabuntur, aut cito corrigentur. Sicut ergo ibi dicturi sunt iusti: Domine, quare dixisti, *Esurivi, et dedistis*

de mis pequeñuelos, conmigo lo hicisteis. Igualmente hablemos aquí interiormente a Cristo en nuestro hombre interior, en el que se digna habitar por la fe. Pues no se halla ausente de nosotros y no nos falta alguno a quien podamos hablar, siendo así que El dice: *Ved que yo estoy con vosotros hasta la consumación de los siglos.* Luego digámosle también nosotros, puesto que hemos entendido que se oye su voz en este salmo, pues es su voz y nadie lo niega: *La elevación de mis manos es el sacrificio vespertino.* Di por consiguiente: *Pon, Señor, guarda a mi boca, y puerta de contención ante mis labios, para que no inclines mi corazón a palabras malignas buscando excusas a mis pecados.* ¿Por qué oras así, oh Señor? ¿De qué pecados tuyos te has de excusar? A esto responde: *Cuando uno de mis pequeñuelos ora así, yo también oro así;* al modo que responderá allí: *Cuando lo hicisteis con uno de mis pequeñuelos, conmigo lo hicisteis.*

8. Al no ser inclinado tu corazón, ¡oh miembro de Cristo!, al no ser inclinado tu corazón *a palabras malignas, buscando excusas a los pecados junto con los hombres que obran iniquidad,* no te concertarás o formarás parte con sus elegidos, pues así prosigue: *y no te concertarás con sus elegidos.* ¿Quiénes son sus elegidos? Los que a sí mismos se justifican. ¿Quiénes son sus elegidos? Los que se creen justos y desprecian a los demás, como aquel fariseo que dijo en el templo: *¡Oh Dios!, te doy gracias porque no soy como los demás hombres.* ¿Quiénes son sus elegidos? Aquel que dijo: *Si este hombre fuese profeta, conocería quién es la mujer que se acercó a sus pies.* ¿Reconocéis en esto

mihi manducare? quando vidimus te esurientem? et ille responsurus est, *Cum uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis;* sic et hic dicamus Christo intus, in interiore homine nostro, qui ibi per fidem habitare dignatur (Eph 3,17). Non enim absens est a nobis, et non est cui dicamus, cum ipse dicat: *Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem saeculi* (Mt 28,20). Dicamus ergo illi et nos, quoniam vocem eius in hoc psalmo accepimus: eius enim vox est, quod nemo negat, «Elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum». Dic ergo consequenter: «Pone, Domine, custodiam ori meo, et ostium continentiae circum labia mea; ut non declines cor meum in verba maligna, ad excusandas excusationes in peccatis». Quare sic oras, Domine? quae peccata tua excusaturus es? Respondet, Cum unum ex membris meis sic orat, ego sic oro: sicut ibi respondit, *Cum uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.*

8. Cum autem non declinatum fuerit cor tuum, o membrum Christi, cum cor tuum non fuerit declinatum «in verba maligna, ad excusandas excusationes in peccatis, cum hominibus operantibus iniquitatem; et non» combinabis «cum electis eorum». Hoc enim sequitur: «Et non combinabo cum electis eorum». Qui sunt electi eorum? Qui seipsos iustificant. Qui sunt electi eorum? Qui sibi iusti videntur, et contemnunt caeteros, sicut pharisaeus ille in templo dixit: *Deus, gratias ago tibi, quia non sum sicut caeteri homines* (Lc 28,11). Qui sunt electi eorum? *Hic homo si propheta esset, sciret quae mulier illi accessit ad pedes.* Agnoscitis

las palabras del fariseo que invitó al Señor cuando la mujer conocida en la ciudad por pecadora se acercó y se postró a los pies de Cristo? Aquella mujer impúdica, desvergonzada en algún tiempo por su fornicación, fue más desvergonzada en otro irrumpiendo en casa extraña atendiendo a la salud. Pero Aquel que estaba allí sentado a la mesa no era extraño. Ella no era extraña a cierto convidado, pues la esclava siguió a su Señor. Se acercó a sus pies porque quería seguir sus pisadas, se los lavó con lágrimas y se los enjugó con sus cabellos. ¿Cuáles son los pies de Cristo? Aquellos por los cuales recorrió todo el mundo. *¡Qué hermosos son los pies de aquellos que anuncian la paz, que anuncian los bienes!* ¡De qué valor son los pies del Señor, puesto que cuantos recibieron al justo a título de justo recibirán galardón de justo, y cuantos recibieron al profeta a título de profeta recibirán galardón de profeta! *Todo el que diese*—dice Jesús—*a uno de mis pequeñuelos un vaso de agua fría únicamente a título de discípulo, en verdad os digo a vosotros que no perderá su recompensa.* El que recibe con tal humanidad los pies del Señor, ¿qué gasta sino las cosas que le sobran en su casa? Con razón enjugaba la mujer los pies del Señor con los cabellos, que se consideran como cosas superfluas. Tus cosas superfluas se te convierten en necesarias si con ellas agasajas los pies del Señor. Luego, consciente de su gran herida, procuraba curarse. Pero ¿acaso la herida era grande y el médico mediocre? Los fariseos no querían ser tocados por los inmundos; evitaban todo contacto con los pecadores; y, si alguna vez los tocaban por necesidad, se lava-

vocem alterius pharisaei, qui Dominum invitaverat, quando mulier illa quae erat in civitate peccatrix, venit et accessit ad pedes eius? Illa impudica, quondam frontosa ad fornicationem, frontosior ad salutem, irrupit in domum alienam. Sed ille qui ibi discumbebat, non erat alienus. Non extranea quemlibet convivam, sed ancilla Dominum suum secuta est. Accessit ad pedes, quia eius vestigia sequi cupiebat; lavit lacrymis, tersit capillis. Pedes Christi qui sunt, nisi per quos peragravit totum mundum? *Quam speciosi pedes eorum qui annuntiant pacem, qui annuntiant bona!* (Is 52,7; Rom 10,15). Pedes ergo Domini quanti susceperunt, ut suscipiendo iustum in nomine iusti, mercedem iusti acciperent; et susceperunt prophetam in nomine prophetae, ut mercedem prophetae acciperent! «Et quicumque potum dederit», inquit, «uni ex minimis istis calicem aquae frigidae, tantum in nomine discipuli, amen dico vobis, non perdet mercedem suam» (Mt 10,41.42). Qui ergo tali humanitate pedes Domini suscepit, quid impendit, nisi quae habebat in domo superflua? Merito quia capilli quasi superflui sunt, inde illa pedes Domini detergebat. Superflua tua necessaria fiunt tibi, si inde fueris obsecutus pedibus Domini. Ergo illa curari volebat, conscia magni vulneris. Sed numquid magnum vulnus, et parvus medicus? Pharisaei autem nolebant se tangi ab immundis, vitabant omnem contactum peccatorum; et si quando forte necessitate tangebantur, abluebant se. Et prope bapti-

ban; y no sólo se lavaban ellos casi todas las horas del día, sino también lavaban sus vasos, sus lechos, su vajilla, sus fuentes, según lo conmemora el Señor en el Evangelio. Conociendo, pues, el fariseo a esta mujer, al cual, si ella se hubiera acercado a sus pies, sin duda la hubiese rechazado para no mancillar su santidad, pues la conservaba en su cuerpo, pero carecía de ella en su corazón; y, como no la tenía en su corazón, sin duda la tenía falsa en su cuerpo; al no hacer esto el Señor, puesto que El la hubiera rechazado, creyó que ignoraba quién fuese ella, y dijo dentro de sí: *Si éste fuese profeta, sabría qué clase de mujer se acercó a sus pies.* No dijo: "la hubiera rechazado", sino: *Si supiese quién es,* como si fuese natural que, si la hubiera conocido, la hubiera rechazado. Luego, por no haberla rechazado, tuvo por cierto que no la conocía. Pero el Señor de tal modo tenía puestos los ojos en aquella mujer, que tampoco apartó los oídos del corazón del fariseo. Por tanto, habiendo oído su pensamiento, le propuso la parábola que conocéis: *Existían dos deudores de cierto usurero; uno le debía quinientos denarios, el otro cincuenta; como ni uno ni otro tuviesen con qué pagarle, perdonó a ambos; te pregunto*—dice Jesús al fariseo—: *¿quién de los dos le amará más?;* y él, acosado por la verdad, profirió sentencia contra sí mismo, diciendo: *Creo, Señor, que aquel a quien se le perdonó más.* Pues bien, dijo el Señor a Simón, vuelto a la mujer: *¿Ves a esta mujer? Yo entré en tu casa; tú no me diste el ósculo de paz, ella no dejó de besar mis pies; tú no me diste agua para lavar mis pies, ella los lavó con sus lágrimas; tú no me*

zabant per omnes horas non tantum se, sed et vasa sua, lectos suos, calices, paropsides, sicut Dominus in Evangelio commemorat (ib. 23,25). Cum ergo ille pharisaeus nosset hanc mulierem, quae utique si ad pedes illius pharisaei accederet, repelleret eam, ne sanctitas eius pollueretur; habebat enim eam in corpore, non in corde; et quia non habebat eam in corde, utique falsam habebat in corpore: quia ergo ille eam repulsurus esset, cum hoc Dominus non fecit, existimavit eum nescire quae illa esset, et dixit apud semetipsum, *Hic si esset propheta, sciret quae mulier illi accessit ad pedes.* Non dixit, repulisset eam: sed, *sciret quae* esset; tanquam esset consequens ut si sciret, repelleret. Ex illo ergo quod non eam repulit, etiam nescisse eum pro certo suspicatus est. Dominus autem sic habebat oculos in illam mulierem, ut aures haberet in cor pharisaei. Itaque audita cogitatione eius, proposuit similitudinem quam nostis. «Duo debitores erant cuidam feneratori; unus ei debebat quingentos denarios, alter quinquaginta: cum non haberent ambo unde redderent, donavit ambobus. Quaero abs te», inquit, «quis eum plus dilexit? Et Ille respondit», iam coactus veritate adversus seipsum proferre sententiam: «Credo», inquit, «Domine, quia ille cui plus donavit. Et conversus ad mulierem, dixit ad Simonem: Vides istam mulierem? Introivi in domum tuam: osculum mihi non dedisti; illa autem non intermisit pedes meos osculari: aquam mihi ad pedes non dedisti; illa lacrymis suis lavit mihi pedes: oleum mihi non dedisti: illa unxit un-

ungiste con óleo, ella me ungió con bálsamo; por lo cual te digo que le han sido perdonados muchos pecados, porque amó mucho. ¿Por qué? Porque confesó, porque lloró, porque no inclinó su corazón a palabras malignas tratando de excusar sus pecados; no se concertó con sus elegidos, es decir, con los que los defienden.

9. No le hubiera faltado a esta misma mujer defensa de sus pecados si se hubiera inclinado su corazón a palabras malignas. Pues ¿acaso no defienden sus pecados todos los días mujeres semejantes en la impureza, pero no iguales en la confesión, como son las meretrices, las adúlteras, las disolutas? Si permanecen ocultas, niegan; y, si son sorprendidas y puestas en evidencia o perpetran la maldad públicamente, la defienden. ¡Y cuán fácil, cuán prontamente, pero también cuán imprudentemente, cuán diaria y sacrílegamente, se defienden! "¡Oh!, si Dios no lo quisiera—dicen—, no lo perpetraría. Esto lo quiso Dios, esto lo quiso el acaso, esto lo quiso el hado." No dice: *Yo dije: "Señor, apiádate de mí"*; no dice como la pecadora que se acercó a los pies del Señor: *Sana mi alma, porque pequé contra ti.* ¿Y de quién es, hermanos míos, esta defensa? No sólo de los indoctos, sino también de los doctos. Se afianzan en su criterio, y cuentan las estrellas, atienden, describen y conjeturan los espacios del tiempo, los cursos, la volubilidad, la fijeza, los movimientos de los astros. Se creen grandes sabios. Todo este conocimiento experimental y altanero es defensa de pecados; pues dicen: "Eres adúltero porque así lo quiere Venus, eres homicida porque así lo desea Marte." Luego Marte es homicida, tú no; tú no eres adúltero, sino

guento. Propter quod dico tibi: dimittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum» (Lc 7,36-37). Quare? Quia confessa est, quia flevit, quia non declinatum est cor eius in verba maligna ad excusandas excusationes in peccatis, non combinata est cum electis eorum, id est, defendentibus se.

9. Non enim et huic ipsi mulieri, si declinaretur cor eius in verba maligna, deesset defensio peccatorum. Annon quotidie pares eius in turpitudine, sed non pares in confessione, meretrices, adulterae, flagitiosae defendunt peccata sua? Si latuerint, negant; si autem vel deprehensae atque convictae fuerint, vel publice id egerint, defendunt. Et quam facilis defensio earum, quam cita, sed quam praeceps, quam quotidiana et quam sacrilega! O si Deus hoc nollet, non facerem! Hoc voluit Deus, fortuna hoc voluit, hoc voluit fatum. Non dicit, *Ego dixi, Domine, miserere mei;* non quomodo illa peccatrix ad pedes medici veniens, *Sana animam meam, quoniam peccavi tibi* (Ps 40,5). Et ista, fratres mei, defensio qualium est? Non solum indoctorum, sed etiam doctorum. Sedent, et computant sidera; intervalla, cursus, volubilitates, status, motus intendunt, describunt, coniiciunt. Docti, magni videntur. Totum hoc doctum et magnum, defensio peccati est. Eris adulter, quia sic habes Venerem: eris homicida, quia sic habes Martem. Mars ergo homicida, non tu; et Venus adultera, non tu. Vide ne et pro Marte et pro Ve-

Venus. Ve no suceda que tú seas condenado por Marte y Venus. Pues Dios, que ha de condenar, conoce que tú eres el que dices: "Yo no me presentaré a un juez conocedor." En fin, el mismo astrólogo que te vendió las fábulas de tus lazos para que así no compres una muerte gratuita, pues tú, que despreciaste la vida gratuita dada por Cristo, compras con dinero la muerte propinada por el astrólogo, si viese portarse un tanto provocativa a su mujer, o mirar indecorosamente a algunos extraños, o asomarse frecuentemente a la ventana, ¿por ventura no la aparta, la castiga y la educa en su casa? Le responda la esposa: "Si puedes, castiga a Venus, no a mí." ¿No la contestaría él: "Necia, una cosa es la que pertenece al gobernador y otra la que se declara al comprador"? Luego ¿quiénes son sus elegidos? Los malos, los impíos, con quienes no ha de concertarse; es decir, con quienes no ha de asociarse o juntarse. ¿Quiénes son, pues? Los que se creen justos y desprecian a los demás como pecadores, conforme eran los fariseos; y, por tanto, al ser cogidos y puestos de manifiesto en sus pecados o al cometerlos públicamente, se defienden y protegen para que no se atribuya algo a su culpa; y por juzgar que no cometieron mal alguno, sino que todo lo hizo Dios, dicen o que así creó al hombre, o que ordenó de este modo las constelaciones, o que no se ocupa de las cosas humanas. Esta es la defensa de los elegidos del mundo. Pero diga el miembro de Cristo, diga el Cuerpo de Cristo, diga Cristo en representación de su Cuerpo: *No inclines mi corazón a palabras malignas buscando excusas a los pecados con los hombres que obran la iniquidad, y no me asociaré a sus elegidos.*

nere tu damneris. Deus enim qui damnaturus est, novit quia tu es, qui dicis, Non ego, iudici scienti. Porro ipse mathematicus qui tibi fabulas laqueorum tuorum etiam vendit, ut non vel gratuitam compares mortem (emis enim mortem a mathematico pretio, qui contempsisti vitam a Christo gratis): ipse ergo mathematicus si uxorem suam paulo petulantius viderit conversari, aut aliquos alienos improbe attendere, aut fenestram crebro repetere; nonne arripit, verberat, et dat disciplinam in domo sua? Respondeat illi uxor: Si potes, Venerem caede, non me. Nonne et ille respondebit: Fatua, aliud est quod competit rectori, aliud quod profertur emptori? Ergo electi eorum qui sunt? Electi malorum, electi impiorum, cum quibus non est combinandum, id est, cum quibus non est habenda societas. Qui sunt autem? Arbitrantes se iustos, et contemnentes caeteros quasi peccatores, sicut erant illi pharisaei: aut quia ipsa peccata manifeste vel deprehenduntur, vel publice fiunt, defendentes et asserentes, ne aliquid culpae eorum tribuatur; et ut ipsi nihil mali fecisse iudicentur, sed totum Deus, qui vel sic creavit hominem, dicunt, vel stellas composuit, vel res humanas negligit. Defensiones sunt electorum saeculi. Sed dicat membrum Christi, dicat corpus Christi, dicat Christus ex persona corporis sui, «Non declines cor meum in verba maligna, ad excusandas excusationes in peccatis, cum hominibus operantibus iniquitatem; et non combinabo cum electis eorum».

10. Sabéis, hermanos, y no ha de pasarse por alto, que en la secta maniquea se llaman elegidos los que se consideran entre ellos por justos más eminentes, como si tuviesen el supremo grado de justicia. Los que lo saben, lo recuerden; los que lo ignoran, oigan que los elegidos son todos los santos de Dios, conforme lo consigna la Escritura. Pero los maniqueos usurparon para sí este nombre y se lo aplicaron familiarmente; de suerte que ya son llamados *elegidos* como con nombre propio. ¿Quiénes son estos elegidos? Aquellos a quienes, si les dijeres: "Pecasteis", al instante entablan la defensa impía y peor y más sacrílega que las demás, diciendo: "No pequé yo, sino la raza de tinieblas." ¿Cuál es esta raza o pueblo de tinieblas? La que está en guerra con Dios. ¿Y ésta es la que peca cuando tú pecas? "Ella—dice el maniqueo—, porque estoy mezclado con ella." Pero Dios, que te mezcló, ¿qué temió? Dicen que aquella prosapia de tinieblas se rebeló contra Dios antes de ser creado el mundo, y que El entonces, para evitar que sus reinos, presentada la ocasión, fuesen devastados con ímpetu hostil, envió aquí sus partículas, su sustancia, lo que es El; si oro, oro; si luz, luz. Lo que es El, esto envió; y añaden que se mezcló con lo más íntimo de la raza de tineblas, y de esto fabricó el mundo. También dicen que nosotros, almas, somos de los miembros de Dios, pero que somos atormentados aquí por las entrañas de la raza de tinieblas, y todo lo que llamamos pecado lo comete aquella raza. Ellos ciertamente se excusan de pecado, pero no excusan a Dios de la imputación de temor, ni a la misma sustancia de Dios de imputarla la co-

10. Nostis, fratres, quod non est praetermittendum, quasi iustus eminentiores in se tenentes velut primum gradum iustitiae, Electos vocari apud Manichaeos. Qui noverunt, recognoscant; qui nesciebant, audiant Electi quidem Dei sunt omnes sancti, et habemus hoc in Scripturis (Mt 34,22.24.31): sed usurparunt sibi illud nomen, et quasi familiarius sibi applicaverunt, ut tanquam proprie iam electi appellentur. Qui sunt isti electi? Quibus si dixeris, Peccasti; statim illam defensionem impiam et peiorem caeteris magisque sacrilegam proferunt: Non ego peccavi, sed gens tenebrarum. Quae est ista gens tenebrarum? Quae bellum gessit cum Deo. Et ipsa peccat, cum tu peccas? Ipsa, inquit, quia commixtus sum illi. Deus enim qui te commiscuit, quid timuit? Hoc enim dicunt, quod illa gens tenebrarum rebellaverit adversus Deum, antequam mundus fieret; et ille cavens ne regna eius loco adveniente hostili impetu vastarentur, misit huc membra sua, substantiam suam, hoc quod ipse est; si aurum, aurum; si lux, lucem: quidquid illud est, hoc misit, et miscuit visceribus gentis tenebrarum, dicunt, et fabricavit inde mundum. Et nos animae, inquiunt, de ipsis membris Dei sumus; sed premimur hic visceribus gentis tenebrarum, et quidquid peccare dicimur, illa gens peccat. Se quidem videntur excusare a peccato; sed Deum suum non excusant a crimine timoris, nec ipsam substantiam Dei sui a crimine corruptibilitatis. Si enim incorruptibilis Deus, si incommutabilis,

rruptibilidad. Pues si Dios es incorruptible, si es inmutable, si es incontaminable, si es inmaculado, si es inaccesible, ¿qué había de hacerle aquella raza? Cometa ella la violencia que quiera, pero ¿cómo ha de atemorizar al inaccesible, al inviolable, al incontaminable, al inmutable, al incorruptible? Si Dios es tal, es cruel al enviarnos aquí sin motivo, puesto que a El nada podía perjudicarle. ¿Por qué os envió? Ved que la raza de tinieblas no podía perjudicarle; por tanto, El os perjudicó gravemente a vosotros y El fue vuestro enemigo más que ella, aun cuando ella también pudo perjudicaros. Pudisteis ser atormentados, pudisteis ser hechos cautivos, pudisteis contaminaros, pudisteis ser arruinados; luego también pudo serlo El. En cierto modo, el trozo y la porcioncilla de su naturaleza vence la masa. Cual es aquello que aquí envió, tal es también aquello que aquí se conserva. Esto lo dicen ellos, pues ellos confiesan que hay dos sustancias: una aquélla, otra ésta. Esto lo consignan sus libros; y, si lo niegan, se leen y los ponen de manifiesto.

11. ¿Qué, pues? Por no decir más sobre este particular principio u origen, no diré cosas más horrendas, no diré cosas más impías. En este mismo origen desde el cual traban batalla, ved de qué modo se combate, pues allí en donde dicen que la prosapia de tinieblas luchó contra Dios, ellos mismos son atrapados en el garlito de la contienda de sus palabras, porque no tienen qué decir o a dónde huir. Pues quieres, ¡oh impío, falso y elegido!, defender tu pecado para que, cuando perpetres el mal, no te parezca que tú lo cometes. Buscas a quién echar la culpa de tu peca-

si incontaminabilis, si immaculabilis, si impenetrabilis, quid ei factura erat gens illa? Fecisset illa quem vellet impetum; quomodo terreret impenetrabilem, inviolabilem, incontaminabilem, incommutabilem et incorruptibilem? Si ergo talis Deus, crudelis; quia sine causa huc vos misit, cui nihil noceri poterat. Quare vos misit? Ecce gens tenebrarum illi nocere non poterat; ipse autem vobis graviter nocuit, et ipse, magis quam illa, hostis vester fuit; quanquam et ipsa vobis nocere potuit. Potuistis premi, potuistis captivari, potuistis inquinari, potuistis corrumpi: potuit ergo et ille. Frustum enim quodammodo, et portiuncula naturae ipsius convincit massam. Quale est illud quod huc misit, tale est et illud quod ibi remansit. Hoc ipsi dicunt: ipsi fatentur quia duae substantiae sunt; una illa, et una ista. Libri eorum hoc habent; et si negant, leguntur, et convincuntur.

11. Quid ergo? Ut in hoc uno exordio nihil amplius dicam, non dicam peiora, non dicam sceleratiora: in hoc ipso exordio quo bellum inducunt, videte quemadmodum debellentur; et ubi pugnatum adversus Deum a gente tenebrarum dicunt, ipsi in eorum verborum pugna capiuntur. Non enim est quod dicant, aut quo refugiant. Sed vis, o nefande, false electe, defendere peccatum tuum, ut quando aliquid mali feceris, non tu fecisse videaris: quaeris in quem peccatum tuum refundas, et refundis in gentem tenebrarum. Sed ad Deum attende, si non in illum

do, y se la echas a la raza de tinieblas. Pero ve si no se la imputas a Dios. Pues si pudiera la raza o pueblo de tinieblas que tú fingiste decirte: "¿De qué me acusas?", te preguntaría también: "¿Pude hacer algo a tu Dios o no? Si pude, soy más fuerte que El; si no pude, ¿por qué me temió? Si no me temió, ¿por qué te envió aquí a padecer tantos males, siendo así que eres miembro de El, siendo así que eres sustancia de El? Si no temió, envidió; pues, si esto no lo hizo por temor, lo hizo por crueldad." Luego ¡cuán inicuo es Aquel a quien nada podía dañarle, y, con todo, hizo que sus miembros fuesen torturados aquí! ¿O es que podía ser perjudicado? Entonces no es incorruptible. Luego, al querer excusarte de tu pecado, no puedes alabar a Dios. No serías aprisionado en la alabanza de Dios si no te jactases en la tuya. Censúrate a ti y alabarás a Dios. Vuelve a las palabras del salmo que detestaste y di: *Yo dije: "Señor, apiádate de mí; sana a mi alma, porque pequé contra ti."* Yo dije: "Yo pequé", no el acaso, no la raza de tinieblas. Luego, si pecaste tú, ve de qué modo se manifiesta la alabanza de Dios, por la que eras atormentado cuando querías defenderte. Mejor es que te angusties en tus pecados, y así se ensanchará tu corazón en la alabanza de Dios. Habiendo, pues, confesado ya tu pecado, ve de qué modo es alabado Dios, pues es justo cuando te castiga, permaneciendo tú en el pecado, y misericordioso cuando te salva por haberle confesado. Luego *no inclines*—dice—*mi corazón a palabras malignas buscando excusas a los pecados,* de suerte que yo diga que la raza o el pueblo de tinieblas hizo lo que yo hice.

refundis. Si enim posset gens tenebrarum, quam fingitis, hoc tibi diceret: Quid me accusas? Potuit aliquid facere Deo tuo, annon potui? Si potui, fortior illo sum: si non potui, quare me timuit? Si non timuit, quare huc te misit, ut tanta hic patiaris, cum sis membrum ipsius, cum sis substantia ipsius? si non timuit, invidit; si hoc timore non fecit, crudelitate fecit. Quam ergo iniquus est, cui nihil noceri poterat, et fecit ut membris suis hic ita noceretur? An poterat noceri? Ergo incorruptibilis non est. Cum vis ergo te defendere de peccato tuo, laudare non potes Deum. In laude Dei non capereris, nisi in tua iactareris. Transi ad vituperationem tuam, et laudabis Deum. Redi ad verba Psalmorum quos exsecramini, dic: *Ego dixi, Domine, miserere mei; sana animam meam, quoniam peccavi tibi.* Ego dixi, ego peccavi; non fortuna, non fatum, non gens tenebrarum. Si ergo tu peccasti, iam vide quemadmodum patet laus Dei, in qua angustabaris, cum te velles defendere. Melius in peccatis tuis angustaris, et in illius laude dilataris. Iam ergo confesso peccato tuo, vide quemadmodum laudetur Deus: quia et iustus est, cum te punit perseverantem; et misericors, cum liberat confitentem. *Non* ergo, inquit, *declines cor meum in verba maligna, ad excusandas excusationes in peccatis;* ut dicam quia gens tenebrarum fecit quod ego feci.

12. *Con los hombres que obran iniquidad.* ¿Qué iniquidad? Declaremos alguna iniquidad abominable de ellos. Oíd la detestable y pública iniquidad que defienden los maniqueos. "Más le conviene al hombre—dicen—ser usurero que agricultor." Preguntas el motivo, y dan la razón. Pero ve si la razón no deba ser llamada locura. "El usurero que presta dinero—dicen—no atormenta la luz." Muchos no entienden esto; lo expondré. "El agricultor—dicen—hiere sobremanera la luz." Preguntas qué angustia causa a la luz, y dicen que los miembros de Dios (es decir, las partículas de luz) que se hallan en aquel conflicto o combate están mezclados en el universo, y se encuentran en los árboles, en las hierbas, en los frutos, en las semillas; y, por tanto, el que rasga con el surco la tierra, maltrata los miembros de Dios; el que arranca la hierba de la tierra, atormenta los miembros de Dios; el que toma el fruto del árbol, hiere los miembros de Dios. Por no perpetrar en el campo estos falsos homicidios, comete en la usura verdaderos homicidios. Tampoco da limosna al mendigo; ved si puede haber mayor iniquidad en esta *justicia.* No da limosna al mendigo. Preguntas por qué, y dicen: "Para que la vida (es decir, la partecilla de la luz divina) que se halla en el pan, a la que llaman miembro de Dios, sustancia divina, no sea tomada por el mendigo y la ligue a la carne." Luego entonces, ¿qué hacéis vosotros? ¿Qué hacéis? ¿Por qué coméis? ¿No tenéis carne? "Nosotros—dicen—, como somos maniqueos iluminados con la fe, los que somos elegidos extraemos de allí, purificando con nuestras oraciones y salmos, la vida que se halla en

12. *Cum hominibus operantibus iniquitatem.* Quam iniquitatem? Dicamus aliquam eorum iniquitatem nefandam. Audite iniquitatem nefariam Manichaeorum publicam, quam confitentur. Expedire dicunt homini feneratorem esse, quam agricolam. Quaeris causam, et reddunt rationem. Vide si ratio illa non dementia nominanda est. Qui enim in usuram, inquiunt, dat pecuniam, non laedit crucem luminis (multi non intelligunt, sed exponam): qui autem, inquiunt, agricola est, multum laedit crucem luminis. Quaeris quam crucem luminis? Membra, inquiunt, illa Dei quae capta sunt in illo praelio, mixta sunt universo mundo, et sunt in arboribus, in herbis, in pomis, in fructibus. Dei membra vexat, qui terram sulco discindit; Dei membra vexat, qui herbam de terra vellit; Dei membra vexat, qui pomum carpit de arbore. Haec ne faciat in agro falsa homicidia, facit in fenore vera homicidia. Panem mendicanti non porrigit. Videte si potest esse maior iniquitas ista iustitia. Panem mendicanti non porrigit: quaeris, quare? Ne vitam quae est in pane, quam dicunt membrum Dei, substantiam divinam, mendicus ille accipiat, et liget eam in carne. Quid ergo vos? quid? quare manducatis? Carnem non habetis? Sed nos, inquiunt, quia fide Manichaei illuminati sumus, orationibus et psalmis nostris, qui electi sumus, purgamus inde vitam quae est in illo pane, et mittimus illam ad thesauros caelorum. Tales sunt electi, ut non sint salvandi a Deo, sed salvatores Dei. Et

aquel pan y la enviamos al tesoro de los cielos." Tales son los *elegidos* que no han de ser salvados por Dios, sino salvadores de Dios. "Estas partecillas de luz divina apresadas en el universo son—dicen—el Cristo; y éste es el Cristo crucificado en todo el mundo." Yo entendí por el Evangelio que Cristo es el Salvador; sin embargo, vosotros, atendiendo a vuestros libros, sois salvadores de Cristo. Verdaderamente que sois ultrajadores de Cristo, y por eso no habéis de ser salvados por Cristo. ¡Luego, por no dar el bocado al mendigo para que no llore el miembro de Dios en el bocado, ha de morir de hambre el mendigo! La falsa misericordia con respecto al bocado perpetra el verdadero homicidio en el hombre. Pero ¿quiénes son sus elegidos? *No inclines mi corazón a palabras malignas, y no me contaré con sus elegidos.*

13 [v.5]. *El justo me corregirá y reprenderá con misericordia.* Ved al pecador que confiesa; ya quiere ser corregido con misericordia más bien que ser alabado con engaño. *El justo me corregirá con misericordia;* si es justo, si es misericordioso, (me corregirá) cuando me vea pecar. Esto ciertamente lo dicen algunos miembros de Cristo, y lo dicen de ciertos miembros de Cristo, y lo dicen estando en su Cuerpo. El Señor se digna hablar en representación del que corrige y no rechaza a la persona corregida o a la que debe serlo, pues todos los miembros están en El, y El dice: *El justo me corregirá.* ¿Qué justo te ha de corregir? La Cabeza corrige a todos los miembros. *El justo me corregirá y reprenderá con misericordia.* Reprenderá, pero con misericordia; reprenderá, pues no odia; y por lo mismo que no odia,

ipse est Christus, dicunt, crucifixus in todo mundo. Ego in Evangelio Salvatorem acceperam Christum; vos autem estis in libris vestris salvatores Christi. Estis plane blasphematores Christi, et ideo a Christo non salvandi. Ergo buccella ne detur mendico, et ploret in buccella membrum Dei, mendicus fame moriturus est! Falsa misericordia in buccellam, facit verum homicidium in hominem. Sed qui sunt isti electi eorum? *Non declines cor meum in verba maligna, et non combinabo cum electis eorum.*

13 [v.5]. *Emendabit me iustus in misericordia, et arguet me.* Videte peccatorem confessorem: emendari se vult misericorditer, potius quam laudari fallaciter. *Emendabit me iustus in misericordia:* si iustus est, si misericors est, quando me videt peccantem. Hoc utique quaedam membra Christi dicunt, de quibusdam membris Christi dicunt, in uno corpore dicunt. Dignatur loqui Dominus ex persona emendatoris, nec respuit personam emendati vel emendandi: omnia enim membra in illo, et ipse dicit, *Emendabit me iustus.* Quis iustus te emendaturus est? Caput emendat omnia membra. *Emendabit me iustus in misericordia, et arguet me.* Arguet, sed in misericordia: arguet, sed non odit; et eo magis arguet, quia non odit. Et iste quare inde gratias agit? Quia, *Corripe sapientem, et amabit te* (Prov 9,8). *Emendabit me iustus:* quia persequitur? Absit: hic est potius emendandus, si odio emendat. Quare

pondrá más empeño en reprender. ¿Y por qué da gracia éste atendiendo a esto? *Porque corrige al sabio, y te amará.* ¿Me corregirá el justo porque me persigue? No hay tal cosa; porque, si corrige con odio, más bien debe ser corregido él. ¿Por qué corrige? Por misericordia. *Y me reprenderá.* ¿Cómo? Con misericordia. *El óleo del pecador no ungirá mi cabeza.* ¿Qué significa *el óleo del pecador no ungirá mi cabeza?* No engreirá mi cabeza con la adulación. La falsa alabanza es adulación. La falsa alabanza del adulador es el óleo del pecador. Por eso, cuando los hombres se burlan de alguno con falsa alabanza, dicen de él: "Le ungí la cabeza (le di jabón)." Luego anhelad que os reprenda el justo con misericordia y no améis que os alabe el pecador con burlas. Tened el óleo con vosotros, y no busquéis el óleo del pecador. Las vírgenes sabias llevaban el óleo consigo. Las vírgenes sabias llevaban el óleo consigo, es decir, les testimoniaba su conciencia. El óleo es esplendor, brilla: luce al exterior. Pero el esplendor debe ser útil y verdadero; por tanto, debe hallarse interiormente en sus vasos. Oye qué significa hallarse en los vasos: *Pruébese el hombre, y entonces tendrá esplendor en sí mismo y no en otro.* ¿Qué significa "en sus vasos"? Vuelve a oír al Apóstol: *Nuestra gloria es ésta: el testimonio de nuestra conciencia.*

14. En fin, como estás en el Cuerpo de Cristo y aún llevas cierta mortalidad, sé justo para ti y en ti. Eres pecador, castiga en ti; penetra en el interior de tu conciencia y exige castigo, atorméntate. Así ofrecerás sacrificio a Dios. *Porque, si hubieses*

ergo emendat? *In misericordia. Et arguet me:* in quo? In misericordia. *Oleum autem peccatoris non impinguabit caput meum.* Quid est, *Oleum peccatoris non impinguabit caput meum?* Non crescet caput meum de adulatione. Falsa laus adulatio est; falsa laus adulatoris, hoc est oleum peccatoris. Propterea et homines cum falsa laude aliquem irriserint, hoc etiam de illo dicunt: Unxi illi caput. Amate ergo argui a iusto in misericordia; nolite ergo amare laudari a pecactore cum irrisione. Habetote oleum vobiscum, et non quaeretis oleum peccatoris. Sapientes enim illae virgines secum portabant oleum (Mt 25,4): sapientes virgines secum oleum portabant, id est, conscientia illarum illis testimonium perhibebat. Oleum gloria est, fulget, nitet in superficie. Sed bona debet esse gloria, et vera gloria, ut ibi sit intus in vasis suis. Audi quid est in vasis: *Probet autem se homo, et tunc in semetipso habebit gloriam, et non in altero* (Gal 6,4). Quid est, In vasis suis? Audi ipsum Apostolum: *Nam gloria nostra haec est, testimonium conscientiae nostrae* (2 Cor 1,12).

14. Postremo, quia in corpore Christi es, et adhuc portas mortalitatem quamdam; tu tibi esto iustus, et in te esto iustus. Peccator es, vindica in te; redi ad conscientiam tuam, exige de te poenas, crucia te ipsum. Ita enim offers sacrificium Deo. *Quia si voluisses sacrificium, dedissem utique,* ait peccator, *holocaustis non delectaberis.* Quid ergo? nullum accipit sacrificium? *Sacrificium Deo spiritus contribulatus; cor*

querido sacrificio, te lo hubiera ofrecido—dice el pecador—, pero *no te deleitarás con holocaustos.* Entonces ¿qué, no acepta ningún sacrificio? *Sacrificio para Dios es el espíritu atribulado; Dios no desprecia el corazón contrito y humillado.* Humilla tu corazón, quebranta tu corazón, atormenta tu corazón, y entonces te corregirás a ti mismo con misericordia, pues no te odias cuando te ensañas contigo. Serás justo corrigiéndote, aun cuando todavía seas pecador por las cosas que han de ser corregidas. Por lo que toca a que te desagrade, eres injusto; por lo que se refiere a que te desagrada en ti lo que es injusto, eres justo. ¿Quieres saber qué justo eres? Te desagrade en ti lo que desagrada a Dios, y entonces ya te conformaste a la voluntad de Dios, y en ti mismo odiaste no lo que El hizo, sino lo que odia. Desde que odiaste en ti lo que hiciste, lo cual también lo odia el Señor, que no lo hizo, comenzaste a ser severo contigo; pero El será misericordioso, y te perdonará, porque tú no te perdonaste. Desde que acomodaste tus ojos a los de El, y te complaciste en su ley, y reprendes en ti lo que reprende su ley, y te desagrada en ti lo que desagrada a los ojos de Dios, ve cuán justo eres. Pero desde que cometiste lo que desagrada a Dios y, por cierta fragilidad de la humana flaqueza, te deslizaste en ello, pues aún llevas contigo la flaqueza de la carne y gimes con cierta oposición de conciencia, por esta parte eres inicuo y pecador.

15. ¿Cómo dices que por una parte eres justo y por otra pecador? ¿Qué es lo que dices? Estoy perplejo; parecería que me expreso contradictoriamente si no viniese en mi ayuda la autoridad apostólica. Oye al Apóstol para que no me acuses de mal

contritum et humiliatum Deus non spernit (Ps 50,18-19). Humilia cor tuum, contere cor tuum, crucia cor tuum; et tu ipsum emendabis in misericordia: non enim odisti te, cum saevis in te. Eris in parte emendante iustus, quamvis sis adhuc in emendanda peccator: ex qua parte enim tibi displices, iniustus es; ex qua tibi displicet in te quod iniustum est, iustus es. Vis videre quam iustus es? Hoc in te tibi displicet quod et Deo: iam coniunxisti te voluntati Dei, et in teipso non quod ille fecit, sed quod ille odit odisti. Ex eo quod odisti in te quod fecisti, quod odit et ille qui hoc non fecit, coepisti in te esse severus; erit ille misericors: parcet, quia tu non pepercisti. Ergo ex quo coniunctus es oculis eius, et condelectaris legi eius, et hoc in te arguis quod lex eius arguit, et hoc in te tibi displicet quod et oculis Dei displicet, vide quam iustus es: ex quo autem lapsus fecisti ea quae displicent Deo, et fragilitate quadam infirmitatis humanae prolaberis in illa, et adhuc portas infirmitatem carnis, et gemis cuiusdam reluctationis conscientia, ex hac parte iniquus et peccator es.

15. Quomodo, inquies, ex quadam parte iustus, ex quadam parte peccator? quid est quod dicis? Laboramus, videmur loqui contraria, nisi nobis subveniat apostolica auctoritas. Audi illud ab Apostolo, ne me malus intellector accuses: *Condelector enim,* inquit, *legi Dei secundum*

entendedor: *Me complazco*—dice—*en la ley de Dios según el hombre interior.* Ve aquí al justo. ¿O por ventura no es justo el que se complace en la ley de Dios? ¿Y por qué es también pecador?: *Pero veo otra ley en mis miembros que lucha contra la ley de mi mente y me tiene cautivo en la ley del pecado.* Aún estoy en guerra conmigo; todavía no estoy restaurado por completo a imagen de mi Creador; comencé a ser esculpido de nuevo, y, por la parte que me reformo, me desagrada lo que es deforme. Luego mientras soy así, ¿qué espero? *¡Infeliz hombre yo!, ¿quién me librará del cuerpo de esta muerte? La gracia de Dios por Jesucristo, Señor nuestro.* La gracia de Dios, que comenzó de nuevo a esculpir; la gracia de Dios, que infundió suavidad para que ya te deleites en el hombre interior, en la ley de Dios. Por ella se restaurarán todas las demás cosas, por ella se restablecieron también éstas. Gime aún herido, castígate, desplácete.

16. *No lucho*—dice—*como si azotase al aire, sino que castigo mi cuerpo y lo reduzco a servidumbre, no acontezca que, predicando a otros, sea yo reprobado.* ¿Por ventura quien castiga el cuerpo odia al cuerpo? Si alguno castiga al siervo, ¿por eso odia al siervo? Si alguno castiga al hijo, ¿odia al hijo? Hablando todavía con más intimidad, diré que tu carne es como tu esposa, y el Apóstol dice esto: *Nadie jamás odió su carne, antes bien la sustenta y la regala, así como Cristo a la Iglesia.* Sin duda, la carne es como la esposa, y nadie aborrece a su propia carne. Sin embargo, ¿qué dice en otro lugar? *La carne codicia contra el espíritu, y el espíritu contra la carne.* Codicia contra ti como tu

interiorem hominem. Ecce iustus. Annon est iustus qui condelectatur legi Dei? Unde ergo peccator? *Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meae, et captivum me ducentem in lege peccati.* Adhuc bellum adversus me gero, nondum sum totus instauratus ad imaginem fabricatoris mei; coepi resculpi, et ex ea parte qua reformor, displicet mihi quod deforme est. Ergo quamdiu ita sum, quid spero? *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum* (Rom 7,22-25). Gratia Dei quae coepit iam resculpere, gratia Dei quae infundit suavitatem, ut iam per interiorem hominem condelecteris legi Dei: inde caetera sanabuntur, unde et ista sanata sunt. Geme adhuc vulneratus, castiga te, displice tibi.

16. *Non sic pugno,* inquit, *quasi aerem caedens; sed castigo corpus meum et in servitutem redigo, ne forte aliis praedicans ipse reprobus inveniar* (1 Cor 9,26-27). Numquid qui castigat corpus, odit corpus? Si quis castigat servum, odit servum? si quis verberat filium, odit filium? Et ut aliquid coniunctius eloquamur, caro tua tanquam coniux tua est. Hoc ipse Apostolus dicit: *Nemo unquam carnem suam odio habuit; sed nutrit et fovet eam, sicut et Christus Ecclesiam* (Eph 5,29). Certe caro tanquam coniux est, et nemo carnem suam odio habet. Tamen quid alio loco? *Caro concupiscit adversus spiritum, et spiritus adversus*

esposa; ama y castígala hasta que por la reforma tenga un solo sentir. ¿Cuándo tendrá lugar esto? ¿Acaso porque ahora clamas: *¡Infeliz hombre yo!, ¿quién me librará del cuerpo de esta muerte?*, se apartará de ti este cuerpo, y entonces estarás seguro y tranquilo? Entonces ¿a qué viene aquello: *Gemimos dentro de nosotros mismos esperando la adopción y la redención de nuestro cuerpo?* Más tarde se renovará de mortal en inmortal, y ya no habrá oposición o combate, porque no habrá mortalidad que se oponga. Por lo mismo, castiga a tu cuerpo; ahora subyuga, para que recibas después; ahora desfallezca, para que entonces subsista; porque en esta vida, mientras permanece mortal, no puede ser restaurado en absoluto. No te arruine, no te quebrante; soporta, enseña, castiga; al fin será restaurado, y como *nadie jamás odió a su carne,* resucitará también la carne. Pero ¿cómo? ¿También entonces he de luchar? *Conviene*—dice el Apóstol—*que esto corruptible se vista de incorrupción, y esto mortal se vista de inmortalidad.*

17. Luego cuando se dice: *Me corregirá y me reprenderá,* ya sea el hermano, o el prójimo, o el allegado el que te corrige, o tú mismo, con todo, debes ser corregido y reprendido con misericordia. *El óleo del pecador no ungirá mi cabeza.* Pero entonces me dices: "¿Qué es esto? Soporto a los aduladores, no cesan de gritar; me alaban lo que no quiero: lo que yo desprecio, ellos lo ensalzan en mí, y lo que yo estimo, ellos lo censuran; son aduladores, mentirosos, embaucadores. Pues dicen por ejemplo: Es un gran varón, un Gayo Seyo, excelso, docto, sabio;

carnem (Gal 5,17). Concupiscit adversus te, tanquam coniux tua; ama et castiga, donec fiat in una reformatione una concordia. Quando istud erit? Quoniam modo clamas, *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* numquid separabitur a te hoc corpus, et tunc securus eris? Et quid est, *In nobismetipsis ingemiscimus, adoptionem exspectantes, redemptionem corporis nostri* (Rom 8,23). Reparatur ergo a mortalitate ad immortalitatem, et iam non resistit, quia non est mortalitas quae resistat. Propterea castiga corpus tuum; modo doma quod postea recipias; modo deficiat, ut tunc sufficiat. Nam in hac vita reparari non potest, quamdiu mortale geritur. Non te deponat, non te abrumpat; porta, erudi, castiga: reparabitur in fine. Et quia *nemo unquam carnem suam odio habuit,* resurget et caro. Sed quomodo? etiam tunc luctaturus sum? *Oportet,* inquit, *corruptibile hoc induere incorruptionem, et mortale hoc induere immortalitatem* (1 Cor 15,53).

17. Ergo cum dicitur, *Emendabit me, et arguet me:* sive sit frater, sive sit proximus, sive sit vicinus, sive tu ipse, in misericordia debes argui, et emendari. *Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.* Sed quid facio, dicis mihi? Patior adulatores, non cessant perstrepere; laudant in me quae nolo, quae ego parvipendo laudant in me, quod ego charum habeo reprehendunt in me, adulatores, fallaces, deceptores. Magnus vir ille, verbi gratia, Gaius Seius; magnus, doctus sapiens: sed

pero ¿por qué es cristiano?" Grande es la instrucción, excelsa la erudición, sublime la sabiduría. Si es sublime la sabiduría, aprueba que sea cristiano; si es excelsa la doctrina, doctamente eligió. En fin, lo que tú censuras, esto mismo le agrada a quien tu alabas. Y, con todo, ¿qué? Aquella alabanza no le endulza; es el óleo del pecador. Mas no deja de hablar. Con todo, no unja tu cabeza; es decir, no te goces con estas cosas, esto es, no accedas, no consientas, no te congratules por esto. Aun cuando él te ofreció el óleo de la adulación, sin embargo, tu cabeza permaneció en su estado, pues no se envaneció, no se engrió. Si se hubiera envanecido y engreído, hubiera acumulado peso y te hubiera echado por tierra. *Pero el óleo del pecador no ungirá tu cabeza.*

18. *Porque todavía mi oración (tendrá lugar) en sus agrados.* Espera; ahora me vituperan, dice Cristo. En los primeros tiempos cristianos, los cristianos eran vituperados en todas las partes. Espera un poco, *y mi oración (se hallará presente) en sus agrados.* Llegará tiempo en que sobreabunden miles de hombres que se golpeen el pecho y digan: *Perdónanos nuestras deudas, así como nosotros perdonamos a nuestros deudores.* ¿Y cuántos han quedado ya que se avergüencen de herir su pecho? Luego censuren; nosotros toleremos. Vituperen, odien, motejen, desacrediten, *todavía mi oración tendrá lugar en sus agrados;* llegará el tiempo en el que mi oración les agradará. Se engreirán como si fuesen justos por sus propias fuerzas, pero caerán en el combate. Como soberbiamente se ensalzaron, serán estrangulados y arras-

quare christianus? Nam magna doctrina, et magnae litterae, et magna sapientia. Si magna sapientia, approba quod christianus est: si magna doctrina, docte elegit. Postremo quod tu vituperas, hoc ei placet quem laudas. Sed quid? Laudatio illa non indulcat; oleum peccatoris est. Sed non cessat dicere. Non inde impinguet caput tuum; id est, noli gaudere ad talia; id est, noli annuere, noli consentire, noli inde gratulari: et si ille attulit oleum adulationis, sed caput tuum integrum mansit, non inflatum est, non tumuit. Si enim inflatum fuerit et tumuerit, facit pondus et praecipitat te. *Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.*

18. *Quoniam adhuc et oratio mea in beneplacitis eorum.* Exspecta; modo me vituperant, ait Christus. In primis temporibus Christianorum, undique reprehendebantur Christiani. *Adhuc* exspecta; *et oratio mea in beneplacitis eorum* erit. Veniet tempus, quando superent hominum millia tundentium sibi pectus et dicentium: *Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris* (Mt 6,12). Iam quot remanserunt qui sibi erubescunt pectus tundere? Ergo reprehendant; toleremus. Reprehendant, oderint, accusent, detrahant: *Adhuc et oratio mea in beneplacitis eorum;* veniet tempus, quando oratio mea placebit illis. Erigent se enim quasi iusti viribus suis; vincentur in lucta: quia superbe se erexerunt, elidentur, trahentur a peccatis, videbunt se iniquos, implebuntur quae dicta sunt per Prophetas: incipiet timeri iudicium, conver-

trados por los pecados, y entonces se verán infelices y se cumplirá lo que se consignó por los profetas: comenzará a ser temido el juicio y se enderezará la mirada del alma a la contemplación de los pecados, y le agradará aquella oración: *Perdónanos nuestras deudas, así como nosotros perdonamos a nuestros deudores.* ¡Oh defensa locuaz de la iniquidad! Sin duda, ya dicen esto los pueblos, y no deja de oírse el tronido de los pechos heridos por los pueblos. Con razón truenan las nubes, en las que ya habita Dios. ¿En dónde está ya aquella verbosidad, en dónde aquella jactancia: "Soy justo, no hice mal alguno"? Sin duda, cuando contemples en las santas Escrituras la norma de la justicia, cuanto más profundices, te hallarás más pecador. Progresaste; ya adoras a un solo Dios; muy bien; ya no te apartas de El para ir a los ídolos, a los astrólogos, a los sortílegos, a los agoreros, a los adivinos, a los hechiceros, pues todo esto es alejamiento del Señor, Dios tuyo; ya eres, pues, un miembro de Cristo. Comienza ya a ver también los pecados que se relacionan con la sociedad humana: No matas a nadie, no deshonras a la esposa de nadie, no injurias a tu esposa acercándote a otra, no te contaminas con alguna perversa depravación, contuviste a tu mano del hurto; a tu lengua, del perjurio; a tu corazón, de la codicia de los bienes del prójimo; ya eres justo. Atiende a lo que falta: no te ensoberbezcas. ¿Es cierto que no pecaste en nada con la lengua? ¿No proferiste palabras duras? ¿Qué dices de extraordinario? ¿Qué de importancia? *Quien dijere a su hermano "fatuo" será reo del fuego del infierno.* Ya tiembla toda aquella soberbia. Ved que ya se preocupa en gran manera de

tet se animae acies ad conscientiam peccatorum, et placebit illa oratio, *Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.* O verbosa defensio iniquitatis! Certe iam hoc populi dicunt, et populorum pectora tundentium tonitruus non quiescit. Recte nubes tonant, in quibus iam habitat Deus. Ubi est illa verbositas, ubi est illa iactantia: Iustus sum, nihil mali feci? Certe cum in Scripturis sanctis fueris contemplatus normam iustitiae, quantumcumque profeceris, invenies te peccatorem. Profecisti, iam unum Deum colis; optime: non fornicaris ab eo ad idola, ad mathematicos, ad sortilegos, ad aruspices, ad augures, ad maleficos; ista enim fornicatio est a Domino Deo: iam es in aliquo numero membrorum Christi. Iam incipe videre etiam illa peccata societatis humanae. Non occidis quemquam, non adulteras cuiusquam uxorem, non uxori tuae eundo ad alteram, iniuriam facis, non ulla pessima corruptela te contaminas, abstinuisti manus a furto, linguam a periurio, cor a concupiscenda re proximi tui: iam iustus es. Attende caetera; noli iam superbire. Nihilne peccas in lingua? non prolaberis in verbum durum? Sed quid magnum dicis? Quid magnum? *Qui dixerit fratri suo, Fatue; reus erit gehennae ignis* (ib. 5,22). Contremiscit iam tota illa superbia. Ecce iam non valde facit unde Deus videatur impietate aliqua blasphemari; non irruit in aliquem laedendum, non facit alteri quod pati non vult: quid de lingua? quis illam domat? Sed ecce iam

que no aparezca que Dios es ultrajado de palabra con alguna impiedad; no se echa sobre alguno para zaherirle; no hace a otro lo que no quiere se haga con él. ¿Qué diremos de la lengua? ¿Quién la domina? Pero concedamos que ya la reprimiste, aunque ¿quién es tan valiente que lleve esto a cabo? Pero supongamos que ya la sujetaste; con todo, ¿qué haces de tus pensamientos, qué del tumulto y caterva de los deseos que se rebelan contra ti? No les das cabida, no haces caso de ellos. Así lo creo y lo veo; sin embargo, alguna vez te doblegan, te distraen y te ensimisman; y muchas veces hallándote en la oración de rodillas. Postras el cuerpo, inclinas la cabeza, confiesas los pecados, adoras a Dios; veo en dónde permanece el cuerpo, pero quiero saber por dónde revolotea el alma. Veo los miembros postrados; veamos si se halla alerta la conciencia, veamos si está fija en Aquel a quien adora, y no más bien muchas veces es arrebatada por los pensamientos como por la agitación del mar, y es llevada por la tempestad de una a otra cosa. Si ahora hablases conmigo y de repente te dirigieses a tu siervo, abandonándome a mí; y no digo que te alejases de quien pedías algo, sino de aquel con quien hablabas de tú a tú, ¿no lo consideraría como una injuria hecha a mi? Pues ve lo que cotidianamente haces a Dios. Hermanos, ¿a quién señalé ahora? A aquel que sólo adora a Dios; que reconoce por único Dios al Padre, al Hijo y al Espíritu Santo; que no fornica a espaldas de El, ni adora a los demonios, ni pide auxilio al diablo y que se halla en el seno de la Iglesia católica; a aquel de quien nadie se queja de fraude, de quien el vecino débil no gime por su opresión; a aquel que no tienta a la mujer ajena, que se conforma con la suya, o que

et ipsam frenasti: quanquam quis tantus ut hoc omni modo perficiat? sed ecce iam et ipsam frenasti: quid facis de cogitationibus tuis? quid facis de tumultu et caterva rebellantium desideriorum? Non eis das membra. Ita credo, et video: sed tamen cogitationes aliquando inclinant et auferunt te, plerumque in oratione genibus fixis. Corpus prosternis, collum curvas, confiteris peccata, Deum adoras: video corpus ubi iaceat, quaero ubi volitet animus. Video membra iacentia: videamus si stat conscientia, videamus si fixa est in eum quem adorat; si non cogitationibus plerumque, tanquam aestu maris abripitur, et tempestate tollitur in aliud atque aliud. Modo si mecum loquereris, et subito averteres te ad servum tuum, et dimitteres me, non dico a quo aliquid petebas, sed cum quo ex aequo loquebaris; non mihi iniuriam factam deputarem? Ecce quid facis quotidie Deo. Qualem modo dixi, fratres? Iam eum qui solum Deum colit, qui Christum confitetur, qui Patrem et Filium et Spiritum sanctum unum Deum novit, qui non post eum fornicatur, qui non adorat daemones, qui auxilia sibi a diabolo non requirit, qui tenet Ecclesiam catholicam; de cuius fraude nemo conqueritur, de cuius pressura non gemit vicinus infirmus; qui uxorem alienam non tentat, qui contentus est sua, aut qui nec ipsa sua, sed quomodo licet et quo-

ni toca a la suya, puesto que obra como le es lícito y se lo permite la enseñanza apostólica cuando existe el consentimiento de ambas partes o cuando aún no se ha casado. El que ya es tal, con todo, cae en estas cosas que dije.

19 [v.6]. Llegará el tiempo en que se cumpla lo que se dijo: *Aún mi oración (tendrá lugar) en sus agrados;* tanto la que enseñó como aquella con la que intercede por nosotros. En todos estos cotidianos pecados, ¿qué esperanza nos queda? Que digamos con humilde corazón en la oración dominical, que ya tiene lugar en nuestros agrados, no defendiendo nuestros pecados, sino confesando: *Perdónanos nuestras deudas, así como también nosotros perdonamos a nuestros deudores;* y que tengamos por abogado ante el Padre a Jesucristo justo para que El sea propiciación por nuestros pecados. Hablen ahora los soberbios, pues han sido vencidos por el número, han sido vencidos por los pueblos, por toda la tierra, que alaba el nombre del Señor desde el nacimiento del sol hasta el ocaso. ¿Qué hacen los pocos que piensan de otra manera? Son jueces de los impíos. Pero a ti, ¿qué? Ve lo que sigue: *Sus jueces fueron devorados junto a la piedra.* ¿Qué significa *fueron devorados junto a la piedra? La piedra era Cristo. Fueron devorados junto a la piedra. Junto a* quiere decir que los jueces, los excelsos, los poderosos, los doctos, fueron comparados a la piedra. Estos se llaman *jueces suyos* porque sentencian y juzgan sobre las costumbres. "Esto—dicen—lo dijo Aristóteles." Acércale a la piedra, y es devorado. ¿Quién es Aristóteles? Oiga: habló Cristo, y tiembla en los infiernos. "Esto—dicen—dijo Pitá-

modo permittit apostolica disciplina, ubi consensus est amborum (1 Cor 7,5), aut ubi nondum ducta est. Qui iam talis est, deprehenditur tamen in istis quae dixi.

19 [v.6]. Venit ergo tempus quod dictum est, *Adhuc et oratio mea in beneplacitis eorum;* sive quam docuit, sive qua interpellat pro nobis. In istis ergo quotidianis peccatis omnibus quae spes est, nisi humili corde dicamus in oratione dominica, quae iam in beneplacitis nostris est, non defendentium peccata nostra, sed confitentium, *Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris;* et advocatum habeamus apud Patrem, Iesum Christum iustum, ut ipse sit propitiatio pro peccatis nostris? (1 Io 2,1-2). Modo loquantur superbi; vincuntur numero, vincuntur populis, tota terra a solis ortu usque ad occasum laudante nomen Domini. Quid faciunt pauci aliter disputantes? Iudices sunt impiorum. Sed quid ad te? Vide quid sequitur: *Absorpti sunt iuxta petram iudices eorum.* Quid est, *Absorpti sunt iuxta petram? Petra autem erat Christus* (1 Cor 10,4). *Absorpti sunt iuxta petram. Iuxta,* id est, comparati iudices, magni, potentes, docti: ipsi dicuntur *iudices eorum,* tanquam iudicantes de moribus, et sententiam proferentes. Dixit hoc Aristoteles. Adiunge illum petrae, et absorptus est. Quis est Aristoteles? Audiat, Dixit Christus; et apud inferos contremiscit. Dixit hoc Pythagoras, dixit hoc Plato. Adiunge illos petrae, compara aucto-

goras, esto dijo Platón." Acércalos a la piedra; compara su autoridad con la del Evangelio; compara a los engreídos con el crucificado. Les digamos: "Vuestra literatura se halla escrita en el corazón de los soberbios, Cristo grabó su cruz en los corazones de los reyes. En fin, Cristo murió y resucitó; vosotros moristeis, y no quiero indagar de qué modo resucitaréis." *Luego sus jueces fueron devorados junto a la piedra.* En tanto aparece que dicen algo hasta que se comparan con la piedra. Sin embargo, si llega a encontrarse que algunos de ellos dijeron lo que dijo Cristo, les felicitamos, mas no les seguimos. Pero alguno dirá: "Aristóteles existió antes que Cristo." Yo pregunto: Si alguno habla verdad, ¿es primero él que la verdad? ¡Oh hombre!, mira a Cristo; no existe desde el instante que vino a ti, sino antes de crearte. El enfermo también puede decir: "Yo caí en cama antes de que el médico se acercase a mí." Sin duda vino después, porque tú caíste primero.

20. Atended, pues, al texto del salmo: *Aún (tendrá lugar) mi oración en sus agrados.* Sin embargo, habrá muchos que impugnen: *Sus jueces fueron devorados junto a la piedra.* Pero ¿qué significa *oirán que prevalecieron mis palabras?* Mis palabras eclipsaron las suyas. Ellos dijeron ciertas cosas elocuentemente, pero yo dije las verdaderas. Una cosa es alabar al locuaz y otra al veraz. *Oirán que prevalecieron mis palabras.* ¿Cómo prevalecieron? ¿Quién de ellos, al ser cogido sacrificando cuando se prohibían estas cosas por las leyes, no negó? ¿Quién de ellos, al ser sorprendido adorando a los ídolos, no clamó: no hice esto,

ritatem illorum auctoritati evangelicae, compara inflatos crucifixo. Dicamus eis: Vos litteras vestras conscripsistis in cordibus superborum; ille crucem suam fixit in cordibus regum. Postremo mortuus est, et resurrexit: mortui estis, et nolo quaerere quemadmodum resurgatis. Ergo, *Absorpti sunt iuxta petram* istam *iudices eorum.* Tamdiu videntur aliquid dicere, donec comparentur petrae. Propterea si inventus fuerit aliquis eorum hoc dixisse, quod dixit et Christus; gratulamur illi, non sequitur illum. Sed prior fuit ille quam Christus. Si quis vera loquitur, prior est quam ipsa veritas? O homo, attende Christum, non quando ad te venerit, sed quando te fecerit. Potest et aegrotus dicere: Sed prius ego cecidi in lectum, quam medicus ad me venisset. Utique ideo ille posterior venit, quia tu prius cecidisti.

20. Videte itaque textum Psalmi, *Adhuc et oratio mea in beneplacitis eorum.* Sed erunt multi qui contradicant: *Absorpti sunt iuxta petram iudices eorum.* Quid ergo erit? *Audient verba mea, quoniam praevaluerunt.* Praevaluerunt verba mea verbis eorum. Dicta sunt ab eis quaedam diserte, sed a me vera. Aliud est laudare loquacem, aliud laudare veracem. *Audient verba mea, quoniam praevaluerunt.* Unde praevaluerunt? Quis eorum comprehensus est in sacrificio, cum his legibus ista prohiberentur, et non negavit? Quis eorum comprehensus est adorare idolum, et non clamavit, Non feci, et timuit ne convinceretur?

y no temió fuese acusado? Tales ministros tenía el diablo. ¿Cómo prevalecieron las palabras del Señor?: *Ved que os envío como a ovejas entre lobos; pero no temáis a los que matan el cuerpo y no pueden matar el alma, sino temed más bien al que puede echar al fuego del infierno el cuerpo y el alma.* Atemorizó; esperanzó e inflamó la caridad. "No temáis—dice—la muerte. ¿Teméis la muerte? Yo muero el primero. Para que no temáis ni siquiera perder un cabello de vuestra cabeza, (sabed) que yo resucito íntegramente en la carne." Con razón oísteis que prevalecieron sus palabras. Hablaban, y eran matados; caían, y quedaban en pie. ¿Y qué aconteció con las muertes de tantos mártires? Que prevalecieron sus palabras y que, siendo como regada la tierra con la sangre de los testigos de Cristo, brotó por todo el mundo la mies de la Iglesia. *Oirán*—dice—*que prevalecieron mis palabras.* ¿Cómo prevalecieron? Ya lo dijimos: al ser anunciadas por los que no temían. ¿Qué era lo que no temían? Los destierros, los daños materiales, la muerte, la cruz. No sólo no temían la muerte, ¿qué digo?, ni la cruz, la cual se consideraba la más execrable de las muertes. Esta soportó el Señor para que sus discípulos no sólo no temiesen la muerte, sino que ni se estremeciesen por cualquier género de ella. Luego, cuando se dijeron estas cosas por los que no temían, prevalecieron.

21 [v.7]. ¿Qué proporcionaron la muerte de todos los mártires? Oye: *Como el grueso terrón es pulverizado sobre la tierra, así fueron disueltos nuestros huesos en el sepulcro.* En el sepulcro fueron disueltos los huesos de los mártires, es decir, los cuerpos

Tales ministros diabolus habebat. Unde autem praevaluerunt verba Domini? *Ecce ego mitto vos sicut agnos in medio luporum. Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere; sed eum timete, qui et corpus et animam potest mittere in gehennam ignis* (Mt 10, 16.28). Dedit timorem, subiecit spem, inflammavit charitatem. Nolite, inquit, timere mortem. Mortem timetis? Prior morior. Ne vel capillus vester pereat, formidatis? Prior integer in carne resurgo. Merito audistis verba eius, quoniam praevaluerunt. Dicebant, et occidebantur; cadebant, et stabant. Et quid est factum de tot mortibus martyrum, nisi ut ipsa verba praevalerent, et tanquam irrigata terra sanguine testium Christi, pullularet ubique seges Ecclesiae? *Audient,* inquit, *verba mea, quoniam praevaluerunt.* Unde praevaluerunt? Iam diximus: cum praedicantur a non timentibus. Quid non timentibus? Nec exsilia, nec damna, nec mortem, nec crucem. Non enim nec mortem solam; sed nec crucem, qua morte nihil videbatur exsecrabilius. Ipsam Dominus suscepit, ne discipuli eius mortem quidem non timerent, sed nec genus mortis horrescerent. Ergo a non timentibus cum dicuntur haec, praevaluerunt.

21 [v.7]. Quid ergo mortes illae omnium martyrum, quid fecerunt? Audi: *Sicut crassitudo terrae disrupta est super terram, dissipata sunt iuxta infernum ossa nostra.* Iuxta infernum dissipata sunt ossa martyrum, id est corpora testium Christi. Occisi sunt enim martyres, et

de los testigos de Cristo. Los mártires fueron matados, y apareció como si prevalecieran los que mataban. Prevalecieron ellos persiguiendo para que prevaleciesen las palabras de Cristo al ser predicadas. ¿Y qué sucedió con las muertes de los santos? *Como el grueso terrón es pulverizado sobre la tierra, así fueron disueltos nuestros huesos en el sepulcro.* ¿Qué significa *como el grueso terrón es pulverizado sobre la tierra?* Sabemos que todas las cosas despreciables son grosura de la tierra. Las cosas que son como despreciables para los hombres fecundizan la tierra. Pues se dijo también en cierto salmo: *Mataron a los santos, y no hubo quién sepultase.* Pero todas aquellas muertes se convirtieron en grosura de la tierra. Así como recibe la tierra cierta grosura de las cosas despreciables y abyectas, así de lo que despreció este mundo recibió grosura la tierra para que por ello brotase más abundante la mies de la Iglesia. Sabéis, hermanos, que no quiero nombrar ni es decente proferir las cosas despreciables de la tierra con las que se engrosa. Estas son ciertos alimentos y grosuras despreciables y sórdidas que se arrojan por los hombres. Pero ¿qué hizo el Señor de esto? Lo diré usando ya de sus palabras: *Levantó al indigente de la tierra, y del muladar ensalzó al pobre, para colocarle con los príncipes, con los príncipes de su pueblo.* Postrado en la tierra como grosura de tierra y disuelto sobre la tierra yacía Lázaro ulcerado; sin embargo, fue trasladado por los ángeles al seno de Abrahán. Preciosa es ante el Señor la muerte de sus santos. Como es despreciable para el mundo, así es preciosa para el Agricultor. Pues conoce que en ella hay provecho

quasi praevaluerunt qui occiderunt. Praevaluerunt illi persequendo, ut praevalerent verba Christi praedicando. Et quid factum est de mortibus sanctorum? *Sicut crassitudo terrae disrupta est super terram, dissipata sunt iuxta infernum ossa nostra.* Quid est, *crassitudo terrae disrupta est super terram?* Novimus crassitudinem terrae, contemptibilia quaeque esse. Quae sunt quasi contemptibilia hominibus, fecundant terram. Nam dictum est et in quodam psalmo iacuisse mortes sanctorum; et non fuit qui sepeliret (Ps 78,3). Sed illae omnes mortes factae sunt crassitudo terrae. Quomodo accipit terra quamdam pinguedinem de rebus contemptibilibus et abiectis; sic ex eo quod contempsit hic mundus, accepit crassitudinem terra, ut inde seges Ecclesiae feracius pullularet. Iam nostis, fratres, quia contemptibilia terrae huius, de quibus pinguescit terra, nec appellare volo, nec dicere decet: talis est quaedam sagina terrae, et quaedam pinguedo; et contemptibile est hominibus, et quasi sordidum est, et abiicitur. Sed qui fecit hic, ut iam et ipsius verbis utar? *De terra* erexit *inopem, et de stercore* exaltavit *pauperem; ut* collocaret *eum cum principibus, cum principibus populi sui* (Ps 112,7-8). Prostratus enim est in terra; tanquam pinguedo terrae, disruptus est super terram: sic iacuit ille Lazarus ulcerosus, sed tamen ab Angelis sublatus est in sinum Abrahae (Lc 16,20-22). Pretiosa est in conspectu Domini mors sanctorum eius (Ps 115,15). Sicut contemptibilis est saeculo, ita pretiosa est agricolae. Novit enim ibi utilitatem et uberem succum, et novit quid

y abundante fruto, y sabe qué efecto produce, qué ha de escoger para que brote la mies más fértil, aunque el mundo la desprecia. *¿Ignoráis*—dice el Apóstol—*que Dios eligió las cosas despreciables de este mundo, y las que no son, como si fuesen, para deshacer las que son?* Del estercolero fueron levantados Pedro y Pablo; cuando eran matados, eran despreciados; pero ahora, engrosada por ellos la tierra, habiendo brotado la mies de la Iglesia, ved que lo célebre y señalado del mundo como es el emperador llega a Roma. Pero ¿adónde se encamina apresuradamente? ¿Al palacio del emperador o al sepulcro del Pescador? *Como la grosura de la tierra es pulverizada sobre la tierra, así fueron disueltos nuestros huesos en el sepulcro.*

22 [v.8]. *A ti, pues, Señor, se vuelven mis ojos; en ti esperé; no me quites la vida.* Muchos fueron torturados en las persecuciones y desfallecieron. Pero como dijo de la cautividad que se llevó a cabo en la persecución: *Como la grosura de la tierra es pulverizada sobre la tierra, así son disueltos nuestros huesos en el sepulcro,* y ocurrió que muchos desfallecieron y muchos perecieron, se dejó oír esta voz como del que ruega en las tribulaciones de la persecución: *A ti, pues, Señor, se vuelven mis ojos.* No me preocupo de aquello con que me amenazan los que me rodean: *A ti, Señor, se vuelven mis ojos.* Con más ahínco clavo mis ojos en tus promesas que en sus amenazas. Conocí lo que padeciste por mí, lo que me prometiste: *A ti, Señor, se vuelven mis ojos; en ti esperé; no me quites la vida.*

23 [v.9]. *Guárdame del lazo que me han puesto.* ¿Cuál era este lazo? Si consientes, te perdono. En el lazo se colocó el

affectet, quid eligat, unde seges fertilis surgat: sed contemnit eam iste mundus. Nescitis quia *contemptibilia mundi elegit Deus, et ea quae non sunt, tanquam quae sunt, ut ea quae sunt evacuentur?* (1 Cor 1,28). De stercore erectus Petrus, et Paulus; et cum occiderentur, contemnebantur: modo iam saginata inde terra, exsurgente segete Ecclesiae, ecce quod est nobile et praecipuum in mundo, imperator venit Romam; quo festinat? ad templum Imperatoris, an ad memoriam Piscatoris? *Sicut* enim *crassitudo terrae disrupta est super terram, dissipata sunt iuxta infernum ossa nostra.*

22 [v.8]. *Quoniam ad te, Domine, oculi mei: in te speravi; ne auferas animam meam.* Cruciati sunt enim in persecutionibus, et multi defecerunt. Et quia de captivitate persecutionis dixit, *Sicut crassitudo terrae disrupta est super terram, dissipata sunt iuxta infernum ossa nostra:* occurrit multos defecisse et multos periclitatos esse; et tanquam in mediis tribulationibus persecutionum emissa est vox precantis, *Quoniam ad te, Domine, oculi mei.* Non curo quid minentur qui circumstant; *Ad te, Domine, oculi mei.* Plus figo oculum meum in promissis tuis, quam in minis eorum. Novi quid pro me passus sis, quid mihi promiseris: *Ad te, Domine, oculi mei: in te speravi; ne auferas animam meam.*

23 [v.9]. *Custodi me a muscipula quam statuerunt mihi.* Quae erat muscipula? Si consentis, parco. In muscipula posita est esca vitae huius:

cebo de esta vida. Si desea el ave el cebo, cae en el lazo. Pero si el ave es tal que dice: *No anhelé el día del hombre; tú lo sabes,* sus ojos no se apartarán de Dios y El sacará sus pies del lazo. *Guárdame del lazo que me han puesto y de los escándalos o tropiezos de los que obran iniquidad.* Nombró dos cosas que deben ser distinguidas entre sí. Dijo que los perseguidores colocaron lazo, y tropiezos los que consintieron y apostataron; y de ambos quiere ser guardado. De un lado, se ensañan los que amenazan; de otro, caen los que consienten. Recelo no sea tal este a quien tema, no sea tal este a quien imite. Estas dos cosas hago contigo: si no consintieses, *guárdame del lazo que me pusieron;* si consintió ya tu hermano, entonces *guárdame de los tropiezos de los que obran iniquidad.*

24 [v.10]. *Los pecadores caerán en su red.* ¿Qué significa, hermanos, *los pecadores caerán en su red?* Que no todos los pecadores caerán en su red, sino los pecadores que de tal modo son pecadores, que aman esta vida de suerte que la anteponen a la vida eterna. Pero ¿qué dices? ¿Piensas que estos solos caen en sus redes? ¿Qué he de decir de tus discípulos, oh Cristo? Ved que, cuando se desencadenó la persecución, cuando todos te dejaron solo y cada uno de ellos se marchó a su casa, y tú lo predijiste, porque lo previste, pero no porque lo anunciaste, tú lo hiciste o tú te negaste en alguno de ellos, aquellos íntimos desfallecieron en tu prueba y persecución, en la que te reclamaban los enemigos para crucificarte. Además, uno, aquel audaz que te prometió que te acompañaría hasta la muerte, oyó del Médico

si amat avis hanc escam, cadit in muscipulam: si autem avis talis est ut dicat, *Et diem hominis non concupivi, tu scis* (Ier 17,16); oculi eius non recedent a Deo, et ipse evellet de laqueo pedes eius (Ps 24,15). *Custodi me a muscipula quam statuerunt mihi, et ab scandalis eorum qui operantur iniquitatem.* Duas res dixit, ambas inter se distinguendas: muscipulam statuisse persecutores dixit, scandala vero ab eis qui consenserunt et apostataverunt; et ex utrisque vult se custodiri. Hinc saeviunt minantes, hinc labuntur consentientes: timeo ne talis sit iste, quem timeam; ne talis sit iste, quem imiter. Haec tibi facio, si non consenseris: *Custodi me a muscipula quam statuerunt mihi.* Ecce frater tuus iam consensit: *Et ab scandalis eorum qui operantur iniquitatem.*

24 [v.10]. *Cadent in retia eius peccatores.* Quid est ergo, fratres, *Cadent in retia eius peccatores?* Sed non omnes peccatores: quidam peccatores, qui usque eo sunt peccatores, ut sic ament vitam istam, ut praeponant illam vitae aeternae, cadent in muscipulam eius. Sed quid dicis? Putas, isti tales cadunt in retia eius? Sed quid de discipulis tuis, o Christe? Ecce cum ferveret persecutio, quando dimiserunt te omnes solum, et ierunt unusquisque in sua (praedixisti hoc, quia praevidisti: non enim quia tu praenuntiasti, tu fecisti, aut tu in quoquam te negasti): sed ecce illi qui tibi cohaerebant, in tua tentatione et persecutione, qua te inimici requirebant crucifigendum, defecerunt. Et unus ille audax

lo que acontecería al enfermo. Pues, teniendo fiebre, se creía sano; pero el Señor le había tomado el pulso del corazón. Se presentó la prueba, se presentó la acusación, y el interrogado, y no por alguna potestad excelsa, sino por el más ínfimo esclavo, por una mujerzuela, por una criadilla, sucumbió. Negó tres veces. Habiendo negado una, recordándolo, negó de nuevo; habiendo negado dos, recordándolo, negó por tercera vez. Esto lo había predicho el Señor, no lo había mandado, no le había forzado. Si se cree que Pedro obró rectamente porque el Señor lo había predicho, también Judas, que le entregó, obró con rectitud, porque asimismo el Señor se lo anunció. Lejos de nosotros, hermanos míos, creer tal cosa. Esta voz es la de aquellos *elegidos* que más bien defienden que confiesan sus pecados. Atendamos preferentemente al mismo Pedro; si en nada pecó, ¿por qué lloró? No interroguemos a Pedro, sino a las lágrimas de Pedro. Sobre este asunto no encontramos testigos más fieles. *Lloró amargamente,* dice el evangelista. Aún no estaba en condición de padecer. *Me seguirás después,* se le dijo. Aún se hallaba débil el que había de ser confirmado con la resurrección del Señor.

25. Luego aún no era tiempo de que fuesen dispersados aquellos huesos en el sepulcro. Pues oíd cuántos desfallecieron: hasta los primeros que se prendaron de su palabra. ¿Por qué esto? Porque *yo soy el único hasta que pase;* así prosigue el salmo. Anteriormente había dicho: *Guárdame, Señor, del lazo que me han puesto y de los tropiezos de los que obran iniquidad. Del lazo y de los tropiezos o escándalos:* de los que atemorizan

qui tibi promiserat quia tecum esset usque ad mortem, audivit quidem a medico quid in se ageretur aegrotus. Febriens enim sanum se dixerat; cordis venam ille tangebat. Ventum est ad tentationem, ventum est ad probationem, ventum est ad accusationem; et iam ipse interrogatus, non ab aliqua magna potestate, sed ab infimo mancipio, et hoc femina, ab ancilla interrogatus succubuit. Negavit ter. Semel negato, cum memoraretur, negavit iterum: bis negato, cum memoraretur, negavit tertio. Hoc praedixerat Dominus; non praeceperat, non coegerat. Aut si propterea putatur Petrus recte fecisse, quia hoc praedixerat Dominus; recte fecit et Iudas qui tradidit eum, quia et hoc praedixerat Dominus. Absit, fratres mei; haec vox illorum electorum est, qui etiam peccata sua defendunt potius quam fatentur. Petrum ipsum potius attendamus. Si nihil peccavit, quare flevit? Non interrogemus de Petro, nisi lacrymas Petri: fideliores testes de illo non invenimus. *Flevit amare,* inquit (Mt 26,31-75). Nondum idoneus erat passioni: *Sequeris me postea* (Io 13,36), illi dictum erat. Adhuc futurus erat firmus, confirmatus Domini resurrectione.

25. Ergo nondum erat tempus, ut dispergerentur illa ossa iuxta infernum. Nam videte quam multi defecerunt, usque ad ipsos primos haerentes ori eius; etiam ipsi defecerunt. Quare hoc? *Singularis ego sum, donec transeam.* Hoc enim sequitur in Psalmo. Supra dixerat, *Custodi me, Domine, a muscipula quam statuerunt mihi, et ab scandalis qui ope-*

y de los que caen. Pero como en su pasión también desfallecieron los primeros, que habían de ser jefes de la Iglesia y columnas de la tierra, pues aún no había sucedido lo que se dice en otro salmo: *Yo consolidé mis columnas,* ¿qué añade ahora? *Yo soy el único hasta que pase.* Esta voz: *Yo soy el único hasta que pase,* pertenece a la Cabeza. ¿Qué significa *el único?* Que tú solo padecerás en la pasión, tú solo serás matado por los enemigos. *Yo soy el único hasta que pase.* ¿Qué significa *hasta que pase?* El evangelista dice: *Cuando llegó la hora de que Jesús pasase de este mundo al Padre...* Luego ¿qué significa *hasta que pase* sino el tránsito de este mundo al Padre? Pero consolidé sus columnas, es decir, las columnas de la tierra, cuando con mi resurrección aprendieron claramente que la muerte no debía ser temida. Luego hasta que pase soy el único; pero, una vez que haya pasado, seré multiplicado, pues me imitarán muchos, muchos padecerán por mí. Pero hasta que pase soy el único; después que haya pasado habrá muchos según yo el único. *Hasta que pase soy el único.* Oíd el misterio de la palabra *pascha.* Conforme la lengua griega, la palabra hebrea *pascha* parece que insinúa la pasión, puesto que *padecer se dice en griego (pasjein).* Pero, según la lengua hebrea, nos dicen los que la conocen que la palabra *pascha* significa *transitus,* paso o tránsito. Si preguntáis a los que saben bien el griego, niegan que la palabra *pascha* sea griega; suena parecido a *pasjein,* esto es, a *padecer,* pero no suele modularse o pronunciarse así, pues *passio,* pasión, se dice en griego *pazos,* no *pascha.* Luego la palabra *pascha,* conforme dicen los que la

rantur iniquitatem. A muscipula, et ab scandalis; et a terrentibus, et a lapsis. Sed quia in eius passione etiam illi primi, qui futuri erant duces Ecclesiae et columnae terrae, defecerunt; nondum factum erat quod ait in alio psalmo. *Ego confirmavi columnas eius* (Ps 74,4). Quid ait, *Singularis ego sum, donec transeam?* Haec vox ex persona capitis, *Singularis ego sum, donec transeam.* Quid est, *singularis?* In passione tu solus pateris, tu solus occideris ab inimicis. *Singularis ego sum, donec transeam.* Quid est, *donec transeam?* Evangelista dicit: *Cum autem venisset hora ut Iesus transiret de hoc mundo ad Patrem* (Io 13,1). Quid est ergo, *donec transeam, nisi, de hoc mundo ad Patrem?* Tunc enim confirmavi columnas eius, id est columnas terrae, quando in mea resurrectione plane didicerunt mortem non esse timendam, *Donec* ergo *transeam, singularis sum:* cum transiero, multiplicabor; multi me imitabuntur, multi patientur pro nomine meo. Unus ego sum donec transeam; multi in me unus erunt dum transiero. *Singularis ego sum, donec transeam.* Audite etiam mysterium verbi eius. Secundum graecam locutionem, Pascha videtur passionem significare; πάσχειν enim pati dicitur: secundum hebraeam autem linguam, sicut interpretati sunt qui noverunt, Pascha Transitus interpretatur. Nam et si interrogetis bene Graecos, negant graecum esse Pascha. Sonat ibi quidem πάσχειν, id est pati, sed non solet sic deflecti: passio enim πάθος graece dicitur, non pascha. Ergo Pascha, sicut dicunt qui noverunt, et qui nobis quod legeremus interpretati sunt, transitus inter-

conocen y nos la tradujeron para que nosotros la leyésemos, la consignaron en latín por *transitus,* tránsito o paso. Por eso, acercándose ya la pasión del Señor, usando el evangelista de esta palabra, dice: *Como hubiese llegado la hora de "pasar" Jesús de este mundo al Padre.* Luego aquí, en este verso, *yo soy el único hasta que "pase",* sonó también la palabra *pascha.* Después de la pascua, es decir, después del tránsito, ya no seré el único. Me imitarán muchos, muchos me seguirán. Y si después han de seguirme, ¿qué significa *yo soy el único hasta que pase?* ¿Qué significa lo que dice el Señor en este salmo: *Yo soy el único hasta que pase?* ¿Qué significa lo que he dicho? Si lo hemos entendido, atended a las palabras que se consignan en el Evangelio: *En verdad, en verdad os digo que, si el grano de trigo no muere al caer en la tierra, queda él solo; pero, si muriere, lleva mucho fruto.* Esto también lo consignó en donde dijo: *Cuando yo fuere levantado de la tierra, traeré a mí todas las cosas. Si el grano de trigo* —dice—*no muere al caer en tierra, queda solo; pero, si muriere, lleva mucho fruto.* Luego se promete mucha mies de aquel grano; pero espera; ha de morir; porque, si el grano no muere al caer en tierra, queda solo.

26. Luego era el único antes de morir. Por eso Pedro no tenía todavía tales fuerzas; había de tenerlas siguiéndole, mas no las tenía precediéndole. Por Cristo, es decir, por confesar el nombre de Cristo, debido a lo cual somos cristianos, nadie murió antes de Cristo. No penséis tal cosa. Muchos murieron y fueron mártires, muchos profetas padecieron diferentes clases de tormen-

pretatur. Ideo ventura passione Domini, tanquam ipso verbo loqueretur Evangelista: *Cum venisset,* inquit, *hora ut transiret Iesus de hoc mundo ad Patrem.* Pascha hic ergo sonuit in hoc versu, *Singularis ego sum, donec transeam.* Post Pascha iam non ero singularis, post transitum non ero singularis. Multi imitabuntur, multi consequentur: et si postea sequentur, quid erit? *Singularis ego sum, donec transeam.* Quid est quod Dominus ait in hoc psalmo, *Singularis ego sum, donec transeam?* quid est quod exposuimus? Si intelleximus, attende ipsius verba in Evangelio: *Amen, amen dico vobis,* inquit, *nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet; si autem mortuum fuerit, multum fructum affert.* Hoc ibi ait, ubi etiam dixit: *Cum exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum* (Io 12,24-25.32). *Nisi granum frumenti,* inquit, *cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet; si autem mortuum fuerit, multum fructum affert.* Ergo illi grano multa seges debebatur: sed exspecta, mortificetur adhuc; quia granum nisi in terram ceciderit et mortificatum fuerit, solum remanet.

26. Ergo solus erat, antequam esset mortificatus. Propterea et Petrus nondum habebat tales vires: accepturus erat vires sequendi, non habebat praecedendi. Propter Christum enim, id est, propter confessionem nominis Christi, quo christiani sumus, nemo mortuus est ante Christum: ne forte occurrat vobis. Multi enim mortui sunt et martyres sunt, multi Prophetae talia passi sunt; non tamen ideo moriebantur, quia

tos; sin embargo, no murieron pronosticando a Cristo; sino que, como ellos echaban en cara los pecados de los hombres y se oponían con entereza a sus iniquidades, se les cuenta entre los mártires. Si ciertamente no eran matados por confesar el nombre de Cristo, sin embargo, lo eran por la verdad. Hasta tal punto nadie murió por este nombre, es decir, por confesar el nombre de Cristo antes de caer el grano en tierra, del cual se dijo: *Yo soy el único hasta que pase,* que ni el mismo Juan Bautista, que recientemente fue decapitado por el rey inicuo, entregado a la joven saltarina, fue matado por confesar a Cristo. Sin duda pudo serlo por esta causa, y también pudieron serlo otros muchos; ya que, si el rey inicuo le mató por otra causa, ¡cuánto más pudieron matarle por Cristo los que mataron a Cristo! Pues Juan daba testimonio de Cristo. Pero quienes oían hablar de Cristo intentaban matar a Cristo, no a aquel que daba testimonio de El. Con todo, si por Cristo se hubieran echado sobre Juan, no le negaría, pues tenía suma fortaleza, y por ella fue llamado amigo del esposo. Poseía gracia extraordinaria, excelencia suma: *Entre los nacidos de mujer, nadie apareció mayor que Juan Bautista.* La violencia se ensañó en aquel que no tenía tales fuerzas; se ensañó en Pedro, no en Juan. Sin embargo, Pedro recibió más tarde esta fortaleza; al principio era débil. El que no tenía fuerzas fue interrogado por el nombre de Cristo, y el que las tenía no padeció persecución por este nombre, para que así no antecediese a Cristo padeciendo por su nombre. Los judíos que mataron a Cristo no mataron al que daba franco testimonio de Cris-

praenuntiabant Christum, sed quia peccato hominum dicebant in eos, et eorum iniquitatibus liberius resistebant; et habentur inter martyres. Iuste etenim si non pro nominis Christi confessione, tamen pro veritate occisi sunt. Usque adeo autem pro ipso nomine, id est, pro confessione nominis Christi nemo mortuus est, antequam granum illud caderet in terram, cuius ex persona dictum est, *Singularis ego sum, donec transeam,* ut et ipse Ioannes, qui recens interfectus erat, ab iniquo rege donatus puellae saltatrici, non propter hoc occisus sit, quia confessus est Christum. Potuit utique et inde occidi, et hoc a multis. Si propter aliud occisus est ab uno, quanto potius propter Christum potuit occidi ab his ipsis qui occiderunt Christum? Perhibebat enim Christo testimonium Ioannes. Illi qui audiebant Christum, ipsum occidere volebant, et eum qui testimonium perhibebat non occidebant. Quia enim si fieret impetus propter Christum in Ioannem, non negaret. (Erant quippe in illo vires magnae, quibus appellatus est amicus sponsi [Io 3,29]. Magna in illo gratia, magna excellentia: *In natis mulierum nemo exsurrexit maior Ioanne Baptista* [Mt 11,11]). Ergo in illum impetus factus est, qui non habebat tales vires: fit impetus in Petrum, non fit in Ioannem. Etenim vires ipsas Petrus post accepit; tunc autem infirmus fuit. Pro Christi nomine ille interrogatur qui vires non habebat: ille qui habebat vires, non patitur persecutionem propter Christum; ne pro nomine Christi antecederet Christum. Non occiditur a Iudaeis, qui perhibebat liberum testimonium

to; sin embargo, le mató Herodes, porque le decía: *No te es lícito tener por esposa la esposa de tu hermano.* Pues aún no había muerto su hermano sin dejar descendencia. Luego, matado por la verdad, por la equidad, por la justicia, por esto fue sano, por esto fue mártir, mas no por el nombre por el cual somos cristianos. ¿Y por qué así? Para que se cumpliera *yo soy el único hasta que pase.*

SALMO 141

[ORACIÓN DEL HOMBRE ABANDONADO DE DIOS]

SERMÓN AL PUEBLO

do; y también son llamados tinieblas, porque son impíos. De aquí que el Apóstol dice de muchos que creyeron de aquel número: *En algún tiempo fuisteis tinieblas, mas ahora luz en el Señor.* Antes de que fueseis luz, siendo tinieblas, ved a qué dominador tuvisteis. Los inicuos, ¿a quién tienen por rector? Al diablo; los piadosos y los fieles, a Cristo. Luego llamó al diablo y a sus ángeles *rectores o dominadores del mundo,* es decir, rectores de los amadores del mundo, rectores de los pecadores, que es lo mismo que rectores de estas tinieblas. A éstos tenemos por enemigos, y debemos rogar a Dios que nos libre de ellos.

15. Ve designado claramente un mundo y otro mundo en el mismo lugar de la Escritura: en el Evangelio. El mundo que hizo Dios y el mundo que rige el diablo, es decir, los amadores del mundo. Dios hizo a los hombres, pero no a los amadores del mundo. Amar al mundo es pecado, y Dios no hizo el pecado. Luego ve, según comencé a decir, a un mundo y a otro mundo. Se dijo: *En este mundo estaba.* ¿De quién se dijo: *En este mundo estaba?* De la Sabiduría, que es Cristo Jesús; y de ella se dijo también lo que poco antes conmemoré: *Abarca hasta el fin con fortaleza y ordena todas las cosas con suavidad. Alcanza a todas partes por su pureza y nada manchado hay en ella.* Luego estaba en este mundo, y el mundo fue hecho por El, *y el mundo no le conoció.* Aquí se perciben los dos mundos: *el mundo fue hecho por El, y el mundo no le conoció.* El mundo que fue hecho por Jesucristo no es gobernado por los príncipes y potestades de las tinieblas, sino el mundo que no conoció a Cristo; es decir, los amadores del mundo, los

ex ipso numero credentibus multis, quid dicit Apostolus? *Fuistis aliquando tenebrae; nunc autem lux in Domino* (ib. 5,8). Antequam essetis ergo lux, cum tenebrae essetis, attendite quem rectorem habuistis. Quem rectorem habent iniqui, nisi diabolum, quomodo pii et fideles rectorem habent Christum? Ergo diabolum et angelos eius *rectores mundi* appellavit, id est, rectores dilectorum mundi, rectores peccatorum, quod est, *tenebrarum harum:* ipsos habemus inimicos, a quibus debemus deprecari Dominum ut eruamur.

15. Audi mundum et mundum aperte uno loco in Scriptura sancta, in Evangelio: mundum quem fecit Deus; mundum quem regit diabolus, id est, dilectores mundi. Homines enim ipsos fecit Deus; dilectores mundi non eos fecit. Mundum enim diligere peccatum est; peccatum autem non fecit Deus. Audi ergo, ut dicere coeperam, mundum et mundum. *In hoc mundo erat,* dictum est. De quo dictum est, *In hoc mundo erat,* nisi de Sapientia Dei, quod est Christus Iesus; de qua dictum est quod paulo ante commemoravi, *Pertendit a fine usque ad finem fortiter, et disponit omnia suaviter?* (Sap 8,1). *Attingit enim ubique propter suam munditiam, et nihil inquinatum in illam incurrit* (Sap 7,24-25) Ergo, *In hoc mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognovit.* Audisti duos mundos: *Mundus per eum factus est, et mundus eum non cognovit* (Io 1,10). Non mundus qui factus est per

pecadores, los inicuos, los soberbios e infieles. ¿Por qué son mundo los pecadores? Porque aman el mundo, y amando habitan el mundo; así como se dice casa al edificio y a los que habitan en él. Con frecuencia se dice buena casa al buen edificio, y también a los buenos que moran en ella. Asimismo, de dos modos se dice "Guárdate de esta casa, que es mala"; se dice; "Esta casa es mala; guárdate de ella", atendiendo a la ruina, no sea que caiga y te aplaste. También se dice de otra manera "esta casa es mala": "Guárdate de ella para que no caigas en los lazos de los cazadores; para que, pobre, no te oprima el rico; para que no padezcas algún fraude". Así como hay casa y casa, es decir, dos casas distintas, así hay mundo y mundo, a saber, dos mundos diversos. ¿Por qué los justos, aun cuando se hallan en este mundo, no se llaman mundo? Porque el Apóstol dice: *Caminamos en carne, pero no militamos según la carne,* pues *nuestra conversación o trato está en los cielos.* El justo habita en el mundo en cuanto a la carne, pero su corazón está en Dios. Con todo, él mismo es llamado mundo si oye sin hacer caso: *¡Arriba los corazones!* Pero si lo oye preocupándose, habita arriba. El Apóstol dice: *Estáis muertos y vuestra vida está escondida con Cristo en Dios.* Aquellos que viven aquí, es decir, que tienen puesto el amor y el deseo en el mundo, que lo emplean y lo embarazan en él, con razón se llaman moradores del mundo, pues rectamente se llaman mundo los que habitan el mundo, conforme se llaman casa los que habitan la casa. Luego hay dos mundos: el mundo que fue hecho por El y el mundo que no le conoció. Ved el mundo hecho por el Señor y el mundo

Iesum, ab illis principibus et potestatibus tenebrarum regitur; sed mundus qui non cognovit Iesum, id est, dilectores mundi, peccatores, iniqui, superbi et infideles. Unde mundus peccatores? Quia diligunt mundum, et diligendo inhabitant mundum; quomodo domus dicitur et fabrica, et inhabitantes. Bona domus, plerumque bona fabrica; et bona domus, quia boni conversantur in ea. Et, Cave domum istam, quia mala est, duobus modis dicitur. Mala est domus haec, cave; forte propter ruinam, ne aliquid cadat et te premat: dicitur et sic alio modo, Cave domum istam malam, ne incurras in laqueum venantium, ne pauper opprimaris a divite, ne fraudem aliquam patiaris. Quomodo ergo domus et domus, sic mundus et mundus. Quare autem et iusti, cum sint et ipsi in mundo, non dicuntur mundus? Quia dicit Apostolus: *In carne autem ambulantes, non secundum carnem militamus* (2 Cor 10,3); *conversatio enim nostra in caelis est* (Phil 3,20). Habitat hic iustus carne, sed corde cum Deo est. Et ipse apellatur mundus, si sine causa audit. Sursum cor: si autem est causa quare audit, sursum habitet. *Mortui enim estis,* dicit, *et vita vestra abscondita est cum Christo in Deo* (Col 3,3). Quorum autem vita hic est, id est, quorum desiderium et amor hic haeret, hic conteritur, hic implicatur, bene dicuntur habitatores mundi: et bene dicuntur mundus, illi qui habitant mundum; sicut bene dicuntur domus, illi qui habitant domum. Mundus ergo et mundus: *Mundus per eum factus est, et mundus eum non cognovit.* Ecce mundus factus per Domi-

que no conoció al Señor. Tú alaba al edificio y ama al Constructor. No ames morar en el edificio, sino mora en el Constructor.

16. *Líbrame de los que me persiguen, porque son más fuertes que yo.* ¿Quién dijo *son más fuertes que yo?* Clama el Cuerpo de Cristo, claman los miembros de Cristo: es la voz de la Iglesia. El número de los pecadores creció sobremanera: *Y porque se acrecentó la iniquidad, se entibiará la caridad de muchos. Líbrame de los que me persiguen, porque son más fuertes que yo.*

17 [v.8]. *Saca a mi alma de la cárcel para que confiese o alabe tu nombre.* Esta cárcel se entendió de diferentes maneras por nuestros antecesores. Quizá esta cárcel es la cueva de la que habla el título de este salmo, pues se intitula así: *De inteligencia para David cuando estuvo en la cueva. Plegaria.* La cueva es cárcel. Propuse dos cosas al entendimiento; pero, si entendemos una ambas, serán entendidas. El merecimiento constituye la cárcel; porque un mismo edificio, para unos es casa y para otros cárcel. Los que custodian a los reclusos, aun cuando custodien en su casa a los que estrechamente son vigilados y se hallan en la cárcel, ¿por ventura ha de decirse que también ellos están encarcelados? Una sola es la morada para unos y otros: para unos, morada de libertad; para otros, cárcel de reclusión. A otros les pareció que la cueva y la cárcel era este mundo, y, por tanto, que la Iglesia ruega ser libertada de la cárcel, es decir, de este mundo que se halla debajo del sol, en el que todas las cosas son vanidad. Pues se dice: *Todas las cosas son vanidad y presunción de espíritu en toda obra*

num. Lauda tu fabricam, et ama fabricatorem; et noli amare habitare in fabrica, sed habita in fabricatore.

16. *Erue me a persequentibus me; quoniam corroborati sunt super me.* Quis dixit, *corroborati sunt super me?* Corpus Christi clamat, Ecclesiae vox est, membra Christi clamant: Multum crevit numerus peccatorum. *Quoniam abundavit iniquitas, refrigescet charitas multorum* (Mt 24,12). *Erue me a persequentibus me; quoniam corroborati sunt super me.*

17 [v.8]. *Educ de carcere animam meam, ut confiteatur nomini tuo.* Carcer iste a prioribus varie intellectus est. Et forte ipse est carcer qui scribitur in titulo, *spelunca.* Titulus enim psalmi huius ita se habet: *Intellectus ipsi David, cum esset in spelunca, oratio.* Quae spelunca, ipse et carcer. Duo quaedam intelligenda proposuimus; sed unum cum intellexerimus, utrumque erit. Merita carcerem faciunt. Nam in uno quodam habitaculo, alteri domus est, alteri carcer est. Illi qui custodiunt homines inclusos; etsi in domo sua custodiant, illi qui arctius custodiuntur, in carcere sunt: numquid et illi in carcere esse dicendi sunt? Unum habitaculum est et illi et illi; alteri facit domum libertas, alteri carcerem servitus. Quibusdam ergo visum est quod spelunca et carcer mundus iste sit; et hoc orat Ecclesia, ut de carcere educatur, id est, de hoc mundo, de sub sole, ubi omnia vanitas. Dicitur enim, *Omnia vanitas, et praesumptio spiritus in omni opere hominis, quo ipse laborat sub sole*

del hombre que ejecuta debajo del sol. Luego Dios nos promete que hemos de estar fuera de este mundo en no sé qué descanso; y quizá por esto clamamos desde este lugar: *Saca a mi alma de la cárcel.* Nuestra alma se halla en Cristo por la fe y la esperanza, conforme lo dije hace poco: *Nuestra vida se halla escondida con Cristo en Dios.* Sin embargo, nuestro cuerpo se halla en esta cárcel, en este mundo. Si hubiera dicho: "Saca a mi cuerpo de la cárcel", con toda seguridad hubiéramos entendido que la cárcel es el mundo. Con todo, quizá, atendiendo a que nos retienen algunos deseos terrenos, contra los que luchamos y combatimos, porque *veo otra ley en mis miembros que combate contra la ley de mi mente,* decimos rectamente: *Saca a mi alma de este mundo,* es decir, de los trabajos y angustias de este mundo, pues la carne, que tú creaste, no me sirve de cárcel, sino la depravación de la carne, las angustias y las tentaciones.

18. Algunos dijeron que la cueva y la cárcel era este cuerpo, de suerte que *saca de la cárcel a mi alma* quiere decir "sácala del cuerpo". Pero esta sentencia flaquea algún tanto. Pues ¿qué cosa grande expresa *saca de la cárcel a mi alma* significando "saca a mi alma del cuerpo"? Las almas de los ladrones y criminales, ¿no salen del cuerpo y van a penas más terribles que las que padecieron aquí? ¿Qué cosa extraordinaria se pide al decir: *Saca de la cárcel a mi alma,* siendo así que, tarde o temprano, necesariamente saldrá? Quizá dice el justo: "Muera ya; saca de esta cárcel del cuerpo a mi alma." Si se da demasiada prisa, le falta la caridad. Esto

(Eccl 1,2-3). Ergo extra istum mundum in nescio qua requie pollicetur nobis Deus quod futuri simus; forte ideo de loco isto clamamus, *Educ de carcere animam meam.* Anima nostra per fidem et spem in Christo est, sicut paulo ante dixi: *Vita vestra abscondita est cum Christo in Deo.* Corpus autem nostrum in isto carcere, in isto mundo. Si diceret, Educ de carcere corpus meum; securi acciperemus carcerem mundum. Fortasse tamen propter aliqua quae nos tenent desideria terrena, contra quae luctamur et dimicamus, quia, *Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meae* (Rom 7,23); recte dicimus, Educ animam meam de hoc mundo, id est, de laboribus et pressuris huius saeculi. Non enim caro quam tu fecisti, sed corruptela carnis, et pressurae, et tentationes carcer mihi sunt.

18. Aliqui autem dixerunt carcerem istum et speluncam corpus hoc esse, ut hoc sit, *Educ de carcere animam meam.* Sed et iste intellectus vacillat aliquantum. Quid enim magnum, *Educ de carcere animam meam,* Educ de corpore animam meam? latronum animae et sceleratorum nonne exeunt de corpore, et eunt in peiores poenas quam hic pertulerunt. Quid ergo magnum petitur, *Educ de carcere animam meam;* cum sive sero, sive cito, necesse sit exire? Forte iustus dicit: Iam moriar; educ de carcere isto corporis animam meam. Si nimis festinat, non habet charitatem. Desiderare quidem hoc debet et concupiscere, sicut Apostolus ait: *Concupiscentiam habens dissolvi et esse cum Christo; multo enim magis*

lo debe desear y anhelar, conforme lo prescribe el Apóstol: *Deseo morir y estar con Cristo; esto es mucho más ventajoso.* Pero ¿en dónde está la caridad? Por eso prosigue: *Pero más necesario me es permanecer en la carne por vosotros.* Luego saque Dios al alma del cuerpo cuando quisiere. Puede también llamarse cárcel nuestro cuerpo; no porque sea cárcel lo que Dios hizo, sino porque fue castigado y se hizo mortal. En nuestro cuerpo deben considerarse dos cosas: la hechura de Dios y el castigo debido al mérito. Toda esta figura: compostura, movimiento, orden de los miembros, disposición de los sentidos; el ver, el oír, el oler, el gustar y el palpar, toda esta trabazón y distinción del hombre, no pudo ser hecha sino por Dios, que creó todas las cosas, las terrestres y las celestes, las de arriba y las de abajo, la visibles y las invisibles. ¿Qué cosas hay en El pertenecientes a nuestro castigo? Ser la carne corruptible, frágil, mortal, indigente; puesto todo esto, no pertenece a premio. Cuando resucite el cuerpo, ciertamente será cuerpo. Pero ¿qué no habrá en él? La corrupción, pues esto corruptible se vestirá de incorrupción. Luego, si la carne te sirve de cárcel, el cuerpo no es tu cárcel, sino la corrupción de tu cuerpo. Dios hizo tu cuerpo bueno, porque El es bueno; pero, como justo, le castigó con la corrupción, porque es juez. Lo primero lo tienes debido a la gracia; lo segundo, a la pena o castigo. Quizá dijo: *Saca de la cárcel a mi alma,* en este sentido: "Saca de la corrupción a mi alma". Si lo entendemos así, no desbarramos. Este sentido es evidente.

19. En fin, hermanos, según creo, se dijo: *Saca de la cárcel a mi alma,* como si dejera: "Sácala de la angustia." Para el hom-

optimum (Phil 1,23-24). Sed ubi est charitas? Ergo sequitur, *Manere ir carne necessarium propter vos.* De corpore ergo educat Deus, quando voluerit. Posset dici et corpus nostrum carcer, non quia carcer est quod decit Deus, sed quia poenale et mortale. Duo enim consideranda sunt in nostro corpore; figmentum Dei, et poena meriti. Tota ista forma, status, incessus, membra ordinata, sensuum dispositiones, videre, audire, olfacere, gustare, contingere; omnis haec compago et fabricae distinctio, non potuit fieri nisi a Deo, qui omnia operatus est, caelestia, terrestria, summa et ima, visibilia et invisibilia. Quid ergo ibi poenale nostrum? Quod corruptibilis caro, quod fragilis, quod mortalis, quod indigens: hoc non erit in praemio. Non enim corpus non erit, cum corpus resurgat. Sed quid ibi non erit? Corruptio: corruptibile enim hoc induet incorruptionem (1 Cor 15,53). Ergo si caro tibi carcer est, non corpus est carcer tuus, sed corruptio corporis tui. Corpus enim tuum fecit Deus bonum, quia bonus est; corruptionem intulit iustus, quia iudex est: illud habes de beneficio, illud habes de supplicio. Hoc ergo forte dixit, *Educ de carcere animam meam.* Educ de corruptione animam meam. Si sic intelligamus, non est blasphemia; intellectus constat.

19. *Ad* extremum, fratres, sicut arbitror, hoc dixit, *Educ de carcere animam meam.* Educ ab angustia. Gaudenti enim homini et carcer latus

bre alegre, la cárcel es ancha; para el triste, la llanura es angosta. Luego pide ser sacado de la estrechez; pues, aun cuando en esperanza posea la anchura, sin embargo, en la realidad presente padece angostura. Ve la angostura del Apóstol: *No descansó mi espíritu* —dice—*por no haber hallado a Tito, mi hermano.* Y en otro lugar: *¿Quién enferma que no enferme yo? ¿Quién tropieza que yo no me abrase?* Quien enfermaba y se quemaba, ¿por ventura no se hallaba en la cárcel y entre penas? Pero estas penas debidas a la caridad constituyen una corona. De aquí que dice además: *Me falta la corona de justicia, que me dará en aquel día el Señor, justo juez.* A esto se aplica *saca de la cárcel a mi alma para que confiese tu nombre.* Libre ya de la corrupción, ¿qué le resta confesar? Allí ya no hay pecados, sino alabanzas. La confesión puede ser de dos cosas: de nuestros pecados o de alabanza de Dios. La confesión de los pecados de tal modo es conocida a todo el pueblo cristiano, que, cuando topamos en la lectura con la palabra *confesión,* ya se diga en alabanza o confesando los pecados, inmediatamente nos golpeamos el pecho. Luego a todos es conocida la confesión de los pecados. Investiguemos la confesión que se refiere a la alabanza. ¿En dónde la encontraremos? En la Escritura. *Esto diréis confesando: "Todas las obras de Dios son buenas."* Luego esta confesión es de alabanza. En otro lugar también dice el mismo Señor: *Te confieso, ¡oh Padre!, Señor del cielo y de la tierra.* ¿Qué confesaba? ¿Por ventura pecados? El confesar de Cristo era alabar. Oye la alabanza hecha al Padre: *Te alabo*—dice—*porque*

est, et tristi pratum angustum est. Ergo orat se educi ab angustia. Quamvis enim in spe latitudinem habeat, in re tamen praesenti angustatur. Attende angustias Apostoli: *Non habui requiem spiritu meo,* dixit; *quia non inveni Titum fratrem meum* (2 Cor 2,13). Alio loco: *Quis infirmatur, et ego non infirmor? quis scandalizatur, et ego non uror?* (ib. 9,29). Qui ergo et infirmabatur et urebatur, nonne in poenis et carcere erat? Sed istae poenae ex charitate coronam parturiunt. Unde iterum dicit: *Superest mihi corona iustitiae, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex* (2 Tim 4,8). Ad hoc valet, *Educ de carcere animam meam, ut confiteatur nomini tuo.* Iam educta de corruptione, quid habet confiteri? Peccata ibi non sunt, sed laudes sunt: duobus autem modis confessio intelligitur, et in peccatis nostris, et in laude Dei. In peccatis nostris nota est confessio, et ita nota omni populo, ut quando auditum fuerit nomen confessionis in lectione, sive in laude dicatur, sive de peccatis dicatur, currant pugni ad pectus. Notum est ergo nomen confessionis de peccato: confessionem in laude quaeramus. Ubi invenimus? Habes in Scripturis: *Et haec dicetis in confessione, Opera Domini universa quoniam bona valde* (Eccl 39,20 et 21). Ergo hic confessio laudis est. Alio loco ipse Dominus dicit: *Confiteor tibi, Pater, Domine caeli et terrae.* Quid confitebatur? numquid peccata? Christi ergo confiteri,

escondiste estas cosas a los sabios y prudentes y se las revelaste a los párvulos. Luego como después de estas angustias debidas a la corrupción hemos de habitar en la casa de Dios, toda nuestra vida no será más que alabanza de Dios. Se os dijo ya muchas veces que, desaparecida la necesidad, todos los ejercicios u ocupaciones de la necesidad caen por su base, porque no habrá allí otra cosa que hacer. No digo "en el día y en la noche", pues allí no hay noche, sino "en el día", y, puesto que sólo hay día, no habrá otra cosa que hacer si no es alabar a quien amamos, porque entonces también le veremos. Ahora deseamos al que no vemos; entonces ¿de qué modo alabaremos al que vemos y amamos? La alabanza no tendrá fin, porque no lo tiene el amor. Luego como haremos esto allí, por esto *saca de la cárcel a mi alma para que alabe tu nombre. Bienaventurados los que moran en tu casa; por los siglos de los siglos te alabarán.* Ahora lo impide la cárcel, porque *el cuerpo corruptible agrava el alma.* Entonces tendremos también cuerpo; pero el simple cuerpo no agrava el alma, sino *el cuerpo corruptible.* Luego la corrupción, no el cuerpo, constituye la cárcel. *Saca de la cárcel a mi alma para que alabe tu nombre.* La voz que se oye a continuación suena de parte de la Cabeza, es de nuestro Señor Jesucristo. Y es la misma que la última de ayer. La última de ayer, si recordáis, fue ésta: *Yo soy el único hasta que pase.* ¿Cuál es la última aquí? *Los justos me esperarán hasta que me recompenses.*

erat laudare. Et audi laudem Patris: *Quia abscondisti haec,* inquit, *a sapientibus et prudentibus, et revelasti ea parvulis* (Mt 9,25). Quia ergo post istas corruptionis angustias habitabimus in domo Dei, tota vita nostra non erit nisi laus Dei. Iam saepe vobis expositum est quia recedente necessitate omnia negotia necessitatis intercidunt; quoniam non erit quid ibi agamus. Non dico die ac nocte, ubi nox non est; sed toto die, cum unus dies est, non erit quid ibi agamus, nisi laudemus quem diligimus, quia tunc et videbimus. Modo non visum desideramus, et laudamus; tunc visum quod amamus, quomodo laudabimus? Sine fine erit laus, quia sine fine amor. Quia ergo hoc ibi agemus, ideo *educ de carcere animam meam, ut confiteatur nomini tuo.* Beati enim qui habitant in domo tua; in saecula saeculorum laudabunt te (Ps 83,5). Modo impedit carcer, quia *corpus quod corrumpitur, aggravat animam* (Sap 9,15). Non corpus aggravat animam (nam et tunc habebimus corpus); sed *corpus quod corrumpitur.* Ergo carcerem facit non corpus, sed corruptio. *Educ de carcere animam meam, ut confiteatur nomini tuo.* Iam vox quae sequitur, ex capite sonat, Domini nostri Iesu Christi. Et est talis ipsa, qualis hesterna ultima. Hesterna enim ultima, si meministis, haec fuit: *Singularis ego sum, donec transeam* (Ps 140,10). Et hic quae est ultima? *Me sustinebunt iusti, quoadusque retribuas mihi.*

SALMO 142

[HUMILDE ORACIÓN EN UN PELIGRO]

SERMÓN AL PUEBLO

1. Sobre el salmo que hemos cantado, hablaré a vuestra caridad lo que el Señor me sugiera. La brevedad del salmo que ayer expuse nos proporcionaba tiempo sobrado para hablar de pocas cosas tendidamente; hoy, como el salmo es más largo, no debemos detenernos tanto en cada uno de los versillos, no suceda que el Señor no nos conceda que podamos exponerlo íntegro.

2 [v.1]. El título del salmo dice: *Para David cuando le perseguía Absalón, su hijo.* Por los libros de los Reyes sabemos que Absalón fue enemigo declarado de su padre y que desencadenó contra él no sólo la guerra civil, sino también la doméstica; y también que David, no siendo abandonado por iniquidad, sino humillado con piedad, recibió del Señor la corrección; soportó la medicina y no devolvió iniquidad por iniquidad, sino que tuvo preparado el corazón para seguir la voluntad de Dios. David se mostró de este modo digno de alabanza. Pero en él debe ser reconocido otro David *de mano fuerte,* conforme lo significa la palabra *David:* nuestro Señor Jesucristo. (Sabéis que) los hechos pasados fueron figura de los presentes o que habían de venir; por tanto, no ha de recordarse continuamente lo que oísteis tantas veces y perfectamente recordáis. Luego busquemos en este salmo

PSALMUS 142

SERMO AD POPULUM

1. De psalmo quem cantavimus, loquar quod Dominus dederit, Charitati vestrae. Hesterno die psalmus brevior tractabatur, sed spatium temporis dabat nobis copiam etiam de paucis multa dicendi: nunc quoniam prolixior psalmus est, non debemus tantum in singulis versibus immorari; ne forte non concedat Dominus facultatem, ut totum peragere valeamus.

2 [v.1]. Titulus Psalmi est, *Ipsi David, quando eum filius suus persequebatur.* In Regnorum libris novimus hoc factum esse, exstitisse inimicum Abessalon patri suo, gessisse contra illum non solum civile, verum etiam domesticum bellum: illum autem non deiectum inique, sed humiliatum pie, accepisse a Domino disciplinam; sustinuisse medicinam, non retribuentem iniquitati iniquitatem, sed paratum cor habuisse ad sequendam Domini voluntatem (2 Reg 15-16). Ille David ita laudabilis: sed alius David vere Manu fortis, quod interpretatur David, Dominus noster Iesus Christus agnoscendus est nobis. Praeterita enim illa facta figurae fuerant futurorum; nec diu commendandum est quod saepe audistis, quod optime retinetis. Quaeramus ergo in hoc psalmo Dominum et Salvatorem nostrum Iesum Christum praenuntiantem se per hanc prophetiam, et

a nuestro Señor y Salvador Jesucristo, anunciado en esta profecía, y veamos también qué había de acontecer en este tiempo atendiendo a las cosas que tiempo ha sucedieron anunciándose. El, puesto que es Verbo de Dios, se anunciaba en los profetas, ya que ellos no decían nada sino llenos de este Verbo. Luego anunciaban a Cristo llenos de Cristo; y le anunciaban como venidero quienes precediéndole no eran por El abandonados. Por tanto, veamos de qué modo su hijo perseguía a Cristo, pues tenía Cristo hijos de los cuales dijo: *No ayunan los hijos del Esposo mientras el Esposo está con ellos; cuando les sea quitado el Esposo, entonces ayunarán los hijos del Esposo.* Luego los hijos del Esposo son sus apóstoles. Entre ellos hubo un diablo, Judas el perseguidor. Cristo ha de anunciar su pasión en este salmo. Oigamos.

3. Ruego a vuestra caridad que atienda; no para enseñaros lo que ignoráis, sino para recordaros lo que ya sabéis: que el Señor y Salvador nuestro Jesucristo es Cabeza de su Cuerpo, y que el único Mediador entre Dios y los hombres es el hombre Jesucristo, nacido de la Virgen como en la soledad, según oímos decir en el Apocalipsis. Creo que por la soledad nació El únicamente, ya que la mujer dio a luz a este que había de regir con vara de hierro al pueblo. Esta mujer es la antigua ciudad de Dios, de la que se dijo en el salmo: *Cosas excelsas se dijeron de ti, ciudad de Dios.* Esta ciudad comienza con Abel, así como la mala con Caín. Esta antigua ciudad de Dios, que también se llama Jerusalén y Sión, tolera continuamente en la tierra esperando el cielo. De

quid futurum esset in hoc tempore, per ea quae pridem facta sunt praedicantem. Ipse enim se in Prophetis praedicabat; quoniam ipse est Verbum Dei; nec illi tale aliquid dicebant, nisi pleni Verbo Dei. Annuntiabant ergo Christum, pleni Christo; et illi eum venturum praecedebant, quos praecedentes non deserebat. Agnoscamus ergo quemadmodum et Christum persequebatur filius suus: habebat enim filios, de quibus dicebat, *Non ieiunant filii sponsi, quamdiu cum eis est sponsus: cum autem ab eis ablatus fuerit sponsus, tunc ieiunabunt filii sponsi* (Mt 9,15). Ergo filii sponsi, Apostoli: et inter hos persecutor Iudas diabolus. Passionem itaque suam in hoc psalmo praedicaturus est Christus; audiamus.

3. Rursus autem ad hoc intentam facimus Charitatem vestram, non docendo quod ignoratis, sed admonendo quod nostis; Dominum et Salvatorem nostrum Iesum Christum caput esse corporis sui, illum unum mediatorem esse Dei et hominum, hominem Iesum (1 Tim 2,5), natum ex virgine, tanquam in solitudine, sicut in Apocalypsi audivimus. Per solitudinem quippe arbitror, quod solus ita natus est. Hunc enim illa mulier peperit, recturum populum in virga ferrea (Apoc 12, 5 et 6). Haec autem mulier, antiqua est civitas Dei, de qua in psalmo dicitur: *Gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei.* Haec civitas initium habet ab ipso Abel, sicut mala civitas a Cain. Antiqua ergo ista civitas Dei, semper tolerans terram, sperans caelum, quae etiam Ierusalem vocatur et Sion. Utique de nato quodam in Sion, et conditore ipsius

cierto nacido en Sión y creador de la misma Sión dijo un salmo: *La madre Sión se llamará hombre.* ¿Qué hombre? *Y el hombre fue hecho en ella y el mismo Altísimo la fundó.* En fin, el mismo hombre fue hecho en Sión, pero fue hecho hombre humilde; con todo, el mismo Altísimo fundó la ciudad en la cual fue hecho hombre. Así, pues, también aquella mujer se vestía de sol, del mismo sol de justicia, a quien no conocen los impíos, que al fin han de decir: *Hemos errado del camino de la verdad, y la luz de la justicia no nos alumbró, ni el sol nació para nosotros.* Luego hay cierto sol de justicia que no nació para los impíos. Por lo que se refiere a este sol terreno, Dios lo hace nacer para los buenos y para los malos. Luego estaba vestida de sol y llevaba en sus entrañas al Niño que había de dar a luz. El era el Creador de Sión y el que había de nacer en Sión, y la mujer era la ciudad de Dios, la cual estaba iluminada por la luz de Dios y se hallaba embarazada con la carne de El. Con razón tenía, pues, la luna debajo de sus pies, puesto que sujetaba con su virtud la mortalidad creciente y decreciente de la carne. Luego el mismo Señor nuestro Jesucristo es Cabeza y Cuerpo, pues El, que se dignó morir por nosotros y hacernos miembros suyos, quiso también hablar por nosotros. Así, pues, algunas veces habla en persona de sus miembros, otras en su propia persona, como Cabeza nuestra. El tiene algo que puede hablar sin nosotros; nosotros no podemos decir nada sin El. El Apóstol dice: *Supliré en mi carne lo que falta de la tribulación de Cristo.* Supliré, dice, lo que falta de la tribulación de Cristo; no de la mía, sino de la de Cristo; pero *en la carne* no de Cristo,

Sion, psalmus quidam dicit: *Mater Sion, dicet homo.* Quis homo? *Et homo factus est in ea; et ipse fundavit eam Altissimus* (Ps 86,3.5). Denique ipse in Sion factus est homo, sed humilis factus est homo; et idem ipse Altissimus fundavit eam civitatem in qua factus est homo. Itaque et illa mulier sole cooperiebatur, sole ipso iustitiae quem non cognoscunt impii; qui dicturi sunt in fine: *Ergo erravimus a via veritatis, et iustitiae lumen non luxit nobis, et sol non ortus est nobis* (Sap 5,6). Est ergo quidam sol iustitiae qui non oritur impiis. Caeterum istum solem facit oriri super bonos et malos (Mt 5,45). Ergo et amicta erat sole, et gestabat visceribus masculum paritura. Idem ipse erat condens Sion, et nascens in Sion: et illa mulier civitas Dei, eius luce protegebatur, cuius carne gravidabatur. Merito et lunam sub pedibus habebat (Apoc 12,1-2), quia mortalitatem crescentis et decrescentis carnis virtute calcabat. Ergo ipse Dominus Iesus Christus caput et corpus: voluit enim etiam loqui in nobis, qui dignatus est mori pro nobis; membra sua nos fecit. Aliquando itaque ex persona membrorum suorum loquitur, aliquando ex persona sua, tanquam capitis nostri. Habet aliquid ille quod dicat sine nobis; nos sine illo nihil possumus dicere. Apostolus dicit: *Ut suppleam quae desunt pressurarum Christi, in carne mea* (Col 1,24). *Ut suppleam,* inquit, *quae desunt pressurarum,* non mearum, sed *Christi; in carne,* non iam Christi, sed *mea.* Patitur, in-

sino *mía*. Cristo padece aún tribulación, mas no en su carne, con la que subió al cielo, sino en la mía, que aún sufre en la tierra. Cristo soporta tribulación en mi carne, pues dice: *Ya no vivo yo, sino que Cristo vive en mí*. Si no padeciese Cristo tribulación en sus miembros, esto es, en su fieles, Saulo no hubiera perseguido en la tierra a Cristo, que estaba sentado en el cielo. En fin, exponiendo esto claramente en otro lugar, dice: *Como el cuerpo es uno y tiene muchos miembros, y como todos los miembros del cuerpo, siendo muchos, son un solo cuerpo, del mismo modo también es Cristo*. No dice: "Así es Cristo y el cuerpo", sino: *Como un cuerpo tiene muchos miembros, así también Cristo*. Luego como todo el cuerpo es Cristo y como Cristo es todo el cuerpo, por eso dice la Cabeza desde el cielo: *Saulo, Saulo, ¿por qué me persigues?* Retened esto y fijadlo de una vez para siempre en la memoria como hijos adoctrinados en las enseñanzas de la Iglesia y en la fe católica, a fin de que sepáis que Cristo es Cabeza y Cuerpo y que el mismo Cristo es el Verbo unigénito de Dios, igual al Padre, y por esto veáis con cuánta gracia escaláis a Dios por haber querido ser uno con vosotros el que es uno con el Padre. ¿Cómo es uno con el Padre? *Yo y el Padre somos uno*. ¿Cómo es uno con nosotros? El Apóstol dice que *no dice: "A Abrahán y a tus linajes," como hablando de muchos, sino: "y a tu linaje, que es Cristo", como hablando de uno*. Pero dirá alguien: "Si Cristo es linaje de Abrahán, ¿por ventura también lo seremos nosotros?" Acordaos que Cristo es linaje de Abrahán; por tanto, si nosotros somos linaje de Abrahán, somos también Cristo. *Como un cuerpo tiene muchos miem-*

quit, adhuc Christus pressuram; non in carne sua, in qua ascendit in caelum, sed in carne mea, quae adhuc laborat in terra. Christus, inquit, pressuram patitur in carne mea: *Vivo enim non iam ego, vivit vero in me Christus* (Gal 2,20). Nisi enim Christus et in membris suis, hoc est fidelibus suis, pressuram ipse pateretur, Saulus in terra Christum in caelo sedentem non persequeretur. Denique aperte hoc exponens quodam loco: *Sicut enim corpus unum est*, inquit, *et membra multa habet; omnia autem membra corporis cum sint multa, unum est corpus: ita et Christus* (1 Cor 12,12). Non ait, Ita et Christus et corpus; sed, *corpus unum membra multa, ita et Christus*. Totum ergo Christus: et quia totum Christus, ideo caput de caelo, *Saule*, inquit, *Saule, quid me persequeris?* (Act 9,4). Tenete hoc, et fixum omnino commendate memoriae, tanquam filii ecclesiasticae eruditionis et fidei catholicae, ut agnoscatis Christum caput et corpus, eumdemque Christum Verbum Dei unigenitum aequalem Patri; et inde videatis quanta gratia pertingatis ad Deum, ut ipse voluerit esse nobiscum unus, qui est cum Patre unus. Quomodo cum Patre unus? *Ego et Pater unum sumus* (Io 10,30). Quomodo nobiscum unus? *Non dicit*, inquit, *Et seminibus, tanquam in multis; sed tanquam in uno, Et semini tuo, quod est Christus*. Sed ait aliquis: Si Christus semen Abrahae, numquid et nos? Mementote quia semen Abrahae Christus; ac per hoc si et nos semen Abrahae,

bros, del mismo modo también Cristo; y: *Cuantos en Cristo fuisteis bautizados, de Cristo os vestisteis.* Sin duda, Cristo es linaje de Abrahán; no pueden contradecirse las palabras claras del Apóstol: *y a tu linaje, que es Cristo.* Oíd también lo que nos dice a nosotros: *Si vosotros sois de Cristo, luego sois linaje de Abrahán.* Por esto es grande aquel sacramento: *Serán dos en una carne;* y el Apóstol dice: *Este sacramento es grande, pero yo lo digo en orden a Cristo y a la Iglesia.* Cristo y la Iglesia son dos en una carne. Aplica o emplea la palabra *dos* atendiendo a la diferencia de la majestad. Dos son ciertamente, pues nosotros no somos el Verbo, nosotros no somos Dios en el principio en Dios, nosotros no somos Aquel por el cual fueron hechas todas las cosas. Pero nos acercamos a la carne, y allí está Cristo; El y también nosotros. No nos maravillemos de sus palabras en los Salmos, pues dice muchas cosas en persona de la Cabeza, y muchas en representación de los miembros. Este todo, siendo como una persona, habla así. Por tanto, no te extrañes de que sean dos en una voz, siendo como son dos en una carne.

4. Judas, hijo del esposo, persigue al esposo. Esto aconteció entonces. Pero ¿por ventura no es un ejemplo antecedente de hechos futuros? La Iglesia había de soportar a muchos falsos hermanos para que de este modo el hijo persiga al esposo hasta el fin. *Si el enemigo me hubiera afrentado, ciertamente lo toleraría; y, si el que me odiaba hubiera hablado grandes cosas de mí, me hubiera escondido, sin duda, de él.* ¿Quién es el enemigo? ¿Quién es el que me odiaba? El que dice: "¿Quién es Cristo?" Cristo fue hombre,

ergo et nos Christus. *Quomodo unum corpus multa membra, ita et Christus:* et *Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis.* Nempe semen Abrahae Christus; nec contradici potest apostolicis apertissimis verbis, *Et semini tuo, quod est Christus.* Videte quid nobis dicat: *Si autem vos Christi, ergo semen Abrahae estis* (Gal 3,16.27.29). Ideo magnum est illud sacramentum: *Erunt duo in carne una* (Gen 2,24). Apostolus dicit: *Sacramentum hoc magnum est; ego autem dico in Christo et in Ecclesia* (Eph 5,32). Christus et Ecclesia, duo in carne una. Refer ad distantiam maiestatis duo. Duo plane. Non enim et nos Verbum, non enim et nos in principio Deus apud Deum, non enim et nos ille per quem facta sunt omnia (Io 1,1.3). Venitur ad carnem, et ibi Christus et ille et nos. Non ergo miremur in Psalmis: multa enim dicit ex persona capitis, multa ex persona membrorum; et hoc totum tanquam una persona sit, ita loquitur. Nec mireris quia duo in voce una, si duo in carne una.

4. Iudas filius sponsi persequens sponsum. Hoc tunc contigit; an et futurorum exemplum praemissum est? Multos enim falsos fratres passura erat Ecclesia, ut et adhuc et usque in finem sponsum illum filius persequatur. *Si* enim *inimicus exprobrasset mihi, sustinuissem utique,* ait; *et si is qui oderat me, super me magna locutus fuisset, abscondissem me utique ab eo.* Quis est inimicus? quis est qui oderat me? Qui dicit: Quis est Christus? Homo fuit Christus, nec vivere potuit, cum vellet

y no pudo vivir queriendo vivir, pues dicen: "Murió sin quererlo, fue vencido, crucificado y matado." Esto lo dicen los enemigos. "Este enemigo declarado—dice Cristo—me odia, me declara franca enemistad; con todo, es fácil tolerarle, soslayarle. Pero ¿qué haré de Absalón? ¿Qué haré de Judas? ¿Qué de los falsos hermanos? ¿Qué de los hijos perversos, y que, con todo, son hijos, los cuales, yendo contra nosotros, no maldicen a Cristo, sino que con nosotros adoran a Cristo, pero que en nosotros persiguen a Cristo? "De éstos se dice a continuación en el mismo salmo: era fácil soportar al que me odiaba o precaverme de él, pues te escondes del pagano entrando en la Iglesia; pero cuando allí encuentras también a quienes temes, ¿a qué buscas en dónde esconderte? En fin, el mismo Apóstol, que gime en los peligros a causa de los falsos hermanos, dice: *Por fuera, luchas; por dentro, temores.* Luego *si aquel que me odiaba hubiera hablado grandes cosas de mí, me hubiera ocultado, sin duda, de él; pero eras tú de un mismo sentir conmigo.* Dice que es de un mismo parecer porque es uno en Cristo con él. Pertenece a la Iglesia soportar algo de fuera y gemir por dentro; cuente, por tanto, fuera y dentro con sus enemigos. Fácilmente evita a los de fuera, pero difícilmente tolera a los de dentro.

5. Luego diga nuestro Señor, diga Cristo con nosotros, es decir, el Cristo total: *Señor, oye mi oración, presta atención a mi plegaria.* Lo mismo es *oye* que *atiende.* La repetición es confirmación. *Oyeme en tu verdad, en tu justicia.* No toméis a la ligera lo que se dice, *en tu justicia,* pues se recuerda la gracia para que ninguno de nosotros piense en su justicia. La justicia de Dios con-

vivere: et mortuus est, inquiunt, nolens, evictus, crucifixus, occisus. Inimici ista dicunt. Apertus iste inimicus est, ait Christus, odit me, apertas mihi indicit inimicitias; facile est istum vel tolerare vel vitare: quid facio de Abessalon? quid facio de Iuda? quid de falsis fratribus? quid de malis filiis et tamen filiis, qui non contra nos blasphemant Christum, sed nobiscum adorant Christum, et in nobis persequuntur Christum? De quibus consequenter in eodem psalmo dicitur: Alium facile erat perferre, eum qui oderat me; vel abscondere me ab eo. Abscondis enim te a pagano, intrans Ecclesiam. Quando autem et ibi invenis quod times, quid quaeris ubi te abscondas? Denique ille ipse apostolus qui gemit in periculis a falsis fratribus: *Foris,* inquit, *pugnae, intus timores* (2 Cor 7,5). *Si* ergo *is qui oderat me, super me magna locutus fuisset, abscondissem me utique ab eo; tu vero unianimis meus* (Ps 54,13). Unianimem dicit, tanquam unum in Christo. Est ergo Ecclesiae quod ferat foris, gemat intus: inimicos tamen suos deputet foris et intus; foris facilius evitabiles, intus difficilius tolerabiles.

5. Dicat ergo Dominus noster, dicat Christus nobiscum totus Christus: *Domine, exaudi orationem meam, percipe auribus precem meam.* Hoc est, *exaudi;* quod, *percipe auribus:* repetitio, confirmatio est. *In veritate tua exaudi me, in tua iustitia.* Ne utcumque accipiatis, cum dicitur, *in tua iustitia.* Commendatio est enim gratiae, ne unusquisque

siste en creer que lo que tienes te lo dio El. Porque ¿qué dice el Apóstol de aquellos que quisieron vanagloriarse de su propia justicia? *Les testifico que tienen celo de Dios.* Y, hablando de los judíos, dice: *Tienen celo de Dios, pero no según el cabal conocimiento.* ¿Qué significa *pero no según la ciencia o el cabal conocimiento?* ¿Qué ciencia recomiendas tú como útil? ¿Acaso aquella que estando sola infla y que no edifica si no está acompañada de la caridad? Ciertamente que no recomiendas ésta, sino aquella que tiene por compañera a la caridad, que es maestra de la humildad. Ve, por tanto, si ella es ésta: *Tienen celo de Dios, pero no según la ciencia o el perfecto conocimiento.* Explique a qué llama ciencia: *Desconociendo*—dice—*la justicia de Dios, y queriendo establecer la suya, no se sometieron a la justicia de Dios.* ¿Quiénes desean establecer su propia justicia? Aquellos que, cuando obran bien, se lo atribuyen a sí, y, cuando mal, a Dios. Estos son extremos perversos; pero serán rectos cuando cambien de este modo de ser. Pues eres perverso, porque lo malo que haces se lo atribuyes a Dios, y lo bueno a ti; serás recto cuando te imputes a ti lo malo que hicieres, y a Dios lo bueno. De impío que eras, no vivirías en justicia a no haber sido hecho justo por Aquel que justifica al impío. Por eso dice: *Oyeme en tu verdad y en tu justicia,* no en la mía, a fin de ser hallado en El, *no teniendo mi justicia, que procede de la ley, sino la que procede de la fe.* Aquí tienes *óyeme en tu justicia, ya que,* cuando me miro, no encuentro más que mi pecado.

6 [v.2]. *Y no entres en juicio con tu siervo.* ¿Quiénes preten-

nostrum iustitiam suam putet. Haec enim iustitia Dei est, quam ut habeas Deus dedit. Nam qui voluerunt de sua iustitia gloriari, quid de illis dicit Apostolus? *Testimonium eis,* inquit, *perhibeo, quia zelum Dei habent.* De Iudaeis loquens, *Zelum Dei,* inquit, *habent, sed non secundum scientiam.* Quid est, *non secundum scientiam?* Quam enim tu commendas utilem scientiam? numquid illam quae cum sola fuerit inflat; quae nisi comitata fuerit charitate, non aedificat? (1 Cor 8,1). Non utique ipsam; sed illam scientiam comitem charitatis, magistram humilitatis. Vide si ipsa est: *Zelum,* inquit, *Dei habent, sed non secundum scientiam.* Exponat quam dicat scientiam: *Ignorantes Dei iustitiam et suam volentes constituere, iustitiae Dei non sunt subiecti* (Rom 10,2-3). Qui ergo volunt constituere iustitiam suam? Qui quod bene fecerint, sibi imputant, quod male, Deo: omnino perversi. Denique recti erunt, cum hoc ipsum converterint. Perversus ideo, quia quod male, Deo; quod bene, tibi: rectus eris, quando quod male feceris, tibi; quod bene feceris, Deo. Non enim ex impio iuste viveres, nisi ab illo iustus factus, qui iustificat impium (ib. 4,5). Ergo, inquit, *In veritate tua exaudi me, in tua iustitia,* non in mea; ut *inveniar in illo non habens meam iustitiam quae ex lege est, sed eam quae est ex fide* (Phil 3,9). Ecce, *In tua iustitia exaudi me.* Ad me enim cum respicio, nihil aliud meum quam peccatum invenio.

6 [v.2]. *Et ne intres in iudicium cum servo tuo.* Qui cum illo

den entablar juicio con Dios? Los que, desconociendo la justicia de Dios, quieren establecer la suya propia. *¿Por qué ayunamos* —dice Isaías—*y no lo viste, por qué mortificamos nuestras almas y te desentendiste?* Esto es como si dijeran: "Hicimos lo que mandaste; ¿por qué no nos das lo que prometiste?" Dios te responderá: "Yo haré que recibas lo que prometí; yo te di el obrar en orden a recibirlo." En fin, el profeta dice a estos soberbios: *¿Por qué queréis pleitear conmigo? Todos me habéis abandonado, dice el Señor.* ¿Por qué queréis entablar juicio conmigo y recomendar vuestras justicias? Recordad vuestras justicias; yo conocí vuestros crímenes. ¿Cómo aprobaré vuestra justicia, siendo así que he de condenar vuestra soberbia? Con razón, hallándose éste humilde en el Cuerpo de Cristo y habiendo aprendido de la Cabeza a ser manso y humilde de corazón, dice: *No entres en juicio con tu siervo.* No litiguemos; no quiero entablar pleito contigo, de suerte que yo exponga mi justicia y tú condenes mi iniquidad. *No entres en juicio con tu siervo.* ¿Por qué esto? ¿Por qué temes? *Porque no se justificará delante de ti ningún viviente.* Todo viviente vive ciertamente aquí, vive en carne, vive para morir; nació hombre y por los hombres vive, de Adán vive Adán; todo el que vive de este modo, quizá puede justificarse ante sí, pero no ante ti. ¿Cómo delante de sí? Agradándose a sí mismo y desagradándote a ti, pues *delante de ti no se justificará ningún viviente.* Luego no entres en juicio conmigo, Señor, Dios mío. Por muy justo que me crea, al presentar tú la regla sacada de tu tesoro y aplicármela a mí, me encuentro vicioso. *No entres en juicio con*

volunt intrare in iudicium, nisi qui ignorantes Dei iustitiam, suam volunt constituere? *Quid est quod ieiunavimus, et non vidisti, defraudavimus animas nostras, et nescisti?* (Is 58,3) tanquam dicentes: Fecimus quod iussisti; quare non reddis quod promisisti? Respondet tibi Deus: Ut accipias quod promisi, ego dabo; ut faceres, quare acciperes, ego dedi. Denique superbis talibus loquitur propheta: *Quid vultis mecum iudicio contendere? Omnes dereliquistis me, dicit Dominus* (Ier 2,29). Quid vultis mecum in iudicium intrare, et vestras iustitias commemorare? Commemorate iustitias vestras; ego novi facinora vestra. Quomodo approbabo iustitiam, ubi damnabo superbiam? Merito iste humilis in corpore Christi, discens a capite quoniam mitis est et humilis corde (Mt 21,29), *Ne intres,* inquit, *in iudicium cum servo tuo.* Non litigemus; nolo tecum habere causam, ut ego proponam iustitiam meam, tu convincas iniquitatem meam: *Ne intres in iudicium cum servo tuo.* Quare hoc? quare timet? *Quoniam non iustificabitur coram te omnis vivens. Omnis vivens,* hic utique vivens, in carne vivens, moriturus vivens, natus homo, ex hominibus vivens, de Adam, Adam vivens; omnis ita vivens iustificari forte potest coram se, non coram te. Quomodo, coram se? Sibi placens, tibi displicens: *coram te* autem *non iustificabitur omnis vivens.* Noli ergo mecum intrare in iudicium, Domine, Deus meus. Quantumlibet rectus mihi videar, producis tu de thesauro tuo regulam,

tu siervo. Acertadamente dijo *con tu siervo.* No te está bien entrar en juicio con tu siervo, ni aun siquiera con tu amigo; y: *A vosotros os llamo amigos míos,* mas no lo hubieras dicho si de siervos no nos hubieras hecho amigos. A ti se te permite llamarme amigo, yo me declaro siervo tuyo. Necesito misericordia; vuelvo ya fugitivo; voy en busca de la paz; no soy digno de llamarme hijo tuyo. *No entres en juicio con tu siervo, porque no se justificará delante de ti ningún viviente. Antes de la muerte no alabes a hombre alguno,* pues el hombre es en absoluto viviente. ¿Y qué son los carneros, qué son los apóstoles, de cuya prole se dice: *Ofreced al Señor hijos de carneros?* De éstos es Pablo, que dice que no es perfecto, pues escribe: *No que ya haya alcanzado o que ya sea perfecto.* En fin, hermanos, para que sepáis sin rodeos que ellos aprendieron a orar como nosotros, se les dio el modelo de petición por el celeste jurisconsulto al decirles: *Orad así;* pues, habiéndoles dado antes algunas normas, estableció que dijesen nuestros carneros, los guías de las ovejas, los miembros principales del Pastor y del Congregador de una sola grey: *Perdónanos nuestras deudas, así como también nosotros perdonamos a nuestros deudores,* lo cual ellos mismos aprendieron a decirlo. No dijeron: "Te damos gracias, porque nos perdonaste nuestras deudas, así como también nosotros perdonamos a nuestros deudores", sino: *Perdónanos, como perdonamos.* Así oraban ya los fieles, así oraban ya los apóstoles, porque esta oración dominical más bien se da a los fieles. Si estas deudas se refiriesen únicamente a las que se perdonan por el bautismo, más

coaptas me ad eam, et pravus invenior. *Ne intres in iudicium cum servo tuo.* Bene, *cum servo tuo.* Indignum est tibi cum servo tuo intrare in iudicium, nec quidem cum amico tuo: quia, *Vobis dico amicis meis* (Lc 12,4), non diceres, nisi ex servis amicos tu ipse fecisses. Tu licet dicas amicum, ego confiteor servum: misericordia indigeo, fugitivus redeo, pacem quaero; non sum dignus vocari filius tuus (ib. 15,21), *Ne intres in iudicium cum servo tuo; quoniam non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens. Ante mortem ne laudes hominem quemquam* (Eccli 11,30): omnino *omnis vivens.* Quid ipsi arietes, quid ipsi Apostoli, de quorum prole dicitur: *Afferte Domino filios arietum?* (Ps 28,1). Ex his Paulus est, qui dicit non se esse perfectum: *Non quia iam acceperim,* inquit, *aut iam perfectus sim* (Phil 3,12). Denique, fratres, ut cito agnoscatis, ipsi didicerunt orare quod oramus, ipsis data est regula postulandi, a Iurisperito caelesti: *Sic orate,* inquit, Et cum quaedam praemisisset, posuit et hoc ut dicerent arietes nostri, duces ovium, et praecipua membra Pastoris et congregatoris unius gregis; ipsi didicerunt dicere: *Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris* (Mt 6,9.12). Non dixerunt, Gratias tibi, qui dimisisti nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris; sed, *Dimitte, sicut dimittimus.* Orabant autem utique iam fideles, utique iam Apostoli: nam ista oratio dominica magis fidelibus datur. Si debita illa

14 [v.7]. *Emitte manum tuam ex alto.* Quid postea? quid in fine? Quomodo vincit corpus Christi? Caelesti adiutorio. Veniet enim *ipse Dominus in voce archangeli, et in tuba Dei descendet de caelo* (1 Thess 4,15); ipse Salvator corporis, manus Dei. *Emitte manum tuam ex alto; et exime me, et erue me de aquis multis.* Quid est, *de aquis multis?* De populis multis. Quibus populis? Alienigenis, infidelibus, sive foris oppugnantibus, sive intus insidiantibus. *Exime me de aquis multis,* in quibus me exercebas, in quibus me ad exuendum a sordibus volvebas. Haec est illa aqua contradictionis (Num 20,13). *Exime me, et erue me de aquis multis.*

15 [v.8]. Oigamos ya decir algo sobre estas caudalosas aguas de las que Dios libra al Cuerpo de su Cristo, de las que libra Dios a la flaqueza de David. ¿Qué significa *de muchas aguas?* ¿Qué dijiste, no sea que entienda por estas aguas otra cosa? ¿A qué denominaste "muchas aguas"? Oye a continuación lo que dije: *De la mano (del poder) de los hijos extraños.* Oíd, hermanos, entre quiénes estamos, entre quiénes vivimos y de entre quiénes deseamos ser sacados. *La boca de éstos habló vanidad.* Hoy mismo todos vosotros, si no os hubieseis reunido para oír la palabra de Dios y estuvieseis actualmente mezclados con ellos, ¡cuántas vanidades no oiríais! *Su boca habló vanidad.* En fin, ¿cuándo, hablando ellos vanidad, os oirán a vosotros hablar verdad? *Su boca habló vanidad, y su derecha es derecha de iniquidad.*

16 [v.9]. ¿Qué (has de decir) tú estando entre ellos con el zurrón que contiene las cinco piedras? La misma ley que simbolizaste en las cinco piedas, significa también otra cosa. *¡Oh Dios!, te cantaré un cántico nuevo.* El cántico nuevo es el cántico de la gracia; el cántico nuevo es el cántico del hombre nuevo; el cántico nuevo es el cántico del Nuevo Testamento. *Te cantaré* —dice—*un cántico nuevo.* Pero para que no pienses que la gracia se aparta de la ley, siendo así que más bien la ley se cumple por la gracia, dice: *Con salterio de diez cuerdas te salmearé. Con salterio de diez cuerdas:* con la ley de los diez mandamientos; con ella te salmearé, con ella te alegraré, con ella te cantaré el cántico nuevo, porque la plenitud o perfección de la ley es la caridad. Por lo demás, quienes no tienen caridad pueden llevar

15 [v.8]. Audiamus iam de istis aquis multis, a quibus eruet Deus corpus Christi sui, a quibus eruet Deus humilitatem David. Quid est, *de aquis multis?* Quid dixisti, ne aquae aliter intelligantur? quid dixisti aquas multas? Quid dixi, audi. *De manu filiorum alienorum.* Audite, fratres, inter quos simus, inter quos vivamus, a quibus erui desideremus. *Quorum os locutum est vanitatem.* Hodie vos omnes, si non ad haec divina spectacula verbi Dei congregati essetis, et eis hac hora permixti viveretis, quantas vanitates audiretis! *Quorum os locutum est vanitatem.* Quando denique loquentes illi vanitatem, audirent vos loquentes veritatem? *Quorum os locutum est vanitatem, et dextera eorum dextera iniquitatis.*

16 [v.9]. Quid tu inter eos cum vase pastorali, habente quinque lapides? Dic mihi aliter: eamdem Legem quam significasti quinque lapidibus, significa et aliter. *Deus, canticum novum cantabo tibi.* Canticum novum, gratiae est; canticum novum, hominis novi est; canticum novum, Testamenti Novi est. *Cantabo tibi,* inquit, *canticum novum.* Sed ne putes gratiam a Lege discedere, cum magis per gratiam Lex impleatur: *In psalterio decem chordarum psallam tibi. In psalterio decem chordarum,* in Lege decem praeceptorum: ibi tibi psallam, ibi tibi gaudeam, ibi tibi cantem canticum novum; quia plenitudo Legis charitas est (Rom 13,10). Caeterum qui non habent charitatem, portare psalterium possunt, canta-

el salterio, pero no pueden cantar. "Yo, pues—dice—, entre las aguas de la contradicción te cantaré un cántico nuevo y jamás harán las aguas de la contradicción que con su estrépito deje de oírse mi salterio." *Con el salterio de diez cuerdas te salmearé.*

17 [v.10-11]. *Que da salud a los reyes.* A los montes que humean. *Que redime a su siervo David.* Conocéis a David; sed vosotros David. ¿De qué redime a su siervo David? ¿De qué redime a Cristo? ¿De qué redime al Cuerpo de Cristo? *De la espada maligna líbrame.* No fue suficiente decir *de la espada;* por eso añadió *maligna.* Sin duda existe una espada benigna. ¿Cuál es la españa benigna? Aquella de la que dice el Señor: *No vine a traer paz a la tierra, sino espada,* pues habrá de separar a los fieles de los infieles, a los hijos de los padres, y dividir los demás parentescos, sajando con la espada la podredumbre y sanando los miembros de Cristo. Hay, pues, una espada benigna de doble filo: la del Nuevo y Viejo Testamento, poderosísima en ambos cortes debido a la narración de los hechos pasados y a la promesa de los futuros. Esta espada es benigna, ya que por ella habla Dios la verdad. La otra es maligna, puesto que por ella hablan ellos vanidad. Luego *líbrame de la espada maligna. Los dientes de los hijos de los hombres son armas y saetas; y su lengua, espada afilada.* De esta espada maligna líbrame. A lo que llamó ahora *espada,* denominó anteriormente *muchas aguas. Líbrame de las muchas aguas.* Por tanto, a lo que llamé yo "muchas aguas", a lo mismo llamo ahora "espada". En fin, después de haber hablado de las muchas aguas, prosiguiendo, dice: *De la mano (del poder)*

re non possunt. Ego itaque, inquit, inter aquas contradictionis cantabo tibi canticum novum; et nunquam strepitu suo facient aquae contradictionis, ut obtumescat psalterium meum: *In psalterio decem chordarum psallam tibi.*

17 [v.10,11]. *Qui dat salutem regibus:* iam fumantibus montibus. *Qui redimit David servum suum.* Agnoscitis David, estote David. Unde redimit David servum suum? unde redimit Christum? unde redimit corpus Christi? *De gladio maligno erue me. De gladio,* non sufficit; addit, *maligno.* Procul dubio est gladius benignus. Quis est gladius benignus? De quo Dominus dicit: *Non veni pacem mittere in terram, sed gladium* (Mt 10,34). Separaturus enim erat fideles ab infidelibus, filios a parentibus, et caeteras necessitudines dirempturus, gladio putredinem abscindente, membra autem Christi sanante. Est ergo benignus gladius bis acutus, utroque acumine praepotens, Veteris et Novi Testamenti, narratione praeteritorum et promissione futurorum. Est ergo iste gladius benignus: ille autem malignus est quo illi loquuntur vanitatem; quia benignus est, quo Deus loquitur veritatem. Ergo, *A gladio maligno erue me. Filii* quippe *hominum dentes eorum arma et sagittae, et lingua eorum gladius acutus* (Ps 56,5): ab hoc gladio maligno erue me. Quem dixit modo gladium, ipsas superius dixit aquas multas: *Erue me de aquis multis.* Quas dixi aquas multas, ipsum dico gladium malignum. Denique de aquis multis

de los hijos extraños, cuya boca habla vanidad. Pues bien: para que sepas que se refiere a éstos, también, después de haber dicho: *Líbrame de la espada maligna,* prosiguió: *y sácame de la mano de los hijos de los extraños, cuya boca habló vanidad,* al igual que en los versillos anteriores. Asimismo lo que sigue: *La derecha de ellos es derecha de iniquidad,* lo consignó arriba cuando los llamó "muchas aguas". En fin, para que tú no pensases que las muchas aguas eran buenas, las dio a conocer en la espada maligna. Luego ahora declara lo que consignó: *Su boca habló vanidad, y su derecha es derecha de iniquidad.* ¿Qué vanidad habló su boca? ¿Cómo su derecha es derecha de iniquidad?

18 [v.12]. *Sus hijos son como plantas nuevas arraigadas en su juventud.* Pretende exponer su prosperidad. Atended, hijos de la luz, hijos de la paz; atended, hijos de la Iglesia, miembros de Cristo; atended a quiénes llama extranjeros, a quiénes llama hijos extraños, a quiénes llama aguas de contradicción. Atended, os ruego, porque entre éstos os halláis en peligro, entre sus lenguas combatís contra los deseos de vuestra carne, entre sus lenguas, puestas a disposición del diablo, con las que combate, sostenéis la lucha: *No contra la carne y la sangre, sino contra los príncipes y potestades, y contra los rectores del mundo de estas tinieblas,* es decir, de los inicuos. Atended para que discernáis bien vosotros; atended, no suceda que tengáis por verdadera felicidad la que desean para sí los hombres débiles o malignos. Ved, hermanos, que los llamó hijos extraños, muchas aguas y espada maligna. Ved la vanidad que hablan, y precaveos de hablar tal

cum dixisset; secutus est, *De manu filiorum alienorum, quorum os locutum est vanitatem.* Et ut noveris ipsos dici; cum et hic dixisset. *De gladio maligno erue me,* secutus est, *Et exime me de manu filiorum alienorum, quorum os locutum est vanitatem:* similiter sicut ibi. Et quod sequitur, *Dextera eorum dextera iniquitatis;* hoc et supra posuerat, quando eos dixerat aquas multas. Tu enim ne aquas multas bonas putares, exposuit eas in gladio maligno. Nunc ergo exponat quod dixit, *Quorum os locutum est vanitatem, et dextera eorum dextera iniquitatis.* Quam vanitatem locutum est os eorum? et quomodo *dextera eorum dextera iniquitatis?*

18 [v.12-14]. *Quorum filii ipsorum velut novellae constabilitae in iuventute sua.* Felicitatem ipsorum vult enumerare. Attendite, filii lucis, filii pacis; attendite, filii Ecclesiae, membra Christi; attendite quos dicat alienigenas, quos dicat filios alienos, quos dicat aquas contradictionis, quos dicat gladium malignum. Attendite, obsecro; quia inter istos periclitamini, inter horum linguas adversus carnis vestrae desideria dimicatis: inter horum linguas positas in manu diaboli, de quibus pugnat, colluctationem habetis, *non adversus carnem et sanguinem, sed adversus principes et potestates, et rectores mundi tenebrarum harum* (Eph 6,12), hoc est, iniquorum. Attendite, ut discernatis vos; attendite, ne putetis veram felicitatem esse, quam sibi optant homines aut infirmi aut maligni. Ecce,

cosa y guardaos de imitarlos hablando semejantes palabras. *Su boca habló vanidad, y su derecha es derecha de iniquidad.* ¿Qué iniquidad habló su boca? ¿Y qué derecha de ellos es derecha de iniquidad? Oye: *Sus hijos son como plantas nuevas arraigadas en su juventud; sus hijas, arregladas y adornadas, son como simulacros de templo; sus despensas están abastadas y rebosan de una en otra; sus ovejas son tan fecundas, que se multiplican en sus salidas; sus bueyes están cebados; y no hay brecha ni salida en la cerca, ni griterío en sus plazas.* ¿No es ésta la felicidad? Pregunto a los hijos del reino de los cielos, interrogo al linaje de la resurrección eterna, interrogo al Cuerpo de Cristo, a los miembros de Cristo, al templo de Dios: ¿Consiste la felicidad en tener hijos sanos, hijas adornadas, despensas abastecidas, abundantes ganados, en no padecer destrucción alguna, no digo en una pared, pero ni siquiera en un cercado; en no tener tumulto y griterío en las plazas, sino paz, abundantes provisiones en las casas y en las ciudades? ¿No es ésta la felicidad? ¿Deben los justos huir de ella? ¿No encuentras también la casa del justo que abunda en todas estas cosas y llena de esta felicidad? ¿No abundaba la casa de Abrahán de oro, de plata, de hijos, de servidumbre, de animales? ¿Por ventura el santo patriarca Jacob, huyendo de la presencia de Esaú, su hermano, a Mesopotamia, no se enriqueció sirviendo, y dio gracias al Señor Dios suyo, porque primeramente atravesó el Jordán llevando por todo su haber un cayado, y ahora regresa con gran abundancia de ganados e hijos? ¿Qué diremos? ¿No es ésta una felicidad? Concedamos que sí, pero deleznable.

fratres, certe filios alienos dixit, certe aquas multas, certe gladium malignum. Videte vanitatem quam loquuntur, et cavete ne talia loquamini, cavete ne talia loquentes imitemini. *Quorum os locutum est vanitatem, et dextera eorum dextera iniquitatis.* Quam vanitatem locutum est os eorum, et quae dextera eorum iniquitatis est dextera? Audi: *Quorum filii ipsorum velut novellae constabilitae a iuventute sua; filiae eorum compositae, et ornatae sicut similitudo templi: cellaria eorum plena, eructantia ex hoc in hoc: oves eorum fecundae, multiplicantes in egressibus suis; boves eorum crassi: non est ruina sepis, nec exitus; neque clamor in plateis eorum.* Ergo non est ista felicitas? Interrogo filios regni caelorum, interrogo progeniem resurrectionis in aeternum, interrogo corpus Christi, membra Christi, templum Dei: Ergo non est ista felicitas, habere filios incolumes, filias ornatas, plena cellaria, abundantia pecora, nullam ruinam, non dico parietis, sed nec sepis; nullum tumultum et clamorem in plateis, sed quietem, pacem, abundantiam, copiam rerum in domibus, in civitatibus? Ergo non est ista felicitas? aut debent eam iusti defugere? aut non invenis et domum iusti abundantem rebus his omnibus, plenam ista felicitate? Non erat domus Abrahae abundans auro, argento, filiis, familia, pecoribus? (Gen 12,5; et 12,2-6). Nonne Iacob sanctus patriarcha fugiens a facie Esau fratris sui in Mesopotamiam, serviens ditatus, regressus est, et egit gratias Domino Deo suo, quia in virga sua transiit

¿Qué quiere decir "deleznable"? Fugaz, temporal, mortal, terrena. No quiero que te refugies en ella, pero menos que la juzgues por verdadera. No son éstos malignos y vanos porque tengan en abundancia estas cosas, sino porque esto, que debió considerarse por izquierda, lo tuvieron por derecha. Por eso *su derecha es derecha de iniquidad;* por eso *su lengua habló vanidad,* puesto que colocaron a la derecha lo que debieron poner a la izquierda. ¿Qué debieron colocar a la derecha? A Dios, la eternidad, los años inacabables de Dios, de los cuales se dice: *Y tus años no tendrán fin:* aquí está la derecha, aquí debe descansar nuestro deseo. Usemos temporalmente de la izquierda y deseemos eternamente la derecha. Si afluyen las riquezas, no pongáis en ellas el corazón. Si ponéis el corazón en las riquezas que pasan, tenéis por derecho lo que es izquierdo. Corregíos, reconoced la sabiduría que os abraza, a la cual se dijo: *Colocó su izquierda debajo de mi cabeza y con su derecha me abrazó.* Considerad los santos cánticos amatorios, considerad el Cantar de los Cantares de las bodas celestes de Cristo y la Iglesia. ¿Qué dice la esposa del esposo? *Colocó su izquierda debajo de mi cabeza y con su derecha me abrazó.* Colocó la izquierda debajo de la cabeza, y la derecha sobre ella. El brazo del que abraza se halla colocado arriba, sobre la cabeza, y la izquierda debajo de la cabeza. *Su izquierda*—dice—, *debajo de mi cabeza.* No me abandonará en las necesidades temporales; sin embargo, colocará la izquierda debajo de la cabeza; no la pondrá sobre la cabeza, sino debajo de la cabeza, para que su derecha me abrace prometiéndome la vida eterna. Así, pues,

fluvium, et regressus est cum tanta abundantia pecorum atque filiorum? (ib. 31,18; et 32,7-10). Quid dicimus? non est ista felicitas? Sit licet, sed sinistra. Quid est, sinistra. Temporalis, mortalis, corporalis. Nolo illam iam diffugias, sed neque dexteram putes. Non enim isti ideo maligni, ideo vani, quia his abundabant; sed quia id quod sinistrum esse debuit, in dextera ponebant. Ideo *et dextera eorum dextera iniquitatis;* ideo *os eorum locutum est vanitatem:* quia hoc in dextera posuerunt, quod in sinistra habere debuerunt. Quid enim in dextera ponere debuerunt? Deum, aeternitatem, annos Dei non deficientes, de quibus dicitur, *Et anni tui non deficient* (Ps 101,28): ibi dextera, ibi esse debet desiderium nostrum. Sinistra utamur ad tempus, dexteram desideremus in aeternum. Divitiae si fluant, ne apponatis cor (Ps 61,11). Si enim divitiis fluentibus cor apposueritis, quod sinistrum est, dextrum facietis. Corrigite vos, agnoscite sapientiam amplectentem vos; cui dictum est, *Sinistra eius sub capite meo, et dextera eius complectetur me* (Cant 2,6). Videte amatoria sancta cantica; videte Cantica canticorum, nuptiarum caelestium Christi et Ecclesiae. Quid dicit sponsa de sponso? *Sinistra eius sub capite meo, et dextera eius complectetur me.* Sinistra sub capite, dextera super caput. Amplectentis enim desuper brachium super caput, sinistra autem subter caput. *Sinistra,* inquit, *eius sub capite meo.* Non enim me deseret in temporalibus necessariis: sed tamen ipsa sinistra sub capite erit; non capiti

la izquierda estará debajo de la cabeza si la derecha está sobre la cabeza. De este modo se cumple lo que se escribió a Timoteo: *Teniendo promesa*—dice—*de la vida presente y de la futura.* ¿Qué promesa tenemos en la vida presente? *La izquierda debajo de la cabeza.* ¿Qué en la vida futura? *Su derecha que me abraza.* ¿Buscas las cosas necesarias en el tiempo? *Buscad primero el reino de los cielos,* es decir, la derecha, *y todas las demás cosas se os darán por añadidura.* "Tendréis aquí—dice—gloria y riquezas, y en el siglo futuro vida eterna. Con la izquierda sostendré vuestra flaqueza y con la derecha coronaré vuestra perfección." ¿Por ventura los apóstoles, que abandonaron todos sus bienes o que distribuyeron entre los pobres cuanto tenían, estuvieron en este mundo sin riquezas? Entonces ¿cómo se cumple aquella promesa de la izquierda: *Recibirá en este mundo siete veces más?* Prometió la multiplicación. Y en verdad, ¿qué le falta al hombre de Dios? El infiel tiene una o pocas casas; sin embargo, todas las riquezas del mundo son del hombre fiel. Ve, pues, su izquierda repleta debajo de la cabeza: *Recibirá en este mundo siete veces más.* Ve su derecha que le abraza: *Y en el siglo futuro, la vida eterna.* Con razón se dice también en otro lugar sobre la misma sabiduría: *En su derecha están los años de vida, y en su izquierda el honor y las riquezas.*

19 [v.15]. Luego ¿por qué son éstos jactanciosos? ¿Por qué habló su boca vanidad? *Porque su derecha es derecha de iniquidad.* No les inculpo porque sus hijos sean como plantas nuevas

praeponetur, sed erit sub capite; ut dextera eius complectatur me, pollicens vitam aeternam. Ita enim sinistra sub capite, si dextera super caput; impleturque quod ad Timotheum scriptum est: *Promissionem habens vitae praesentis et futurae* (1 Tim 4,8). *Promissionem,* inquit, *habens vitae praesentis et futurae.* Quid in praesenti? *Sinistra sub capite.* Quid in futuro? *Dextera eius complectetur me.* Tempori necessaria quaeritis? *Quaerite primum regnum Dei,* id est, dexteram; *et haec omnia apponentur vobis* (Mt 6,33). Habebitis hic, inquit, et divitias et gloriam, et in futuro saeculo vitam aeternam: et sinistra continebo infirmitatem vestram, et dextera coronabo perfectionem vestram. An forte Apostoli relinquentes omnia sua, aut pauperibus quod habebant distribuentes, sine divitiis in hoc saeculo remanserunt? Et ubi est illa promissio sinistrae: *Accipiet in hoc saeculo septies tantum?* Multiplicationem promisit. Et revera, quid desit homini Dei? Si quis forte infidelis est, unam domum aut paucas habet: *Fidelis hominis totus mundus divitiarum est* (Prov 17,6, apud LXX). Vide sinistram eius plenam sub capite: *Accipiet in hoc saeculo septies tantum.* Vide dexteram complectentem: *Et in futuro saeculo vitam aeternam* (Mt 19,29). Merito et alio loco de ipsa Sapientia dicitur: *In dextera eius anni vitae, et in sinistra eius divitiae et honor* (Prov 3,16).

19 [v.15]. Unde ergo isti vaniloqui? quare vanitatem locutum est os eorum? Quia *dextera eorum dextera iniquitatis.* Non ergo eos arguo,

arraigadas en la juventud, ni porque sus hijas estén adornadas como simulacros de templo, ni porque les entró por las puertas de su casa la abundancia de los demás bienes caducos y la paz terrena. ¿Por qué les inculpo? Porque dijeron: *Bienaventurado el pueblo que posee estas cosas.* ¡Oh hombres que habláis vanidad! *Llamaron bienaventurado al pueblo que posee estas cosas.* Perdieron la verdadera derecha siendo malvados y perversos; se proveyeron, invirtiendo los términos, de los beneficios de Dios. ¡Oh malignos, oh jactanciosos, oh hijos extraños! Llamaron bienaventurado al pueblo que posee estos bienes. Colocaron a la derecha lo que estaba a la izquierda: *Llamaron bienaventurado al pueblo que posee estas cosas.* ¿Qué dices tú, David? ¿Qué dices tú, Cuerpo de Cristo? ¿Qué decís vosotros, miembros de Cristo? ¿Qué decís vosotros, no hijos extraños, sino de Dios? Ya que los hijos jactanciosos y extraños *dijeron que es bienaventurado el pueblo que posee estos bienes,* vosotros, ¿qué decís? *Bienaventurado el pueblo que tiene al Señor por su Dios.* Tened izquierda, pero en la izquierda; desead la derecha, pero colocadla a la derecha. En la izquierda tuvieron la izquierda aquellos que, al tener hambre, le dieron de comer; al tener sed, le dieron de beber; al ser huésped, le recibieron en su casa, y, estando desnudo, le vistieron. Todo esto lo tomaron de la izquierda y lo convirtieron en obras de la derecha para colocarlo a la derecha. Los hijos jactanciosos y extraños *dijeron que era bienaventurado el pueblo que posee estas cosas.* Vosotros decid conmigo: *Bienaventurado el pueblo que tiene al Señor por su Dios.*

quia filii eorum velut novellae constabilitae a iuventute sua, nec quia filiae eorum ornatae sicut similitudo templi, nec quia caetera abundantia et pax terrena aderat eis: sed quare arguo? *Beatum dixerunt populum cui haec sunt.* O loquentes homines vanitatem! *Beatum dixerunt populum cui haec sunt.* Perdiderunt veram dexteram; maligni, perversi, beneficia Dei inverse vestierunt. O maligni, o vaniloqui, o filii alieni! *Beatum dixerunt populum cui haec sunt.* Quod ad sinistram erat, ad dexteram posuerunt: *Beatum dixerunt populum cui haec sunt.* Quid tu, David? quid tu, corpus Christi? quid vos, membra Christi? quid vos, non filii alieni, sed Dei? Quoniam vaniloqui filii alieni *beatum dixerunt populum cui haec sunt:* vos, quid dicitis? *Beatus populus cuius Dominus Deus ipsius.* Habete ergo sinistram, sed in sinistra: desiderate dexteram, ut ponamini ad dexteram. In sinistra enim habuerunt sinistram, apud quos esurivit, et dederunt ei manducare; sitivit, potum dederunt; hospes fuit, susceperunt; nudus fuit, vestierunt (Mt 25,35-36). Hoc totum de sinistra abstulerunt, et ad dexterae opera transtulerunt, ut ad dexteram ponerentur. *Dixerunt* ergo vaniloqui filii alieni *beatum populum cui haec sunt;* vos dicite nobiscum, *Beatus populus cuius Dominus Deus ipsius.*

SALMO 144

[MAJESTAD Y BONDAD DE DIOS]

SERMÓN

1. Deseé alabar al Señor con vosotros; y como se ha dignado concedérmelo, para que la alabanza que le tributamos conserve su condición, no sea que por alguna imperfección ofenda a quien alaba, indaguemos el camino más seguro de la alabanza en la divina Escritura, y así, al no apartarnos de este camino, no nos inclinaremos ni a la derecha ni a la izquierda. Oigo decir a vuestra caridad: "Para que Dios sea alabado perfectamente por el hombre, Dios se alabó a sí mismo; y porque se dignó alabarse a sí mismo, por lo mismo, encontró el hombre el modo de alabarle, pues no puede decirse a Dios lo que se dijo al hombre: *No te alabe tu boca,* ya que alabarse el hombre es arrogancia, y alabarse Dios misericordia." Aprovecha amar a quien alabamos, ya que, amando el bien, nos hacemos mejores. Por tanto, como conoce que nos aprovecha amarle, alabándose se hizo amable; y en ello miró por nuestro bien, ya que se hizo amable. Luego se exhorta a nuestro corazón a alabarle, pues El llenó a sus siervos de su Espíritu para que le alabasen; y como su Espíritu le alaba a El en sus siervos, ¿qué otra cosa ejecuta si no es alabarse? Este salmo comienza así:

2 [v.1]. *Te ensalzaré, Dios mío, rey mío, y bendeciré tu*

PSALMUS 144

SERMO

1. Laudare vobiscum Dominum desideravimus: et quoniam hoc concedere dignatus est; ut laus quam illi dicimus habeat ordinem suum, ne forte aliquo excessu quem laudat offendat, melius iter laudis in Scriptura Dei quaerimus, ne ab ipsa via, nec in dexteram nec in sinistram digrediamur. Audeo enim dicere Charitati vestrae; ut bene ab homine laudetur Deus, laudavit se ipse Deus; et quia dignatus est laudare se, ideo invenit homo quemadmodum laudet eum. Neque enim hoc potest dici Deo, quod dictum est homini, *Non te laudet os tuum* (Prov 27,2). Ut enim se homo laudet, arrogantia est: ut Deus se laudet, misericordia est. Prodest amare quem laudamus; bonum amando, nos meliores efficimur. Itaque, quoniam hoc nobis prodesse novit, ut amemus eum, laudando se amabilem se facit; et in eo nobis consulit, quia se amabilem facit. Exhortatur ergo cor nostrum in laudem suam; spiritu suo implevit servos suos, ut laudarent eum. Et quoniam spiritus eius in servis eius laudat eum, quid aliud quam ipse se laudat? Incipit ergo psalmus iste ita:

2 [v.1]. *Exaltabo te, Deus meus, rex meus; et benedicam nomen*

nombre por el siglo y por el siglo del siglo. Veis incoada la alabanza de Dios, la cual se prolonga hasta el fin del salmo. El título del salmo es el siguiente: *Alabanza para David.* Pero como se llamó David el que vino a nosotros procediendo del linaje de David, y El es nuestro Rey, que nos gobierna y nos introduce en su reino, al decir: *Alabanza para David,* se entiende alabanza para el mismo Cristo. Pues Cristo, según la carne, procede de David, y, por tanto, es hijo de David; pero, según la divinidad, es Creador y Señor de David. En fin, también el Apóstol, honrando al primer pueblo de Dios, de donde procedieron los mismos apóstoles que creyeron y las muchas iglesias que ejecutaron en muchos miles de hombres lo que ahora oyó un rico en el evangelio, y se apartó entristecido, es decir, que vendieron todo cuanto tenían y lo distribuyeron a los pobres y buscaron la perfección del Señor; alabando, repito, a este primer pueblo, dice así: *Cuyos padres, de quienes desciende Cristo según la carne, que es Dios sobre todas las cosas digno de ser bendecido por los siglos.* Luego como Cristo procede de ellos en cuanto a la carne, por eso es David; y como El es Dios sobre todas las cosas digno de ser bendecido por los siglos, por eso *te ensalzaré, Dios mío y rey mío, y bendeciré*—dice—*tu nombre en el siglo y en el siglo del siglo. En el siglo* es lo mismo que "aquí"; y *en el siglo del siglo,* eternamente. Luego comienza a alabar ahora si has de alabar eternamente. El que no quiere alabar en la travesía de este siglo, enmudecerá cuando llegue el siglo del siglo. De aquí que en los versillos siguientes dijo, poco más o menos, esto.

tuum in saeculum, et in saeculum saeculi. Videtis inchoatam esse laudem Dei, et usque ad finem Psalmi laus ipsa perducitur. Denique titulus Psalmi est, *Laus ipsi David.* Et quoniam dictus est David, qui venit ad nos ex semine David (Rom 1,3), ipse autem rex noster est, regens nos, et introducens nos in regnum suum: intelligitur *Laus ipsi David,* Laus ipsi Christo. Christus autem secundum carnem David, quia filius David: secundum divinitatem autem Creator David, et Dominus David. Denique et Apostolus cum honoraret primum populum Dei, unde et Apostoli ipsi crediderunt, et multae Ecclesiae primae factae sunt, facientes in multis hominum millibus quod modo in Evangelio dives unus audivit, et tristis abscessit (Mt 19,21-22); id est, vendentes omnia quae habebant, et distribuentes pauperibus, et perfectionem in Domino requirentes (Act 2,41-47; et 4,4.32-35): cum ergo laudaret ipsum populum primum, sic ait: *Quorum patres, et ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in saecula* (Rom 9,5). Quia itaque ex ipsis Christus secundum carnem, ideo David: quia vero ipse est super omnia Deus benedictus in saecula, ideo, *Exaltabo te, Deus meus, rex meus; et benedicam,* inquit, *nomen tuum in saeculum, et in saeculum saeculi.* Forte *in saeculum,* Hic; *in saeculum* autem *saeculi,* In aeternum. Modo ergo incipe laudare, si in aeternum laudaturus es. Qui laudare non vult in transitu huius saeculi, obmutescet cum venerit saeculum saeculi. Proinde sequentibus versibus prope hoc dixit.

3 [v.2]. Para que alguno no entienda de otra manera lo que dice: *Alabaré tu nombre por el siglo*, y, por tanto, busque otro siglo en el que alabe, añadió: *Cada día te alabaré.* Luego alaba y bendice al Señor, tu Dios, todos los días, para que, cuando hubieren terminado estos días y llegue el día único sin fin, vayas de alabanza en alabanza, como progresas de virtud en virtud. *Cada día*—dice—*te bendeciré.* No pasará día sin bendecirte. No es de admirar que bendigas a tu Dios en el día alegre. Pero ¿qué sucederá si se topa con algún día triste, conforme son las cosas humanas, conforme se presenta la multitud de escándalos y el tropel de tentaciones? ¿Qué acontecerá si se ofrece algo infausto al hombre? ¿Dejarás de alabar a Dios? ¿Dejarás de bendecir a tu Creador? Si cesares, mentiste al decir: *Cada día te bendeciré, Señor.* Si continuases alabando, aunque te parezca que te va mal en el día infausto, te irá bien con tu Dios. En el mismo mal presentado encontrarás algún bien; pues, si te va mal en algún mal, sin duda en algún bien te irá bien. ¿Y qué cosa mejor que tu Dios, del cual se dice: *Nadie es bueno, sino uno solo, Dios?* Lo segura que es esta alabanza y lo firme que es este bien lo entenderás por el mismo bien. Pues, si te alegras del bien que te sobrevino un día, quizá con otro día pasó este bien por el que te alegras. Quizá porque lucraste, o porque fuiste invitado, o porque permaneciste largo tiempo en un banquete, (dices): "Me fue bien; pasé un día bueno." Te alegras porque estuviste largo tiempo en un banquete; otro día llegará en el que te lamentes por no haberte avergonzado. Con todo, de cualquier bien seme-

3 [v.2]. Ne quis etiam aliter intelligeret quod ait, *Laudabo nomen tuum in saeculum;* et quaereret aliud saeculum, quando laudaret: *Per singulos,* inquit, *dies benedicam te.* Lauda ergo et benedic Dominum Deum tuum per singulos dies; ut cum finiti fuerint singuli dies, et venerit sine fine unus dies, eas ex laudibus in laudem, sicut ex virtutibus in virtutem (Ps 83,8). *Per singulos,* inquit, *dies benedicam te;* non transiet dies quo te non benedicam. Nec mirum est si laeto die tuo benedicis Deum tuum. Quid, si forte illuxerit aliquis tristis dies, sicut se habent humanae res, sicut est abundantia scandalorum, sicut est multiplicatio tentationum? Quid si ergo aliquid accidat triste homini? desines laudare Deum? desines benedicere Creatorem tuum? Si desines, mentitus es dicendo, *Per singulos dies benedicam te, Domine.* Si autem non desines, etsi tibi videtur in die tristi male, erit tibi in Deo tuo bene. Est enim, et quando male est tibi, ubi bene tibi sit. Si enim in aliquo malo male est tibi, procul dubio in aliquo bono bene tibi erit. Et quid tam bonum, quam Deus tuus, de quo dictum est: *Nemo bonus, nisi unus Deus?* (Lc 18,19). Nam quam sit secura ista laudatio, et quam sit securum hoc bene, intellige de ipso bono. Nam si gaudes de bono quod tibi accidit per diem, fortasse transit alio die bonum hoc unde gaudes. Bene fuit mihi, bonum diem duxi: quia forte lucra venerunt, aut invitatus es, aut in epulis diu fuisti. Gaudes, quia in epulis diu fuisti; alter

jante que te alegres, sin duda es transitorio; pero, si te alegras en el Señor, Dios tuyo, oirás a la Escritura, que dice: *Alégrate en el Señor.* Con tanta más firmeza te alegrarás cuanto es más firme aquello en lo que te has de alegrar. Si te alegras del dinero, temes al ladrón; pero, si te alegras de Dios, ¿qué temes? ¿Que alguno te quite a Dios? Nadie te arrebatará a Dios si tú no le dejas. Dios no es como esta luz que brilla en el cielo. A esta luz material no nos acercamos cuando queremos, ya que no luce en todo lugar. Debido a nuestra debilidad, acontece que durante el invierno nos agrada gozarnos de ella; pero ahora, durante el verano, veis que buscamos más bien el lugar en donde no penetra esta luz; sin embargo, cuando estás en tu Dios y te deleitas en la luz de su verdad, no buscas el lugar por el que te acerques a El, sino que te acercas y te apartas por la conciencia. Lo que se dijo: *Acercaos a El, y seréis iluminados,* se dijo al ánimo, no al vehículo; se dijo al afecto, no a los pies. Además, permaneciendo en El, no soportarás el calor, *pues el Espíritu te alentará y bajo sus alas esperarás.*

4. Ves cómo has de portarte para deleitarte todos los días, pues tu Dios no te echa de sí porque te acontezca algo infausto. ¡Cuán triste era lo que sucedía al santo varón Job! ¡Cuán repentinamente! ¡Cuántos males a un tiempo! ¡Cómo le fueron quitadas todas las cosas de las que el diablo tentador creía que se alegraba, pero que no se alegraba! ¡Cómo murieron también

te dolet, quia non erubuisti. Verumtamen de quocumque tali bono gaudeas, certe transitorium est. Si autem gaudeas in Domino Deo tuo, audies dicentem Scripturam: *Delectare in Domino* (Ps 34,4). Tanto firmius gaudebis, quanto est ille certior in quo gaudebis. Si enim gaudes de nummo, times furem; si autem gaudes de Deo, quid times? Ne tibi quisquam auferat Deum? Deum tibi nemo auferet, si tu eum non dimiseris. Non enim sic est Deus, quomodo lux ista de caelo fulgens. Non quando volumus ad eam accedimus quia non in omni loco lucet. Per infirmitatem nostram forte fit, ut hieme nos delectet esse in ipsa luce: nunc autem per aestatem videtis quia magis eum locum quaesivimus, ut in ipsa luce non staremus. In Deo autem tuo quando stas, et in lumine veritatis eius delectaris, non quaeris locum quo ad eum accedas; sed conscientia accedit, conscientia recedit. Quod dictum est, *Accedite ad eum, et illuminamini* (Ps 33,6): animo dictum est, non vehiculo; affectibus dictum est, non pedibus. Et cum in eo stabis, aestus non patieris. Spiritus enim spirabit tibi, et sub alis eius sperabis (Ps 90,4).

4. Vides ergo habere te quomodo delecteris per singulos dies. Non enim te dimittet Deus tuus, etiam si aliquid triste acciderit. Quam enim triste erat, quod sancto viro Iob acciderat! Quam repente, quam multa mala! quemadmodum omnia de quibus gaudere putabatur, non de quibus gaudebat, diabolo tentante subtracta sunt! quemadmodum et filii mortui sunt! Periit quod servabatur, perierunt quibus servaba-

los hijos! Pereció lo que les reservaba y perecieron aquellos para quienes se lo reservaba; sin embargo, no pereció el que le dio aquéllas y éstos. Perecieron los hijos en el siglo presente para ser reconocidos y recibidos en el futuro. Con todo, aquel santo varón, poseyendo otra cosa de la cual se alegraba y en quien se cumplía la realidad que ahora hemos conmemorado: *Cada día te bendeciré,* ¿por ventura, porque brilló infausto aquel día en el que perdió todo, por eso se apagó la luz interna en su corazón? Permaneció en aquella luz y dijo: *El Señor me lo dio, el Señor me lo quitó; como a El le agradó, así se hizo; bendito sea el nombre del Señor.* Luego alabó todos los días el que también alabó en día tan triste. Breve enseñanza es que alabes siempre a Dios y que con recto y no falso corazón (digas): *Bendeciré a Dios en todo tiempo; su alabanza estará siempre en mi boca.* Breve enseñanza es ésta, que conozcas que da misericordiosamente cuando da y que quita misericordiosamente cuando quita, y no pienses que te aparta de su misericordia el que dando te acaricia para que no desfallezcas; o el que te corrige a ti, ensoberbecido, para que no perezcas. Luego tú alábale tanto en sus dones como en sus castigos. La alabanza del que castiga es medicina de la herida. *Cada día*—dice—*te bendeciré.* Bendecid, hermanos, sin excepción todos los días; en todo cuanto os acontezca, bendecid a Dios. El hace que no os suceda algo que no podáis soportar. Por lo mismo, debes temer cuando te va bien, pues no debes creer que jamás has de ser tentado. Si nunca fueses tentado, jamás serías probado. ¿Por ventura no es mejor ser tentado y probado que ser

tur; nec tamen periit qui et illud et illos dedit. Et ipsi filii praesenti saeculo perierunt, agnoscendi et recipiendi in futuro. Ille tamen vir habens aliud unde gauderet, in quo verum erat quod modo commemoravimus, *Per singulos dies benedicam te;* numquid quia ille dies quo totum perierat, tristis illuxit, ideo lux interior in corde defecit? Stetit quippe in illa luce, et ait: *Dominus dedit, Dominus abstulit; sicut Domino placuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictum* (Iob 1). Ergo per singulos dies laudavit, qui etiam in die tam tristi laudavit. Breve magisterium est, ut semper laudes Deum, veroque corde, non falso dicas: *Benedicam Dominum in omni tempore; semper laus eius in ore meo* (Ps 33,2). Breve magisterium est, scilicet ut noveris eum misericorditer dare cum dat, misericorditer auferre cum tollit; nec te credas a misericordia eius derelinqui, qui tibi aut blanditur dando, ne deficias; aut corripit exsultantem, ne pereas. Sive ergo in eius donis, sive in eius flagellis, lauda tu. Laus flagellantis, medicina est vulneris. *Per singulos,* inquit, *dies benedicam te.* Prorsus per singulos dies, fratres, benedicite; omnino quidquid acciderit, benedicite Deum. Etenim ne accidat aliquid quod ferre non potestis, ipse facit. Ideo cum timore debes esse, quando tibi bene est; neque te ad hoc parare, quasi ut nunquam tenteris. Si enim nunquam tentaris, nunquam probaris. Nonne

reprobado no siendo tentado? *Y alabaré tu nombre en el siglo y por el siglo del siglo.*

5 [v.3]. *Grande es el Señor y digno sobremanera de alabanza.* ¿Qué cosa más grande había de decir? ¿Qué palabras había de buscar? ¡Qué pensamiento más sublime encerró en una sola palabra, *valde,* muy! Piensa cuanto quieras. ¿Cuándo se podrá pensar el que no puede ser comprendido? *Es sobremanera digno de alabanza y su grandeza no tiene fin.* Dijo *sobremanera* o *demasiado* porque su grandeza no tiene límite, para que no suceda que quizá comiences a querer alabar y pienses que alabando puedas llegar al término de la alabanza de Aquel de quien su grandeza no conoce el fin. Luego no pienses que puede ser alabado suficientemente Aquel que en su grandeza no tiene fin. Por tanto, ¿no es mejor que así como El no tiene límite, no lo tenga su alabanza? Su grandeza no tiene límite, no lo tenga tu alabanza. ¿Qué se dijo de su grandeza? *Su grandeza no tiene fin.* Y ¿qué de tu alabanza? *Alabaré tu nombre en el siglo y en el siglo del siglo.* Luego como su grandeza no tiene fin, así tampoco lo tendrá tu alabanza. Cuando mueras en cuanto a la carne, no dejarás de alabar al Señor. Se dijo ciertamente: *Los muertos no te alabarán, Señor;* pero aquellos de quienes se dice: *La alabanza del muerto perece como nada;* mas no aquellos de quienes dice el Señor: *El que cree en mí, aunque muera, vivirá,* puesto que *el Dios de Abrahán, el Dios de Isaac, el Dios de Jacob, no es Dios de muertos, sino de vivos.* Si nunca dejarás de ser de El, nunca cesarás de

melius est tentari et probari, quam non tentatum reprobari? *Et laudabo nomen tuum in saeculum, et in saeculum saeculi.*

5 [v.3]. *Magnus Dominus et laudabilis valde.* Quantum dicturus erat? quae verba quaesiturus? Quantam conceptionem conclusit in uno *valde?* Cogita quamtum vis. Quando autem potest cogitari, qui capi non potest? *Laudabilis* est *valde; et magnitudinis eius non est finis.* Ideo dixit, *valde;* quia, *magnitudinis eius non est finis:* ne forte incipias velle laudare, et putes te laudando posse finire, cuius magnitudo finem non potest habere. Noli ergo te putare eum cuius magnitudinis finis non est, sufficienter posse laudare. Nonne ergo melius est ut quomodo ipse non finitur, nec laus ipsius finiatur? Illius magnitudo sine fine est, et tua laudatio sine fine sit. De magnitudine eius quid dictum est? *Magnitudinis eius non est finis.* De tua laude quid? *Laudabo nomen tuum in saeculum, et in saeculum saeculi.* Ergo sicut eius magnitudinis non est finis, sic tuae laudis non erit finis. Non enim cum mortuus fueris in hac carne, desines laudare Dominum. Dictum est quidem, *Non mortui laudabunt te, Domine* (Ps 113,17): sed illi de quibus dicitur, *A mortuo, velut qui non sit, perit confessio* (Eccli 17,26); non illi de quibus ait, *Qui credit in me, licet moriatur vivet* (Io 11,25): quia *Deus Abraham et Deus Isaac et Deus Iacob, non est Deus mortuorum, sed vivorum* (Mt 22,32). Si enim nunquam nisi ipsius eris, nunquam a laude ipsius tacebis. Timere poteris, ne, dum hic vivis, ipsius sis; et cum mortuus

alabarle. Si mientras vives en el mundo eres de El, ¿podrás temer que, cuando hubieres muerto, no has de ser de El? Oye al Apóstol asegurarte. *Si vivimos, para el Señor vivimos; si morimos, para el Señor morimos; luego, sea que vivamos, sea que muramos, somos del Señor.* ¿Y de dónde procedió que muerto seas también de El? De haberte redimido, estando muerto, con el precio de su sangre. ¿Cómo perecerá el siervo muerto, cuando tu precio fue su muerte? Por eso, habiendo dicho: *Ya vivamos, ya muramos, somos del Señor,* para declarar el precio añade: *pues Cristo murió y resucitó para ser Señor de vivos y de muertos.*

6 [v.4]. Sin embargo, como *su grandeza no tiene fin,* y debemos alabar a quien no podemos comprender, ya que, si le comprendiésemos, su grandeza tendría límite; y como, aun cuando su grandeza no tiene fin, podemos percibir algo de El, aunque no a todo Dios; pues somos hombres faltos de capacidad para comprender su grandeza, a fin de ser restaurados con su bondad atendamos a las obras, y por ellas alabemos al Artífice: por las cosas creadas alabemos al Hacedor, y por la criatura al Creador. Veamos, pues, las cosas que hizo en este mundo: las que nos son conocidas, las que nos son patentes, pues su inmensa bondad y grandeza sin fin, ¡cuántas otras hizo que no conocemos! Tendemos nuestra mirada hacia el cielo, y desde el sol, la luna y las estrellas la dirigimos de nuevo a la tierra. Este es el espacio por donde discurre nuestra mirada. Pues ¿quién dirige la mirada no sólo de la carne, sino de la mente, más allá de los cielos? Por tanto, alabemos a Dios por las obras que de El nos son conocidas

fueris, non ipsius sis? Audi Apostolum promittentem tibi securitatem: *Sive vivimus, Domino vivimus; sive morimur, Domino morimur: sive ergo vivimus, sive morimur, Domini sumus.* Et unde factum est ut eius sis et mortuus? Quia pretio sui sanguinis te redemit et mortuus. Quomodo perdit servum mortuum, cuius mors est pretium tuum? Ideo cum dixisset, *Sive vivimus, sive morimur, Domini sumus;* ut ostenderet ipsum pretium, *Ad hoc enim,* inquit, *Christus mortuus est et rexurrexit, ut et vivorum et mortuorum dominetur* (Rom 14,8-9).

6 [v.4]. Verumtamen, quia *magnitudinis eius non est finis,* et eum quem non capimus, laudare debemus (si enim capimus, magnitudinis eius est finis: si autem magnitudinis eius non est finis, capere ex eo aliquid possumus; Deum tamen totum capere non possumus); tanquam deficientes in eius magnitudine, ut reficiamur eius bonitate, ad opera respiciamus, et de operibus laudemus operantem, de conditis Conditorem, de creatura Creatorem. Videamus quae hic fecerit, quae nobis nota sunt, quae nobis manifestata sunt. Illius enim immensa bonitas et interminabilis magnitudo, quanta alia fecit quae nos non novimus? Quando quidem aciem oculorum nostrorum usque ad caelum extendimus, et a sole et a luna et a stellis rursus revocamus ad terram; et hoc totum spatium est ubi vagatur acies nostra: ultra caelos quis extendat vel aciem mentis, non dicam carnis? Ergo quantum nota sunt nobis

aquí, ya *que las invisibles de El están a la vista desde la fundación del mundo por las que han sido hechas. La generación y la generación alabará tus obras.* Toda generación alabará tus obras. Quizá se dijo *generación y generación* por toda generación, pues no había de indicar *generación y generación* sólo el tiempo en el que transcurre el número de todas las generaciones (humanas), sino que la repetición del que habla deja libre el ánimo para pensar en el infinito. Pues ved que esta generación que vive ahora en carne, y que ha de pasar así como llegó, alaba las obras de Dios; y cualquiera que deja el paso a la que le sucede, alaba también las obras de Dios; y después de ella vendrá otra, y hasta el fin del mundo, ¡cuánta infinidad de generaciones hay! Pues bien, indicando esto (la total generación), dice: *La generación y la generación alabará tus obras.* ¿O es que pretendió insinuar por esta repetición dos generaciones distintas, pues en la generación presente somos hijos de Dios, y en la futura seremos hijos de la resurrección? La Escritura nos llamó "hijos de la resurrección", y a la misma resurrección la llamó "regeneración"; en San Mateo dice así: *En la regeneración, cuando el Hijo del hombre se siente en el trono de su gloria, ni los hombres ni las mujeres se casarán, siendo ya hijos de la resurrección.* Luego *la generación y la generación alabará tus obras.* Ahora, cuando vivimos en esta mortalidad, alabamos las obras de Dios; y, si alabamos estando con las ataduras de la carne, ¡cómo le alabaremos coronados! Luego ahora, en la generación actual, atendamos a estas obras del Señor, en cuya alabanza se dice: *La generación y la*

opera eius, laudemus eum per opera eius. Invisibilia enim eius, a constitutione mundi, per ea quae facta sunt intellecta conspiciuntur (ib. 1,20). *Generatio et generatio laudabit opera tua.* Omnis generatio laudabit opera tua. Forte enim omnis generatio dicta est, *generatio et generatio.* Non enim tamdiu dicturus erat, *generatio et generatio,* quamdiu finiret numerum omnium generationum; sed repetitio loquentis, in infinitum misit animum cogitantis. Ecce ista generatio quae nunc in carne est, transitura hinc sicut venit, laudat opera Dei; et illa cui succedenti cedit, laudabit utique opera Dei; et post illam erit alia; et usque in finem saeculi quam multae generationes! Hoc significans ait, *Generatio et generatio laudabit opera tua.* An forte duas quasdam generationes insinuare voluit ista repetitione? Sumus enim in ista generatione filii Dei; erimus in alia generatione filii resurrectionis. Appellavit Scriptura filios resurrectionis; ipsam resurrectionem regenerationem vocavit. *In regeneratione,* inquit, *cum sederit filius hominis in maiestate sua* (Mt 19,28). Item in alio loco: *Non enim nubent, neque uxores ducent, cum sint filii resurrectionis* (Lc 20,35-36). Ergo, *Generatio et generatio laudabit opera tua.* Laudamus nunc opera Domini, cum in hac mortalitate vivimus; et si laudamus compediti, quomodo laudabimus coronati! Ergo haec nunc attendamus in hac generatione opera Domini, in cuius laude dicitur, *Generatio et generatio laudabit opera tua;* quoniam magnitudi-

generación alabará tus obras, puesto que tu grandeza no tiene límite. Conviene contemplar tus obras a fin de que tú que ejecutas tales cosas seas alabado.

7. *Y publicarán tu poder.* Alabarán tus obras con el fin de manifestar tu poder. En la escuela se proponen alabanzas a los niños; se proponen las cosas que deben alabarse, y que Dios hizo; se propone al hombre la alabanza del sol, del cielo, de la tierra; y, por referirme a las cosas más pequeñas, se propone la alabanza de la rosa, del laurel. Todas estas cosas son obras de Dios. Se proponen, se aceptan, se alaban; se publican las obras y no se hace mención del Creador. Yo quiero que en las obras se alabe al Creador, pues no estimo al panegirista ingrato. ¿Alabas lo que hizo y no mencionas al que lo hizo? ¿No comprendes que, si no fuese tan inmenso, no tendrías qué alabar? ¿Qué se alaba en lo que ves? La belleza, la utilidad, alguna virtud, algún poder de estas cosas. Si te deleita la belleza, ¿qué cosa más bella que el Hacedor? Si la utilidad, ¿qué cosa más útil que Aquel que hizo todas las cosas? Si se alaba el poder, ¿qué cosa más potente que Aquel por quien fueron hechas todas las cosas, y por quien, hechas, no son abandonadas, sino regidas y gobernadas todas ellas? Luego no te alaba la generación y generación en tus siervos cuando alaba tus obras, como ciertos parlanchines mudos, que alaban la criatura y se olvidan del Creador. ¿Cómo te alaba? *Y publicarán tu poder.* En las alabanzas de tus obras publicarán tu poder. Estos panegiristas santos y buenos fieles, verdaderos pregoneros, reconocidos a la gracia, cuando alaban las obras de Dios,

nis tua non est finis. Opera tua intueri licet, ut tu lauderis qui talia operaris.

7. *Et virtutem tuam annuntiabunt.* Neque enim opera tua laudabunt, nisi ut virtutem tuam annuntient. Proponuntur laudes pueris in schola, et omnia talia proponuntur quae laudentur, quae Deus est operatus: proponitur homini laus solis, laus caeli, laus terrae; ut ad minora etiam veniam, laus rosae, laus lauri: omnia ista opera Dei sunt, proponuntur, suscipiuntur, laudantur; opera celebrantur, de operatore tacetur. Ego in operibus volo laudari Creatorem; ingratum non amo laudatorem. Laudas quod fecit, taces de illo qui fecit? Quasi vero nisi ille tantus esset, invenires quod laudares. In eo quod vides, quid ibi laudatur? Species, utilitas, aliqua virtus, aliqua potentia rerum istarum. Si pulchritudo te delectat, quid pulchrius faciente? Si utilitas laudatur, quid illo utilius, qui fecit omnia? Si virtus laudatur, quid illo potentius, a quo facta sunt omnia; a quo etiam facta non dimittuntur, sed reguntur et gubernantur omnia? Non ergo quemadmodum quidam eloquentes muti, laudantes creaturam, obliviscentes Creatorem; non sic te laudat generatio et generatio in servis tuis, cum laudat opera tua. Sed quomodo laudat? *Et virtutem tuam annuntiabunt.* In laudandis operibus tuis, virtutem tuam annuntiabunt. Laudatores isti, sancti et boni fideles, veri laudatores, non

éstas y aquéllas, las más perfectas y las menos, las celestes y las terrestres, se reconocen a sí mismos entre las obras de Dios que alaban, puesto que ellos se cuentan entre ellas. El que hizo todas las cosas, nos hizo entre todas. Por tanto, si alabas las obras de Dios, has de alabarte a ti mismo, porque tú eres obra de Dios. Entonces ¿qué dieremos de aquello: *No te alabe tu boca?* Ve que se encontró el modo de poder alabar sin ser orgulloso. Alaba en ti a Dios, no a ti; alaba no porque tú eres tal, sino porque El te hizo; alaba no porque tú puedes algo, sino porque El puede en ti y por ti. Por esto te alabarán *y publicarán tu poder;* no el suyo, sino *el tuyo.* Aprended, pues, a alabar. Contemplando la obra, admirad al Artífice, dando gracias, no envaneciéndoos. Alabad, porque obró, porque así estableció, porque dio tales cosas.

8 [v.5-6]. En fin, ve lo que sigue: *Publicarán*—dice—*tu poder, y ensalzarán la magnificencia de tu santa gloria, y contarán tus maravillas, y encarecerán el poder de tus cosas terribles, y referirán tu grandeza, y proclamarán el recuerdo de la abundancia de tu suavidad o dulzura;* únicamente de la tuya. Ve si este pensador de las obras se apartó del Operante, poniendo la mirada en las obras; ve si se alejó del que obró, para ir a parar a las cosas que hizo. No se apartó del Creador, viniendo a parar a las cosas creadas; sino que de las cosas hechas se encaminó al que las hizo. Si amas a éstas más que a Dios, no le tendrás. Y ¿de qué te sirve abundar en sus obras, si te abandona el Creador? Ama, sin duda, también estas obras, pero a El ámale más; y ama a estas obras por El. Publica su poder, ensalza la magnificencia de

ingrati gratiae, cum laudant opera Dei haec atque illa, summa et ima, caelestia et terrestria, inter ipsa opera Dei quae laudant, et seipsos inveniunt, quia in operibus Dei et ipsi sunt. Qui enim fecit omnia, ipse nos fecit inter omnia. Proinde si laudas opera Dei, et te laudaturus es; quia et tu opus Dei es. Ubi est ergo, *Non te laudet os tuum?* (Prov 27,2). Ecce inventum est quomodo et te laudare possis, et arrogans non sis. Deum in te lauda, non te: non quia tu es talis, sed quia ille fecit te; non quia tu aliquid potes, sed quia potest ille in te et per te. Ac per hoc laudabunt te, *et virtutem tuam annuntiabunt;* non suam, sed *tuam.* Discite ergo laudare. Intuentes opera, miramini artificem; gratias agendo, non arrogando. Laudate quia ipse fecit, quia sic constituit, quia talia donavit.

8 [v.5-6]. Denique vide quae sequuntur: *Virtutem,* inquit, *tuam annuntiabunt. Et magnificentiam gloriae sanctitatis tuae loquentur, et mirabilia tua narrabunt. Et virtutem metuendorum tuorum dicent, et magnitudinem tuam enarrabunt eam. Memoriam abundantiae suavitatis tuae eructabunt:* nonnisi tuam. Iste operum considerator, vide si deflexus est ab operante ad opus; vide si decidit ab eo qui fecit, ad ea quae fecit. Ab his quae facta sunt, gradum sibi fecit ad eum, non ab illo ad ista casum. Si enim amaveris haec plus quam illum, non habebis illum. Et quid tibi prodest abundare operibus; si te deserit operator? Certe ama

su santa gloria, refiere sus maravillas, encarece el poder de sus cosas terribles. Este es amable y terrible. Acaricia y amenaza. Si no acariciase, faltaría la exhortación; si no amenazase, faltaría la corrección. Tus pregoneros anuncian *el poder de tus cosas terribles,* proclaman y no callan el poder de tu criatura, que castiga e impone la disciplina, pues no anunciarán tu reino eterno y callarán el fuego también eterno. La alabanza de Dios, que te estableció en el camino, te debe manifestar lo que debes amar y temer, lo que debes apetecer y rehusar, lo que debes elegir y rechazar. Ahora es el tiempo de la elección, más tarde será el de la recepción. Luego se publique el poder de las cosas terribles. *Y referirán*—dice—*tu grandeza,* la infinita; pues como tu grandeza no tiene límite, no dejarán de hablar de ella. Anunciarán, diré, aquella grandeza tuya de la que anteriormente dije: *Y tu grandeza no tiene fin.* ¿Cómo la anunciarán, si no tiene fin? La anunciarán al ensalzarla; y como (su grandeza) no tiene fin, tampoco lo tendrá su alabanza. Probemos que su alabanza no tendrá fin: *Bienaventurados*—dice—*los que habitan en tu casa; por los siglos de los siglos te alabarán. Y anunciarán tu grandeza;* aquella, aquella infinita.

9 [v.7]. *Eructarán el recuerdo de la abundancia de tu suavidad o dulzura.* ¡Oh manjar opulento! ¿Qué comerán los que así han de eructar? ¿Qué significa el recuerdo de la abundancia de tu suavidad o dulzura? Que no te has de olvidar de nosotros aun cuando nosotros nos olvidemos de ti. Toda carne se olvidó

et haec; sed plus illum ama, et haec propter illum ama. Annuntia virtutem eius, magnificentiam gloriae sanctitatis eius loquere, mirabilia eius enarra, virtutem metuendorum dic. Iste enim amabilis est et terribilis. Non enim blanditur et non minatur. Si non blandiretur, nulla esset exhortatio; si non minaretur, nulla esset correptio. Dicent ergo laudatores tui *et virtutem metuendorum;* virtutem creaturae tuae punientis et disciplinam dantis dicent, non tacebunt. Non enim praedicabunt regnum tuum aeternum, et tacebunt ignem aeternum. Laus enim Dei in via te constituens, ostendere tibi debet et quid diligas, et quid timeas; et quid appetas, et quid fugias; quid eligas, et quid reiicias. Tempus electionis nunc est, acceptionis postea erit. Dicatur ergo virtus metuendorum. *Et magnitudinem tuam,* inquit, *enarrabunt eam.* Sic infinitam, sic quomodo magnitudinis tuae non est finis; non de illa tacebunt. Illam, inquam, *magnitudinem tuam,* de qua superius dixeram, *Et magnitudinis* tuae *non est finis, enarrabunt eam.* Quomodo enarrabunt eam, si finis non est? Enarrabunt eam, cum laudabunt eam; et quia finis eius non est, sic et laudis eius non erit finis. Probemus quia non erit finis laudis eius. *Beati,* inquit, *qui habitant in domo tua; in saecula saeculorum laudabunt te* (Ps 83,5). *Et magnitudinem tuam* illam, illam infinitam, *enarrabunt eam.*

9 [v.7]. *Memoriam abundantiae suavitatis tuae eructabunt.* O epulas felices! Quid manducabunt qui sic eructabunt? *Memoriam abundantiae suavitatis tuae.* Quid est, *memoriam abundantiae suavitatis tuae?*

de Dios; sin embargo, El no se olvidó de sus obras. Por tanto, como no se olvidó de nosotros, ha de ser anunciado, ha de ser proclamado este recuerdo que tuvo de nosotros; y, además, como es dulce en extremo, ha de ser comido, ha de ser eructado. Come de modo que eructes, recibe de suerte que des. Comes cuando aprendes, eructas cuando enseñas. Comes cuando escuchas, eructas cuando predicas. Con todo, eructas lo que comiste. En fin, aquel ansioso yantador, el apóstol San Juan, a quien no hubiera saciado la mesa del Señor de no haberse recostado sobre su pecho y haber bebido de su arcano los divinos misterios, ¿qué eructó? *En el principio era el Verbo, y el Verbo estaba en Dios.* Luego *eructarán la abundancia de tu dulzura o suavidad.* ¿Cómo no es suficiente tu recuerdo, o el recuerdo de tu abundancia, o el recuerdo de tu dulzura o suavidad, sino *el recuerdo de la "abundancia" de tu dulzura o suavidad?* Porque ¿qué aprovecha si la abundancia es agria? Asimismo, es desagradable si es dulce, pero si es poca.

10. Luego *eructarán el recuerdo de la abundancia de tu dulzura o suavidad,* porque no te olvidaste de nosotros; y por no olvidarte suscitaste en nosotros el recuerdo. *Se acordarán y se convertirán al Señor todos los confines de la tierra.* Luego *como eructarán el recuerdo de la abundancia de tu dulzura o suavidad* al comprender que no hay bien en ellos que no proceda de ti, y que no hubieran podido convertirse a ti si tú no se lo hubieras recordado, ni hubieran podido acordarse de ti si tú te hubieras olvidado de ellos, considerando estas cosas debido a tu gracia, *se alborozarán por tu justicia.* Considerando todo esto, diré, debido

Quia nos oblitus non es, cum obliti te nos fuerimus. Omnis enim caro oblita erat Deum; ille tamen opera sua non est oblitus. Haec memoria eius super nos, quia non nos oblitus est, praedicanda est, enarranda est; et quia valde dulcis est, manducanda et eructanda est. Sic manduca, ut eructes; sic accipe, ut des. Manducas, cum discis; eructas, cum doces; manducas, cum audis; eructas, cum praedicas: hoc tamen eructas quod manducasti. Denique ille avidissimus epulator Ioannes apostolus, cui non sufficiebat ipsa mensa Domini, nisi discumberet super pectus Domini (Io 13,23), et de arcano eius biberet divina secreta, quid eructavit? *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum* (ib. 1,1). *Memoriam* ergo *abundantiae suavitatis tuae eructabunt.* Quomodo non sufficit, memoriam tuam, nec memoriam abundantiae tuae, vel memoriam suavitatis tuae; sed *memoriam abundantiae suavitatis tuae?* Etenim quid prodest si abundat et insuave est? Item molestum, si suave et parum est.

10. Ergo, *Memoriam abundantiae suavitatis tuae eructabunt:* quia non es tu oblitus nostri; et non oblitus commonuisti nos, ut et nos reducas in memoriam. *Commemorabuntur* enim *et convertentur ad Dominum universi fines terrae* (Ps 21,28). Quia ergo *memoriam abundantiae suavitatis tuae eructabunt,* intelligentes in se nihil boni esse quod a te non sit; nec potuisse converti ad te, nisi commonerentur abs te; nec reduci potuisse in memoriam tui, si tu obliviscereris illorum: haec

a tu gracia, se alegrarán por tu justicia, no por la suya. Hermanos, si queréis eructar gracia, bebed gracia. ¿Qué significa "bebed gracia"? Llegad a conocer la gracia; comprended la gracia. Nosotros, antes de existir, no existíamos en absoluto; con todo, fuimos hechos hombres, siendo así que antes no éramos nada; después, hechos hombres del vástago de aquel pecador, éramos malvados, y por naturaleza hijos de la ira, como los demás. Consideremos la gracia de Dios; no sólo aquella por la que nos creó, sino aquella por la que nos restauró. Al mismo a quien debemos el ser, le debemos también el ser justificados. Nadie atribuya a Dios su ser, y a sí mismo el ser justo, pues es mejor lo que a ti pretendes atribuirte que lo que atribuyes a Dios. Eres mejor por ser justo que por ser hombre. Por tanto, es inferior lo que atribuyes a Dios que lo que te atribuyes a ti. Atribúyele a El todo y alábale en todo; no te apartes de la mano del Artífice. ¿Qué hizo para que existieses? ¿No se escribió que Dios tomó limo de la tierra y formó al hombre? Antes de ser hombre eras barro, y antes de ser barro no eras nada. Pero no des únicamente gracias a tu Artífice por esta hechura, atiende a otra hechura por la que te formó. *No por las obras*—dice el Apóstol—, *para que nadie se engría.* Pero el que dijo: *No por las obras,* para que nadie se engría, ¿qué conmemoró más arriba? *Por la gracia habéis sido salvados, mediante la fe; y esto no por vosotros.* Son palabras del Apóstol, no mías: *Por la gracia habéis sido salvados, mediante la fe. Y esto* para ser salvados mediante la fe, *no por vosotros.* Aun cuando había dicho ya *por la gracia,* y, por

considerantes in gratia tua, *Et iustitia tua exsultabunt.* Haec, inquam, in tua gratia considerantes, *exsultabunt iustitia tua,* non sua. Fratres, si vultis eructare gratiam, bibite gratiam. Quid est, bibite gratiam? Discite gratiam, intelligite gratiam. Nos antequam essemus, omnino non eramus; et facti sumus homines, cum ante nihil essemus: deinde iam ipsi homines ex traduce illius peccatoris, et maligni eramus, et filii irae natura, sicut et caeteri (Eph 2,3). Attendamus ergo gratiam Dei, non solum qua fecit nos, verum etiam qua refecit. Cui ergo debemus quia sumus, illi debemus quia et iustificati sumus. Nemo quasi tribuat Deo quia est, et sibi tribuat quia iustus est. Melius est enim quod tibi vis tribuere, quam quod illi: melius enim aliquid es quia iustus es, quam quia homo es. Inferius aliquid das Deo; et superius tibi. Totum illi da, in todo ipsum lauda: non cadas de manu artificis. Ut esses quis fecit? Nonne scriptum est quia sumpsit Deus limum de terra, et formavit hominem? (Gen 2,7). Antequam homo esses, limus eras; antequam limus esses, nihil eras. Sed non de isto solo figmento gratias agas artifici tuo; audi aliud figmentum ubi te fecit. *Non ex operibus,* ait, *ne forte quis extollatur.* Sed qui dixit, *Non ex operibus, ne forte quis extollatur;* superius quid commemoravit? *Gratia salvi facti estis per fidem; et hoc non ex vobis.* Apostoli verba sunt, non mea: *Gratia salvi facti estis per fidem; et hoc* (ut salvi essetis per fidem) *non ex vobis.* Quamvis hoc ipsum quod dixerat, *Gratia;* utique, *non ex vobis:* sed ne quis

tanto, *no por vosotros,* sin embargo, para que no sucediese que alguno lo entendiese de otra manera, se dignó manifestarlo con más claridad. Preséntame a un buen entendedor, y todo lo que dijo lo entenderá: *Por la gracia fuimos salvados.* Cuando oyes la palabra *gracia,* entiende gratuitamente. Luego, si gratuitamente, tú nada aportaste, nada mereciste; porque, si se dio algo en virtud de méritos, es recompensa, no gracia. Y *por la gracia* —dice—*fuisteis salvados, mediante la fe.* Esto lo expone más claramente atendiendo a los soberbios, a los que se agradan a sí, a los que ignoran la justicia de Dios y pretenden establecer la suya. Oyelo más claramente: *Y esto*—dice el que por la gracia fuisteis salvados—*no se debe a vosotros, sino que es don de Dios.* Pero quizá hicimos algo nosotros para merecer los dones de Dios. Oye qué dice: *No por las obras, para que nadie se engría.* Pues ¿qué? ¿Nosotros no obramos bien? Sin duda, obramos. Pero ¿cómo? Obrando El en nosotros, puesto que mediante la fe asignamos un puesto en nuestro corazón a Aquel que está en nosotros y obra por nosotros las obras buenas. Oye de dónde procede que obres bien: *De El somos hechura, criados en Cristo Jesús para obras buenas a fin de que caminemos en ellas.* Esta es la dulzura que abunda de su recuerdo en nosotros. Eructando ésta, se alborozarán sus predicadores de su justicia, no de la de ellos. ¿Qué hiciste con nosotros, Señor, a quien alabamos, para que existiésemos, para que alabásemos, para que nos alborozásemos por tu justicia, para que eructásemos el recuerdo de la abundancia de tu dulzura? Lo digamos, y al decirlo alabemos.

11 [v.8]. *Misericordioso y compasivo es el Señor, sufrido y muy misericordioso. Dulce es el Señor para todos, y sus miseri-*

aliter intelligeret, planius hoc aperire dignatus est. Da intellectorem, et totum dixit: *Gratia salvi facti estis.* Ubi audis, *gratia,* Gratis intellige. Si ergo gratis, nihil tu attulisti, nihil meruisti: nam si meritis aliquid redditum est, merces est, non gratia. *Gratia,* inquit, *salvi facti estis per fidem.* Expone illud apertius propter arrogantes, propter sibi placentes, propter ignorantes Dei iustitiam et suam volentes constituere. Audi hoc idem apertius: *Et hoc,* inquit, quod *gratia salvi facti estis, non ex vobis, sed Dei donum est.* Sed et nos forte aliquid fecimus, ut dona Dei mereremur. *Non ex operibus,* inquit, *ne forte quis extollatur.* Quid ergo? nos bene non operamur? Imo operamur. Sed quomodo? Ipso in nobis operante; quia per fidem locum damus in corde nostro ei qui in nobis et per nos bona operatur. Audi enim unde opereris bona: *Ipsius enim sumus figmentum, creati in Christo Iesu in operibus bonis, ut in illis ambulemus* (Eph 2,8-10). Ista est suavitas abundans memoriae ipsius circa nos. Hanc eructando praedicatores eius iustitia eius exsultabunt, non sua. Quid ergo ut simus, ut laudemus, ut iustitia tua exsultemus, ut memoriam abundantiae suavitatis tuae eructemus, quid erga nos fecisti, Domine, quem laudamus? Dicamus, et cum dicimus, laudemus.

11 [v.8]. *Misericors et miserator Dominus, longanimis et multum*

cordias (se manifiestan) en todas sus obras. Si El no fuese tal, de nada nos serviría la repetición. Mírate a ti mismo; tú, pecador, ¿qué merecías?; tú, vituperador de Dios, ¿qué merecías? Ve si se te ocurre otra cosa fuera del castigo, si se te ocurre algo fuera del suplicio. Ves lo que se te debía y lo que ha de dar el que dio gratuitamente. Se dio el perdón al pecador, se dio el espíritu de justificación, se dio el amor y la caridad, para que por ella hagas bien todas las cosas; y, además de esto, dará también la vida eterna y la compañía de los ángeles; y todo ello por misericordia. No te jactes jamás de tus méritos, porque también ellos son dones de El: *Y por tu justicia se alborozarán. Misericordioso y compasivo es el Señor,* pues todo lo hiciste desinteresadamente. (Es) *sufrido.* ¿A cuántos pecadores no soporta? *El Señor es misericordioso y compasivo* para quienes concedió el perdón. Para los que aún no se lo ha dado es *sufrido* no condenando, sino esperando y clamando en este compás de espera: *Convertíos a mí, y Yo me convertiré a vosotros;* con gran longanimidad dice: *No quiero la muerte del impío, sino que se convierta y viva.* El es sufrido; tú, por el contrario, conforme la dureza de tu corazón y con impenitente corazón, atesoras para ti la ira para el día de la ira y de la manifestación del justo juicio de Dios, el cual dará a cada uno según sus obras. Sin embargo, no es de tal modo sufrido soportando que no sea siempre justo castigando. Distribuye el tiempo; ahora te llama, te exhorta, te espera a que entres en razón, y tú tardas. El demostró gran misericordia dejándote incierto el día de tu vida a fin de que ignores cuándo

misericors. Suavis Dominus omnibus, et miserationes eius in omnia opera eius. Nisi ille talis esset, de nobis repetitio nulla esset. Attende ad te ipsum; quid merebaris peccator? contemptor Dei, quid merebaris? Vide si occurit tibi nisi poena, si occurrit tibi nisi supplicium. Vides ergo quid tibi debebatur, et quid dederit qui gratis dedit. Data est venia peccatori, datus est spiritus iustificationis, data est charitas et dilectio, in qua omnia bona facias; et super haec dabit et vitam aeternam, et societatem Angelorum: totum de misericordia. Merita tua nusquam iactes, quia et ipsa tua merita illius dona sunt: *Et iustitia tua exsultabunt. Misericors et miserator Dominus:* qui fecisti omnia gratis. *Longanimis:* quantos enim sustinet peccatores? *Misericors et miserator Dominus,* in his quibus veniam dedit: in his quibus adhuc non dedit, *longanimis,* non damnans, sed exspectans, ipsa exspectatione clamans, *Convertimini ad me, et convertar ad vos* (Mt 3,7); et nimia longanimitate, *Nolo,* inquit, *mortem impii, tantum ut revertatur et vivat* (Ez 33,11). Ille quidem longanimis; tu autem secundum duritiam cordis tui et cor impoenitens thesaurizas tibi iram in die irae et revelationis iusti iudicii Dei, qui reddet unicuique secundum opera sua (Rom 2,5-6). Non enim modo sic longanimis in sustinendo, ut nunquam iustus in vindicando. Distribuit tempora: vocat te nunc, exhortatur te nunc; exspectat donec resipiscas, et tu tardas! Magna eius misericordia et in hoc quod diem vitae tibi incertum fecit, ut nescias quando hinc emigrabis; et cum

has de emigrar de aquí, ya que, esperando cotidianamente tu salida, te convertirás en algún tiempo. En esto manifestó su gran misericordia. Si hubiese señalado el día a todos, multiplicaría los pecados debido a la seguridad. Luego te dio esperanza de perdón para que no peques más desesperándote. Tanto la esperanza como la desesperación debe ser temida en los pecados. Oíd la voz del desesperado, aumentando los pecados; y escuchad también la voz del confiado, aumentándolos; y, asimismo, cómo la providencia y la misericordia de Dios socorre a cada voz. Oye al desesperado: "Debo ya ser condenado—dice—; ¿por qué no hago todo cuanto quiero?" Oye al mismo confiado: "La misericordia de Dios es grande; cuando me convierta, me perdonará todos los pecados. ¿Por qué no hago lo que se me antoje?" Uno desespera y el otro espera para pecar. Ambas cosas han de ser temidas, ambas son peligrosísimas. ¡Ay de la desesperación! ¡Ay de la perversa confianza! ¿Cómo sale la misericordia de Dios al encuentro de ambos peligros, de uno y otro mal? ¿Qué dices tú, que, desesperando, querías pecar? "Ya he de ser condenado. ¿Por qué no hago lo que quiero?" Oye la Escritura: *No quiero la muerte del impío, sino que se convierta y viva.* Esta voz de Dios encamina a la esperanza. Pero debe ser temido otro ardid, no sea que, debido a la esperanza, peque más. ¿Qué decías tú, que, confiando, pecas más? "Cuando me convierta Dios, me perdonará todos mis crímenes; por tanto, haré cuanto se me antoje." Oye también tú la Escritura: *No tardes en convertirte a Dios; no lo difieras de día en día, pues repentinamente vendrá su ira y en el tiempo de la venganza te perderá.* No digas:

quotidie speras te migrare, aliquando convertaris: et in hoc magna eius misericordia. Caeterum si statuisset diem omnibus, faceret abundare peccata de securitate. Dedit ergo spem veniae, ne desperando amplius pecces. Et spes, et desperatio timenda est in peccatis. Videte vocem desperantis ad augenda peccata, et videte vocem sperantis ad augenda peccata, et quomodo utrique voci occurrit providentia et misericordia Dei. Audi vocem desperantis: Iam, inquit, damnandus sum; quare non facio quidquid volo? Audi et vocem sperantis: Misericordia Domini magna est; quando me convertero, dimittet mihi omnia: quare non facio quidquid volo? Desperat, ut peccet; sperat, ut peccet. Utrumque metuendum est, utrumque periculosum; vae a desperatione! vae a perversa spe! Utrique huic periculo et utrique malo quomodo occurrit misericordia Dei? Quid dicis tu, qui desperando volebas peccare? Iam damnandus sum; quare non facio quidquid volo. Audi Scripturam: *Nolo mortem impii, tantum ut revertatur et vivat.* Hac voce Dei reducitur in spem: sed timendus est alius laqueus, ne ipsa spe amplius peccet. Quid ergo et tu dicebas, qui spe magis peccas? Quando me convertero, omnia mihi Deus dimittet; faciam quidquid volo. Audi et tu Scripturam: *Ne tardes converti ad Dominum, neque differas de die in diem; subito enim veniet ira illius, et in tempore vindictae disperdet te* (Eccl 5,8-9). Noli ergo

"Mañana me convertiré, mañana agradaré a Dios, y todas mis iniquidades de hoy y de ayer se me perdonarán." Dices verdad al afirmar que Dios prometió el perdón a tu conversión; pero no prometió el día de mañana a tu dilación.

12 [v.9]. *Dulce es el Señor para todos, y sus misericordias aparecen en todas sus obras.* Entonces ¿por qué condena? ¿Por qué castiga? ¿O es que aquellos a quienes condena, a quienes castiga, no son sus obras? Sin duda lo son. ¿Quieres conocer que *en todas sus obras se encuentran sus misericordias?* ¿De dónde proviene aquella longanimidad por la cual hace salir su sol sobre los buenos y los malos? ¿Acaso el que llueve sobre los justos y los injustos no hace aparecer sus misericordias en todas sus obras? Sufrido, espera al pecador, diciendo: *Convertíos a mí, y Yo me convertiré a vosotros.* ¿Luego por ventura no aparecen sus misericordias en todas sus obras? Cuando dice: *Id al fuego eterno que está preparado para el diablo y sus ángeles,* no aparece su conmiseración, sino su severidad. Ciertamente esto es así; con todo, ten entendido que la misericordia se halla en sus obras y que su severidad no se encuentra en sus obras, sino en las tuyas. En fin, si destruyes tus malas obras, de suerte que no permanezca en ti nada más que su obra, no te abandonará su conmiseración. Por el contrario, si tú no destruyes tus obras, se hallará presente su severidad en tus obras, no en las de El.

13 [v.10]. *Confiésente, Señor, todas tus obras y bendígante tus santos. Confiésente todas tus obras.* ¿Pues qué? La tierra, ¿no es obra suya? ¿No son sus obras los árboles? Los animales do-

dicere: Cras me convertam, cras Deo placebo; et omnia hodierna et hesterna dimittuntur mihi. Verum quidem dicis, quia Deus conversioni tuae indulgentiam promisit; sed dilationi tuae diem crastinum non promisit.

12 [v.9]. *Suavis Dominus omnibus, et miserationes eius in omnia opera eius.* Quare ergo damnat? quare flagellat? An quos damnat, an quos flagellat, non sunt opera eius? Plane opera eius. Et vis nosse quia *super omnia opera eius miserationes eius?* Inde est illa longanimitas qua facit solem suum oriri super bonos et malos: nonne *miserationes eius in omnia opera eius,* qui pluit super iustos et iniustos? (Mt 5,45) nonne *miserationes eius in omnia opera eius?* Longanimis exspectat peccatorem, dicens, *Convertimini ad me, et convertar ad vos:* nonne *miserationes eius in omnia opera eius?* Et cum dicit, *Ite in ignem aeternum, qui paratus est diabolo et angelis eius* (ib. 25,41); hic non miseratio eius, sed severitas eius. Miseratio eius reddita est operibus eius; severitas eius est non in opera sua, sed in opera tua. Denique si tollas opera tua mala, et non in te remaneat nisi opus eius, non te dimittet miseratio eius: si autem tu non dimittis opera tua, erit severitas eius in opera tua, non in opera sua.

13 [v.10]. *Confiteantur tibi, Domine, omnia opera tua, et sancti tui benedicant te. Omnia opera tua confiteantur tibi.* Quid enim? terra non est opus eius? ligna non sunt opera eius? pecora, bestiae, pisces,

mésticos, las bestias, los peces, las aves, ¿no son sus obras? Sin duda, son obras suyas. Pero ¿cómo le confesarán estos seres? Veo que en los ángeles le confiesan sus obras, puesto que los ángeles son obras suyas. También los hombres son obras suyas, y, cuando le confiesan los hombres, le confiesan sus obras. Pero ¿por ventura los árboles y las piedras poseen voz de confesión? Sin duda que le confiesan todas sus obras. ¿Qué dices? ¿También la tierra y los árboles? Todas sus obras. Si todas le ensalzan, ¿por qué no le han de confesar todas ellas? La confesión no es sólo de pecados, sino también de alabanza. Digo esto para que, al oír en cualquier sitio la palabra *confesión,* no penséis que únicamente se trata de pecados. Hasta tal punto se cree así, que, cuando se oye esta palabra en los discursos divinos, inmediatamente se acostumbra a herir los pechos. Ve que también la confesión es de alabanza. ¿Por ventura nuestro Señor Jesucristo tenía pecados? Y, sin embargo, dice: "*Confiteor tibi*": *Te confieso, ¡oh Padre!, Señor del cielo y de la tierra.* Esta confesión es de alabanza. Por tanto, ¿cómo ha de entenderse *confiteantur tibi Domine omnia opera tua?* Te alaban, Señor, todas tus obras. La dificultad que se presentaba en la palabra *confesión* recae ahora en la alabanza, ya que, si no pueden confesar los árboles, la tierra y cualquier ser insensible, porque les falta la voz, tampoco alabarán, porque carecen de voz para alabar. Pero los tres jóvenes que caminaban entre las llamas inofensivas y que contaron con tiempo, no sólo para quemarse, sino también para alabar a Dios, ¿no enumeran todos los seres de la creación, y todos dicen, a partir de los ce-

volatilia non sunt opera eius? Plane et haec opera eius. Et quomodo ei confitebuntur et haec? Video quidem in Angelis confiteri illi opera eius; etenim opera eius sunt Angeli: et homines opera eius sunt; et cum confitentur illi homines, opera eius illi confitentur: numquid ligna et lapides vocem habent confessionis? Prorsus confiteantur ei omnia opera eius. Quid dicis? Et terra et ligna? Omnia opera eius. Si omnia laudant, cur non omnia confitentur? Confessio enim non peccatorum tantum dicitur, sed et laudis: ne forte ubicumque auditis confessionem, putetis iam non esse nisi peccati. Usque adeo enim hoc putatur, ut quando sonuerit de divinis eloquiis, continuo sit consuetudo pectora tundere. Audi quia est et laudis confessio. Numquid Dominus Iesus Christus habebat peccatum? Et tamen ait: *Confiteor tibi, Pater, Domine caeli et terrae* (Mt 11,25). Confessio est ergo in laude. Proinde quid accipiendum, *Confiteantur tibi, Domine, omnia opera tua?* Laudent te omnia opera tua. Sed talis quaestio redit ad laudem, qualis erat in confessione. Si enim propterea confiteri non poterunt terra, ligna et quaeque insensata, quia vocem non habent confitendi; ideo nec laudabunt, quia vocem non habent praedicandi. Nonne tamen omnia tres illi pueri enumerant, deambulantes inter flammas innoxias; quibus spatium erat, non solum non ardendi, sed etiam laudandi Deum? Omnibus dicunt a caelestibus usque ad terrena: *Benedicite, hymnum dicite, et superexaltate eum in saecula*

lestes hasta los terrestres: *Bendecid y cantad himnos y ensalzadle por los siglos?* Ved cómo cantan himnos de alabanza. Con todo, nadie piense que el peñasco insensible o el mundo animal posee mente racional para conocer a Dios. Quienes creyeron esto se apartaron inmensamente de la verdad. Dios creó y ordenó todas las cosas; a unas les dio sentido, entendimiento e inmortalidad, como a los ángeles; a otras, sentido, entendimiento y mortalidad, como a los hombres; a otras les dio sentido corporal, mas no entendimiento ni inmortalidad, como a las bestias; a otras no les dio sentido, ni entendimiento, ni inmortalidad, como a las hierbas, a los árboles y a las piedras; sin embargo, ellas mismas en su género no pueden flaquear, puesto que ordenó a la criatura en ciertos grados, desde el cielo hasta la tierra, desde las cosas visibles hasta las invisibles, desde las mortales hasta las inmortales. Este concatenamiento de la criatura, esta ordenadísima hermosura, subiendo de lo ínfimo a lo sumo y bajando de lo sumo a lo ínfimo, jamás interrumpida, sino acomodada a los seres dispares, toda ella alaba a Dios. ¿Por qué toda ella alaba a Dios? Porque, cuando la contemplas tú y la ves hermosa, por ella alabas a tu Dios. La muda tierra tiene voz, tiene faz. Tú atiendes y ves su faz, su superficie; ves su fecundidad, ves su vigor, ves cómo germina en ella la semilla; cómo muchas veces hace brotar lo que no se sembró en ella. Ves esto, y con tu reflexión la interrogas, ya que esta inquisición es una interrogación. Pues bien; cuando, admirado, hayas investigado y escudriñado, y hayas encontrado el vigor inmenso, la gran hermosura, el excelso poder,

(Dan 3,20.90). Ecce quomodo dicunt hymnum. Nemo hoc sentiat, quod mutus lapis aut mutum animal habeat rationem intelligendi Deus: hoc qui putaverunt, multum a veritate aberraverunt. Deus ordinavit omnia, et fecit omnia: quibusdam dedit sensum, et intellectum, et immortalitatem, sicut Angelis; quibusdam dedit sensum et intellectum cum mortalitate, sicut hominibus; quibusdam dedit sensum corporis, nec intellectum, nec immortalitatem dedit, sicut pecoribus; quibusdam vero nec sensum, nec intellectum, nec immortalitatem, sicut herbis, lignis, lapidibus: tamen et ipsa in genere suo deesse non possunt, et gradibus quibusdam ordinavit creaturam, a terra usque ad caelum, a visibilibus ad invisibilia, a mortalibus ad immortalia. Ista contextio creaturae, ista ordinatissima pulchritudo, ab imis ad summa conscendens, a summis ad ima descendens, nusquam interrupta, sed dissimilibus temperata, tota laudat Deum. Quare ergo tota laudat Deum? Quia cum eam consideras et pulchram vides, tu in illa laudas Deum. Vox quaedam est mutae terrae, species terrae. Attendis et vides eius speciem, vides eius fecunditatem, vides eius vires, quomodo concipiat semen, quomodo plerumque afferat quod non est seminatum: vides, et consideratione tua tanquam interrogas eam; et ipsa inquisitio interrogatio est. Cum autem inquisieris admirans, et perscrutatus fueris, et magnam vim, magnam pulchritudinem, praeclaramque virtutem inveneris, quoniam apud se et

como de sí misma y por sí misma no puede tener esta virtud, al instante se te ocurre que únicamente puede estar dotada de ella por haberla recibido del mismo Creador. Y lo que en ella encontraste es la voz de su confesión para que alabes tú al Creador. ¿Por ventura, considerando toda la belleza de este mundo, no te responde a una su hermosura: "No me hice yo, sino Dios"?

14 [v.11]. Luego *confiésente, Señor, tus obras y bendígante tus santos.* Examinen tus santos la criatura que confiesa para que en la confesión de tus obras te bendigan. Oye su voz que alaba. Cuando tus santos te bendicen, ¿qué profieren? *Proclamarán la gloria de tu reino y hablarán de tu poder.* ¡Cuán poderoso es Dios, que hizo la tierra, que la llenó de bienes, que dio vidas convenientes a los animales, que entregó diversas semillas a las entrañas de la tierra para que produjesen tan inmensa variedad de frutos, tan grande variedad de árboles! ¡Cuán poderoso es Dios, cuán grande es Dios! Pregunta tú, la criatura te responde; y por la respuesta, como por confesión de ella, tú, ¡oh santo de Dios!, bendices a Dios y proclamas su poder.

15 [v.12]. *Para que den a conocer a los hijos de los hombres tu poder y la gloria de la inmensa hermosura de tu reino.* Tus santos recuerdan la gloria de la inmensa hermosura de tu reino y la gloria de la inmensa hermosura. Hay cierta grandeza de hermosura en tu reino; es decir, tu reino tiene hermosura, y gran hermosura, ya que cuanto tiene hermosura, la tiene recibida de ti. Tu mismo reino, ¡qué hermosura tiene! No nos aterre el reino, pues tiene hermosura, con la que nos deleitamos. ¿Qué

a se habere hanc virtutem non posset; continuo tibi venit in mentem, quia non potuit a se esse, nisi ab illo Creatore. Et hoc quod in ea invenisti, vox confessionis ipsius est, ut laudes Creatorem. Nonne considerata universa pulchritudine mundi huius, tanquam una voce tibi species ipsa respondet: Non me ego feci, sed Deus?

14 [v.11]. Ergo, *Confiteantur tibi, Domine, omnia opera tua, et sancti tui benedicant te.* Ut in confessione operum tuorum sancti tui te benedicant, ipsi sancti tui inspiciant creaturam confitentem. Et illorum vocem audi benedicentem. Etenim cum sancti tui benedicunt te, quid dicunt? *Gloriam regni tui dicent, et potentiam tuam loquentur.* Quam potens Deus, qui fecit terram! quam potens Deus qui implevit terram bonis! quam potens Deus, qui dedit vitas suas proprias animalibus! quam potens Deus, qui semina diversa dedit visceribus terrae, ut germinarent tantam varietatem fruticum, tantam speciem arborum! quam potens Deus, quam magnus Deus! Tu interroga, creatura respondet; et de responsione, tanquam confessione creaturae, tu, sancte Dei, benedicis Deum, et potentiam loqueris.

15 [v.12]. *Ut notam faciant filiis hominum potentiam tuam, et gloriam magnitudinis decoris regni tui.* Sancti ergo tui commendant gloriam magnitudinis decoris regni tui; magnitudinis decoris gloriam. Est quaedam magnitudo decoris regni tui; hoc est, regnum tuum

hermosura es aquella por la cual se gozan los santos, a quienes se dirá: *Venid, benditos de mi Padre; recibid el reino?* ¿De dónde irán? ¿Adónde irán? Ved, hermanos; si podéis, pensad cuanto podáis en la hermosura de aquel reino que ha de llegar. De aquí que se dice en nuestra oración: *Venga a nosotros tu reino.* Deseamos que venga este reino; los santos predican que ha de venir. Contemplad este mundo; tiene hermosura. ¡Qué hermosura tiene la tierra, el mar, el aire, el cielo y las estrellas! ¿No aterran todas estas cosas a todo el que las considera? ¿Por ventura esta hermosura no brilla de tal modo que parece que no puede hallarse más hermosura? Y, sin embargo, en esta hermosura, en esta belleza casi inefable, viven, viven aquí contigo los gusanillos, los ratones y todos los animales que reptan; éstos viven contigo en esta belleza. ¿Cuál es la hermosura del reino en el que contigo viven únicamente los ángeles? Por tanto, hubiera sido poco decir *la gloria de la hermosura.* Pues pudo decirse "la gloria de la hermosura de cualquier especie establecida en este mundo", ya en esta tierra verdegueante o ya en el cielo esplendente; pero por las palabras *la gloria de la "inmensa" hermosura de tu reino* se recomienda algo que aún no vemos, que no visto lo creemos, que creído lo deseamos, por cuyo deseo soportamos todas las incomodidades. Luego hay una inmensa hermosura de algo; se ame antes de verla para que, cuando se vea, se posea.

16 [v.13]. *Tu reino.* ¿A qué llamo tu reino? *Al reino de*

habet decorem, et magnum decorem. Quandoquidem quidquid habet decorem, a te habet decorem; ipsum regnum tuum qualem decorem habet! Non nos terreat regnum, habet et decorem quo delectemur Etenim quale illud decus est quo perfruentur sancti, quibus dicetur, *Venite, benedicti Patris mei, percipite regnum!* (Mt 25,34). Unde ibunt? Quo ibunt? Videte, fratres; et si potestis, quantum potestis, cogitate decorem regni illius quod venturum est; unde est in oratione nostra, *Adveniat regnum tuum* (ib. 6,10). Ipsum enim regnum optamus ut veniat; hoc regnum venturum sancti praedicant. Mundum istum attendite; decorem habet. Quem decorem habet terra, mare, aer, caelum, sidera! Omnia haec nonne omnem consideratorem terrent? Nonne pulchritudo ipsa sic eminet, ut quasi pulchrius nihil inveniri possit? Et hic vivunt in isto decore, in ista pulchritudine prope iam ineffabili, hic vivunt tecum et vermiculi et mures, et omnia terrae repentia; ista tecum vivunt in decore isto. Quale decus est illius regni, ubi tecum non vivunt nisi Angeli? Ideo parum fuit ut diceret gloriam decoris. Potuit enim dici et gloria decoris cuiuslibet speciei etiam in hoc mundo constitutae, vel de terra virentis, vel de caelo fulgentis: sed *magnitudinis decoris regni tui,* aliquid commendat quod nondum videmus, quod nondum visum credimus, quod creditum desideramus, propter cuius desiderium omnia sustinemus. Est ergo magnitudo decoris cuiusdam; ametur antequam videatur, ut cum visa fuerit teneatur.

16 [v.13]. *Regnum tuum.* Quod regnum dico? *Regnum omnium*

todos los siglos. También el reino de este mundo tiene su propia hermosura; pero no existe en él aquella grandeza de hermosura que existe en el reino de todos los siglos. *Y tu señorío (perdura) en toda generación y generación.* Esta es la repetición anterior; y significa o toda generación, o la generación que existirá después de esta generación.

17. *Fiel es el Señor en todas sus palabras, y santo en todas sus obras.* El Señor es fiel en todas sus palabras. ¿Qué prometió y no dio? *El Señor es fiel en todas sus palabras.* Ciertamente que prometió algunas cosas que aún no ha dado; pero se le crea por las cosas que dio, pues *el Señor es fiel en su palabra.* Pudiéramos creerle con sólo decirlo, pero no quiso que se le creyese por el habla, sino que prefirió consignarlo por escrito. Esto viene a ser como si tú dijeses a alguno a quien algo prometes: "No me crees; te lo consigno por escrito." Como pasa una generación y viene otra, y así transcurren estos siglos cediendo los mortales el paso a los que les suceden, por lo mismo, debió permanecer la Escritura de Dios y cierto manuscrito suyo para que cuantos pasasen lo leyesen y retuviesen el salvoconducto de su promesa. Dudan los hombres creerle sobre la resurrección de los muertos y el siglo futuro, lo que sólo falta ya de cumplirse. ¿Cuándo, tratando esto con los infieles, se avergüenzan los infieles? Dios te dice: "Tienes mi manuscrito; prometí el juicio, la separación de los buenos y los malos, el reino eterno a los creyentes, ¿y no quieres creerme? Pues bien, lee en mi manuscrito todas las cosas que prometí; ven a cuentas conmigo, y, contando con lo que

saeculorum. Nam et regnum huius saeculi habet decorem suum; sed non est ibi magnitudo illa decoris, qualis est in regno omnium saeculorum. *Et dominatio tua in omni generatione et generatione.* Haec est illa repetitio, vel omnem generationem significans, vel generationem illam quae erit post hanc generationem.

17. *Fidelis Dominus in verbis suis, et sanctus in omnibus operibus suis. Fidelis Dominus in verbis suis:* quid enim promisit, et non dedit? *Fidelis Dominus in verbis suis.* Adhuc quaedam promisit et non dedit; sed credatur illi ex his quae dedit. *Fidelis Dominus in verbis suis.* Possemus illi credere tantummodo dicenti: noluit sibi credi dicenti, sed voluit teneri Scripturam suam; quomodo si diceres alicui homini, cum aliquid promitteres. Non mihi credis, ecce scribo tibi. Etenim quia generatio vadit, et generatio venit, et sic transcurrunt ista saecula cedentibus succedentibusque mortalibus; Scriptura Dei manere debuit, et quoddam chirographum Dei, quod omnes transeuntes legerent, et viam promissionis eius tenerent. Et quanta sunt quae reddidit ex isto chirographo? Dubitant homines credere illi de resurrectione mortuorum et de futuro saeculo, quod solum iam reddendum restat; quando, si faciat rationem cum infidelibus, erubescunt infideles? Si dicat tibi Deus: Chirographum meum tenes; iudicium promisi, diremptionem bonorum et malorum, regnum sempiternum fidelibus, et non vis credere? Ibi in chirographo meo lege

cumplí, puedes creerme que he de dar lo que debo. En el mismo manuscrito encuentras prometido a mi único Hijo, a quien no perdoné, sino que le entregué por todos vosotros; cuéntalo ya entre lo dado. Prosigue leyendo el manuscrito; allí prometí que daría por mi Hijo la prenda del Espíritu Santo: cuéntalo ya entre lo dado. Allí prometí la sangre y las coronas de los gloriosísimos mártires: cuéntalo ya como dado. Te haga comprender esto la multitud de los mártires, a quienes pagué mi deuda. Pero para que tuviese lugar esta gloria martirial prometida en el manuscrito, allí en donde se consignó: *Por ti somos atormentados todo el día,* para que esto tuviese lugar, *bramaron las gentes, y los pueblos meditaron cosas vanas; se mancomunaron los reyes de la tierra y se confabularon los príncipes contra el Señor y contra su Cristo.* Se mancomunaron los príncipes conspirando contra los cristianos. ¿Y qué diremos de la fe de estos reyes? ¿Por ventura no se prometió en el manuscrito y se cumplió? Ve en dónde se prometió: *Le adorarán todos los reyes de la tierra y le servirán todas las gentes.* Ingrato, lees la deuda, ves su paga, ¿y no crees la promesa? Lee algo más en mi manuscrito: *Bramaron las gentes; mis enemigos hablaron mal de mí,* es decir, de Cristo, diciendo: *¿Cuándo morirá y perecerá su nombre?* Como dijeron y ejecutaron estas cosas, lee lo que prometí a quien me obligué librándole: *Prevalecerá el Señor contra ellos y exterminará todos los dioses de las gentes de la tierra, y le adorará cada uno desde su lugar.*" Ya prevaleció, pues exterminó a todos los dioses de las gentes de la tierra. ¿Por ventura no hace esto y lo cumple? A la

omnia quae promisi, deduc mecum rationem: certe vel computando quae reddidi, potes me credere redditurum esse quod debeo. In ipso chirographo habes promissum unicum Filium, cui non peperci, sed pro vobis omnibus tradidi eum (Rom 8,32): iam computa in redditis. Lege chirographum; promisi ibi pignus Spiritus sancti me daturum per Filium meum: computa redditum (Act 1,8; et 2,2-4). Promisi ibi sanguinem et coronas martyrum gloriosissimorum: computa redditum; admoneat te Massa redditi debiti mei. Sed et haec gloria Martyrum ut redderetur, tibi promissa in chirographo, ubi scriptum est, *Propter te mortificamur tota die* (Ps 43,22); ut hoc redderetur, *Fremuerunt gentes, et populi meditati sunt inania; astiterunt reges terrae, et principes convenerunt in unum, adversus Dominum, et adversus Christum eius* (Ps 2,1-2). Principes convenerunt in unum, conspirantes adversus Christianos. Quid? ipsorum regum fidem, nonne et promisi in chirographo, et reddidi in effectu? Attende ubi promisi: *Adorabunt eum omnes reges terrae; omnes gentes servient illi* (Ps 71,11). Ingrate, legis debitum, cernis redditum, non credis promissum? Lege aliud in chirographo meo: Quoniam *fremuerunt gentes:* Quoniam *inimici mei dixerunt mala mihi,* hoc est Christo: *Quando morietur et peribit nomen eius?* (Ps 12,6). Quoniam haec omnia fecerunt atque dixerunt, lege quod promisi, cui me solvendo obstrinxi: *Praevalebit Dominus adversus eos, et exterminabit omnes deos gentium*

vista de todos está el pago de sus deudas; algunas que no vimos las pagó a nuestros antepasados; otras las pagó en nuestro tiempo, y ellos no lo vieron. Durante todas las generaciones paga lo que se consignó. ¿Qué falta? ¿No le hemos de creer basados en todas las deudas ya canceladas? ¿Qué resta? Viniste a cuentas; cumplió tantas cosas. Y para pocas que faltan, ¿ha de ser infiel? No hay tal cosa. ¿Por qué? Porque *el Señor es fiel en sus palabras y santo en todas sus obras.*

18 [v.14]. *El Señor levanta a todos los que caen.* Pero ¿a qué caídos? En absoluto, a todos los que caen, pero que caen ahora de cierta manera. Efectivamente, muchos caen partiendo de Dios, muchos partiendo de sus pensamientos. Si tienen malos pensamientos, caen partiendo de ellos. Pero *el Señor levanta a todos los que caen.* Los que pierden algo en este mundo y son santos, parece que quedan deshonrados en él, pues de ricos se hacen pobres; de honrados, abyectos, y, sin embargo, son santos de Dios; éstos son como caídos, *pero Dios levanta a todos los que caen.* Siete veces cae el justo, y otras tantas se levanta; sin embargo, los impíos perecerán en el mal. Cuando a los impíos les sobrevienen males, perecen en ellos; cuando les sobrevienen a los justos, *el Señor levanta a todos los que caen.* Job cayó del antiguo esplendor de las cosas terrenas, con las que temporalmente brillaba; cayó de la gloria de su casa. ¿Quieres saber hasta qué punto cayó? Se sentó en el estercolero, y el Señor levantó

terrae; et adorabunt eum, unusquisque de loco suo? (Soph 2,11). Nempe iam praevaluit; exterminavit omnes deos gentium terrae. Nonne et hoc facit, et hoc reddit? Ante oculos omnium ponit solutionem debitorum suorum: quaedam reddidit sub maioribus nostris, quae nos non vidimus; quaedam reddidit temporibus nostris, quae illi non viderunt: per omnes generationes reddidit quae scripta sunt. Et quid restat? Non ei creditur, his omnibus redditis? Quid restat? Ecce fecisti rationem; tanta reddidit: numquid propter pauca residua infidelis est factus? Absit. Quare? Quia, *Fidelis Dominus in verbis suis, et sanctus in omnibus operibus suis.*

18 [v.14]. *Confirmat Dominus omnes decidentes.* Sed quos *omnes decidentes?* Omnes omnino decidentes, sed modo quodam decidentes. Etenim multi decidunt ab eo; multi autem decidunt a cogitationibus suis (Ps 5,11). Si habebant malas cogitationes, decidunt ab eis, et *confirmat Dominus omnes decidentes.* Qui aliquid amittunt in isto saeculo et sancti sunt, veluti exhonorantur in isto saeculo; ex divitibus fiunt pauperes, ex honoratis fiunt abiecti, et tamen sancti Dei sunt; tanquam decidentes sunt. Sed *confirmat Dominus omnes decidentes.* Septies enim cadit iustus et resurgit; impii autem infirmabuntur in malis (Prov 24,16). Quando mala accidunt impiis, infirmantur ibi: quando mala accidunt iustis, *confirmat Dominus omnes decidentes.* Deciderat Iob a gloria pristinae lucis temporalium rerum, quibus nitebat ad tempus, deciderat a gloria domus suae. Vultis nosse quantum deciderat? In stercore sedebat: et confirmavit Dominus decidentem. Quantum confirmavit? Ut et in ipso gravi vulnere quo per totum corpus percussus erat, responderet uxori tentan-

al que cayó. Y a tal cima le elevó, que en su gravísima herida, con la que tenía maltratado todo el cuerpo, responde a la esposa tentadora, que el diablo se reservó para que le ayudase: *Hablaste como una de las mujeres necias. Si hemos recibido los bienes de las manos del Señor, ¿no hemos de soportar los males?* ¡Cómo encumbró al que había caído! *El Señor levanta a todos los que caen. Cuando cayere el justo, no se conturbará, porque el Señor sostiene su mano. Y levanta a todos los abatidos:* a todos los que le pertenecen, pues Dios se opone a los soberbios.

19 [v.15]. *Los ojos de todos esperan en ti, y tú les das alimento en tiempo oportuno.* Como restableciendo al enfermo en tiempo oportuno, le das cuando debe y lo que debe recibir. Así, pues, alguna vez se desea recibir de El, y no da. El que restaura conoce el tiempo de dar. ¿Por qué digo estas cosas, hermanos? Para que, cuando quizá alguno, pidiendo algo justo o bueno a Dios, no fuese oído, puesto que, si pide algo injusto o malo, para su castigo es oído, no se amilane, no desfallezca al pedir algo justo y no ser oído; esperen sus ojos el alimento que El da en tiempo oportuno, ya que, cuando no da, no da para que no perjudique lo que da. Sin duda, nada injusto pedía el Apóstol cuando rogaba que le fuese quitado el aguijón de la carne, el ángel de Satanás que le abofeteaba. Rogó y no recibió, porque aún se hallaba en el tiempo de ejercitar la flaqueza, mas no de recibir el alimento. *Te basta mi gracia*—le dice el Señor—, *porque la fortaleza se perfecciona en la flaqueza.* El diablo pidió tentar

ti, quam solam sibi diabolus reliquerat adiutricem: *Locuta et tanquam una ex insipientibus mulieribus: si bona percepimus de manu Domini, mala non sustinebimus?* (Iob 2,7-10). Quomodo confirmaverat decidentem! *Confirmat Dominus omnes decidentes. Cum deciderit,* inquit, *iustus non conturbabitur, quoniam Dominus confirmat manum eius* (Ps 36,24). *Et erigit omnes elisos:* omnes ad se pertinentes. Nam Deus superbis resistit (Iac 4,6).

19 [v.15]. *Oculi omnium in te sperant, et tu das escam illis in opportunitate.* Prorsus tanquam reficiens aegrotum in opportunitate, quando debet accipere, tunc das; et quod debet, hoc das. Itaque aliquando desideratur ab illo, et non dat: novit horam dandi, qui curat. Quare ista dico, fratres? Ne quis quando forte non fuerit exauditus aliquid iustum petens a Deo: nam quando iniustum aliquid petit, in poenam suam exauditur; sed aliquid non iniustum petens, si forte non fuerit exauditus, non minuatur animo, non deficiat; exspectent oculi eius ad escam, quam ille dat in opportunitate. Quando non dat, ideo non dat ne obsit quod dat. Neque enim aliquid iniustum petebat Apostolus, quando rogabat ut auferretur ab eo stimulus carnis, angelus satanae a quo colaphizabatur: et tamen rogavit, et non accepit; quia tempus adhuc erat exercendae infirmitatis, non escae opportunitatis. *Sufficit,* inquit, *tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur* (2 Cor 12,7-9). Petiit

a Job, y lo consiguió. Atended, hermanos, al gran misterio, pues debe conocerse, debe recordarse, debe tenerse siempre presente en el alma, y nunca debe ser olvidado atendiendo a la muchedumbre de tentaciones (que se presentan) en este mundo. ¿Qué diré? ¿Que el Apóstol ha de ser comparado al diablo? El Apóstol pide, y no recibe; el diablo pide, y recibe. Pero el Apóstol no recibió atendiendo a su perfección; sin embargo, el diablo recibe para su daño. En fin, el mismo Job recibió la salud a su tiempo. Se retrasó para ser probado, puesto que por largo tiempo permaneció herido y habló muchas cosas, pidiendo a Dios que le apartase de sí estas desgracias, y Dios no le oyó de momento. Más pronto fue oído el diablo para tentarle que Job para sanar. Luego aprende a no murmurar contra Dios; y, cuando no seáis escuchados, no falte en vosotros lo que se escribió anteriormente: *Te bendeciré todos los días.* El mismo Hijo, el Unigénito, que vino a padecer, a pagar la deuda indebida, a morir en manos de los pecadores, a borrar con su sangre el decreto de nuestra muerte, pues a esto había venido, y que también, para darte ejemplo de paciencia, *transformó el cuerpo de nuestra bajeza, acomodándolo al cuerpo de su gloria,* dice: *Padre, si es posible, pase de mí este cáliz.* Y, aunque no recibiría lo que parecía pedir, para que se cumpliese: *Te bendeciré todos los días,* dice: *Con todo, no se haga lo que yo quiero, sino lo que tú quieres, ¡oh Padre! Los ojos de todos esperan en ti, y tú les das alimento en tiempo oportuno.*

20 [v.16]. *Tú abres tu mano, y llenas de bendición a todo*

Iob tentandum diabolus, et accepit (Iob 1,9-12; et 2,4-6). Attendite, fratres mei, magnum mysterium, discendum, repetendum, tenendum animo, nunquam obliviscendum, propter abundantiam tentationum in isto saeculo. Quid dicam? Revera comparandus Apostolus diabolo? Apostolus rogat, et non accipit; diabolus petit, et accipit. Sed non accepit Apostolus propter perfectionem suam; accepit diabolus ad damnationem suam. Denique ipse Iob accepit sanitatem in opportunitate. Dilatus tamen, ut probaretur, et diu sedit in vulnere, et multa dixit; et rogabat Deum ut auferrentur ab eo ista, et Deus non auferebat. Citius diabolum exaudivit ad eum tentandum, quam ipsum Iob ad sanandum. Discite ergo non murmurare adversus Deum, et quando non exaudimini, ne deficiat in vobis quod supra scriptum est, *Per singulos dies benedicam te.* Ipse Filius, ipse Unicus, pati utique venerat, solvere quod non debebat, mori in manibus peccatorum, sanguine suo delere chirographum mortis nostrae; ad hoc venerat: et tamen ut tibi ostenderet exemplum patientiae, transfiguravit corpus humilitatis nostrae conforme corpori gloriae suae (Phil 3,21). *Pater,* inquit, *si fieri potest, transeat calix iste a me.* Et ut impleret, quamvis non acciperet quod petere videbatur, *Per singulos dies benedicam te: Verum non quod ego volo,* ait, *sed quod tu vis, Pater* (Mt 26,39). *Oculi omnium in te sperant, et tu das escam illis in opportunitate.*

20 [v.16]. *Aperis tu manum tuam, et imples omne animal bene-*

animal. Si no das en alguna ocasión, das, sin embargo, a su tiempo. Difieres, no quitas. Mas esto a su tiempo.

21 [v.17]. *El Señor es justo en todos sus caminos.* Es justo cuando castiga y cuando cura, puesto que en El no hay iniquidad. En fin, todos los santos que se hallaron en medio de las tribulaciones, primeramente ensalzaron la justicia de Dios y después pidieron sus dones. Primero dijeron: "Justo es lo que haces." Así rogó Daniel, así los demás santos: "Justos son tus juicios; padecemos merecidamente, padecemos con razón." No achacaron injusticia a Dios, no le atribuyeron iniquidad e ignorancia. Primeramente alabaron al que castigaba, y así percibieron al que alimentaba. *El Señor es justo en todos sus caminos.* Nadie le tenga por injusto cuando quizá padece algún mal; al contrario, alabe la justicia de Dios y vitupere su propia iniquidad. *El Señor es justo en todos sus caminos, y santo en todas sus obras.*

22 [v.18]. *El Señor está cerca de todos los que le invocan.* Entonces ¿a qué viene aquello: *Habrá tiempo en que me invocarán, y no los oiré?* Atiende a lo que sigue: está cerca de todos los que le invocan *con verdad.* Muchos le invocan, pero no con verdad, pues piden otra cosa de El y no a El mismo. ¿Por qué amas a Dios? "Porque me dio la salud." Esto es evidente; El te la dio; de El únicamente procede toda salud. "Porque me dio —dice— también mujer rica para que me sirviese a mí, que nada tenía." También dio El esto; dices verdad. "Me dio—dices— hijos, muchos y buenos; me dio servidumbre, me dio todos los bienes." ¿Y por esto le amas? ¿No pides más? Sé hambriento;

dictione. Etsi non das aliquando, das tamen in opportunitate: differs, non aufers, et hoc in opportunitate.

21 [v.17]. *Iustus Dominus in omnibus viis suis.* Et quando caedit, et quando curat, iustus est, et apud eum iniquitas non est. Denique omnes sancti in tribulationibus constituti, prius iustitiam eius laudaverunt, et sic beneficia petiverunt. Prius dixerunt: Iustum est quod facis. Sic rogavit Daniel, sic alii sancti: Iusta sunt iudicia tua, bene passi sumus, recte passi sumus (Dan 3,27-31; et 9,5-19). Non dederunt Deo iniustitiam, non ei dederunt iniquitatem et insipientiam. Laudaverunt primo flagellantem, et sic senserunt cibantem: *Iustus Dominus in omnibus viis suis.* Nemo putet illum iniustum, quando mali aliquid forte patitur; sed ipsius iustitiam laudet, et suam iniustitiam accuset: *Iustus Dominus in omnibus viis suis, et sanctus in omnibus operibus suis.*

22 [v.18]. *Prope est Dominus omnibus invocantibus eum.* Et ubi est illud, *Erit enim cum invocabunt me, et non exaudiam eos?* (Prov 1,28). Ergo vide quod sequitur: *Omnibus qui invocant eum in veritate.* Nam multi eum invocant non in veritate. Aliud ab illo quaerunt, et ipsum non quaerunt. Quare amas Deum? Quia dedit mihi sanitatem. Istud manifestum est, ipse dedit: non enim ab ullo est ulla salus, nisi ab illo. Quia dedit mihi, inquit, uxorem divitem, qui nihil habebam, et servientem mihi. Et hoc ipse dedit; verum dicis. Dedit, inquit, filios, et multos et bonos, dedit familiam, dedit omnia bona. Ideo amas? Ideo nihil

llama a la puerta del Padre de familias; aún tiene qué dar, pues te hallas en la miseria con todas las cosas que recibiste, y lo ignoras. Aún llevas la carne andrajosa de la mortalidad. ¿Por ventura ya recibiste la vestidura de gloria inmortal, y, como ya saciado, no pides? *Bienaventurados los que tienen hambre y sed de justicia, porque ellos serán saciados.* Luego, si Dios es bueno porque te dio estas cosas, ¿cuánto más alegre estarás cuando se te haya dado a sí mismo? Deseaste estas cosas de El; desea, te ruego, también a El mismo. Estas cosas no son más dulces que El, ni deben ser comparadas a El por ninguna razón. Luego invoca a Dios con verdad el que prefiere al mismo Dios, de quien recibió las cosas de que se goza, a los bienes que recibió. Porque habéis de saber que, cuando se propone y se dice a estos hombres pegados a los bienes del mundo: "¿Qué harías si Dios quisiera quitarte todas las cosas de que te gozas?", ya no sería amado, ya no habría quien dijese: *El Señor me lo dio, el Señor me lo quitó; como a Dios le agradó, así se hizo; bendito sea su santo nombre.* Es más: quizá aquel a quien se le quitó dice a Dios: "¿Qué te hice? ¿Por qué me las quitaste y se las diste a otros? Se las das a los inicuos y se las quitas a los tuyos." (Por esto) acusas a Dios como a injusto y a ti te alabas como justo. Conviértete; acúsate a ti y alábale a El. Serás justo cuando Dios te agrade en todas las cosas que hizo y no te desagrade en todos los males que padezcas. Esto es invocar a Dios con verdad. Los que así invocan a Dios son oídos, pues *está cerca,* es decir, si aún no te dio lo que quieres; con todo, está allí. Obra como el médico, que, cuando coloca un emplasto en los ojos, en las en-

amplius quaeris? Esto esuriens, adhuc pulsa ad ianuam patrisfamilias; habet adhuc quod det. In mendicitate es cum omnibus his quae accepisti, et nescis. Pannosam carnem mortalitatis adhuc portas; stolam illam gloriae immortalitatis numquid accepisti, et quasi iam satiatus non rogas? Beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam, quia ipsi saturabuntur (Mt 5,6). Ergo si bonus est Deus, quia ista tibi dedit; quanto beatior eris, cum seipsum tibi dederit? Desiderasti tanta ab illo; rogo te, desidera et ipsum. Neque enim vere dulciora sunt ista, quam ille, aut ex aliqua parte comparanda sunt illi. Ergo qui Deum ipsum, a quo accepit de quibus gaudet, praeponit his omnibus rebus quas accepit, ipse invocat Deum in veritate. Nam ut noveritis, si talibus hominibus proponatur et dicatur. Quid, si ista omnia de quibus gaudes, velit tibi auferre Deus? iam non amabitur: non erit qui dicat, *Dominus dedit, Dominus abstulit; sicut Domino placuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictum* (Iob 1,21). Sed forte cui abstulit, quid dicit? Deus, quid tibi feci? Quare mihi abstulisti, et illis dedisti? Iniquis das, et tuis tollis. Accusas Deum quasi iniustum, et te laudas quasi iustum. Convertere; accusa te, lauda illum. Tunc eris rectus, cum in omnibus bonis quae facit, Deus tibi placet; in omnibus malis quae pateris, Deus tibi non displicet. Hoc est invocare Deum in veritate. Qui sic invocant Dominum, exaudi eos: *prope est,* id est, nondum dedit quod vis, ibi est tamen. Quomodo medicus si forte aliquid

trañas, para que quemando sane, al pedirle el enfermo que se le quite, él espera el tiempo propicio; no hace caso de lo que le pide el enfermo; sin embargo, no se aparta de él. Está cerca y no obra; y precisamente no obra porque está cerca. Para curar aplicó lo que aplicó y para curar no accede a lo que se le pide. No te oye en cuanto al deseo actual por atender a la futura salud; con todo, te oye conforme a tu anhelo, porque, sin duda, quiere sanar el que no quiere ser quemado. Luego *el Señor está cerca de todos los que le invocan.* Pero ¿de qué *todos?* De todos los que le invocan *con verdad.* A todos estos que caen y que invocan a Dios con verdad, Dios los levanta.

23 [v.19]. *Hará la voluntad de los que le temen.* La hará, la hará; y, si no la hace ahora, la hará después. Sin duda, si tú temes a Dios de suerte que haces su voluntad, ve cómo en cierto modo, al servirte a ti, hace tu voluntad. *Y oirá sus ruegos y los salvará.* Ve que el médico oye para salvarlos. ¿Cuándo? Atiende al Apóstol, que dice: *Por la esperanza hemos sido salvados. Y la esperanza que no se ve no es esperanza; y, si lo que no vemos lo esperamos, con paciencia aguardamos.* ¿Qué esperamos? La salud, que anuncia Pedro que *se halla aparejada para ser revelada en el último tiempo.*

24 [v.20]. *El Señor guarda a todos los que le aman y aniquilará a todos los impíos.* Veis que hay severidad en Aquel en quien hay también dulzura inmensa. Salvará a todos los que esperan en El, a todos los creyentes, a todos los que le temen, a todos los que le invocan con verdad: *Y destruirá a todos los*

imponat vel oculo, vel visceribus, quod urendo sanet; si roget aeger ut tollatur illi, medicus exspectat tempus, non facit quod rogat aeger; non tamen recedit. Et prope est, et non facit; et ideo magis non facit, quia prope est. Curando enim imposuit quod imposuit, et curando non facit quod rogatur. Non te exaudit ad praesentem voluntatem, exaudiendo ad futuram sanitatem; et hoc utique ad voluntatem: nam utique sanus esse vult, etiam qui uri non vult. *Prope est* ergo *Dominus omnibus invocantibus eum.* Sed quibus *omnibus? Omnibus qui invocant eum in veritate.* Tales omnes confirmat decidentes *qui invocant eum in veritate.*

23 [v.19]. *Voluntatem timentium se faciet.* Faciet, faciet: etsi non faciat ad horam, faciet tamen. Certe, si ideo times Deum, ut tu facias ipsius voluntatem, ecce et ipse quodammodo ministrat tibi, facit voluntatem tuam. *Et preces eorum exaudiet, et salvos faciet eos.* Vides ad hoc exaudire medicum, ut salvos faciat. Quando hoc? Audi Apostolum dicentem: *Spe enim salvi facti sumus. Spes autem quae videtur, non est spes: si autem quod non videmus speramus, per patientiam exspectamus* (Rom 8,24-25): salutem scilicet, quam dicit Petrus *paratam revelari in tempori novissimo* (1 Petr 1,5).

24 [v.20]. *Custodit Dominus omnes diligentes se, et omnes peccatores disperdet.* Videtis quia est apud eum severitas, apud quem tanta suavitas. Salvos faciet omnes sperantes in se, omnes fideles, omnes timentes se, omne invocantes se in veritate; *et omnes peccatores disperdet.*

impíos. ¿A qué impíos? A los que perseveran en los pecados, a los que se atreven a vituperar a Dios, no a sí mismos; a los que hablan siempre contra Dios; a los que, o, desesperando del perdón de los pecados, acumulan crímenes debido a la desesperación, o, prometiéndose perversamente el perdón, no se apartan de sus pecados ni de su impiedad atendiendo a la promesa del perdón. Vendrá tiempo en el que todos éstos sean separados y se constituyan aquellas dos porciones, una a la derecha y otra a la izquierda, recibiendo los justos el reino eterno, y los impíos el fuego eterno. *Y destruirá a todos los impíos.*

25 [v.21]. Como todas estas cosas son así y hemos visto la bendición del Señor, las obras del Señor, las maravillas, las misericordias, la severidad, la providencia en todas sus obras, la confesión o alabanza de todas sus obras, ved cómo concluye el salmista alabando al Señor: *Cante mi boca la alabanza del Señor y bendiga toda carne su santo nombre por el siglo y por el siglo del siglo.*

SALMO 145

[Sólo en Dios debe ponerse la confianza]

Sermón al pueblo

1. En donde no hay dolor sin gozo, los cánticos divinos son las delicias de nuestro espíritu. Para el hombre creyente y peregrino en el mundo, no hay recuerdo más gozoso que el de la ciudad a la cual se encamina; pero el recuerdo de la ciudad en

Quos *omnes peccatores,* nisi perseverantes peccatis; Deum, non se, reprehendere audentes; contra Deum quotidie disputantes; veniam delictorum desperantes, et ex ipsa desperatione delicta cumulantes: aut veniam sibi perverse promittentes, et ex ipsa promissione a peccatis et impietate non recedentes? Veniet tempus ut separentur isti omnes, et fiant illae duae partes, una ad dexteram, altera ad sinistram; accipiant iusti regnum aeternum, eant illi in ignem aeternum (Mt 25,32-33.46): *Et omnes peccatores disperdet.*

25 [v.21]. Quoniam haec ita sunt, et audivimus benedictionem Domini, opera Domini, mirabilia Domini, misericordias Domini, severitatem Domini, providentiam in omnibus operibus eius, confessionem omnium operum eius; quid in laude eius concludat attendite: *Laudem Domini loquetur os meum, et benedicat omnis caro nomen sanctum eius in saeculum, et in saeculum saeculi.*

PSALMUS 145

Sermo ad plebem

1. Deliciae spiritus nostri divina cantica, ubi et fletus sine gaudio non est. Fideli homini et peregrino in saeculo, nulla est iucundior recordatio, quam civitatis illius unde peregrinatur: sed recordatio civitatis in peregrinatione, non est sine dolore atque suspirio. Spes tamen certa

la peregrinación no se halla sin dolor y sin gemido. Sin embargo, la esperanza segura de nuestra vuelta consuela y hace revivir en la peregrinación a los tristes. Arrebate las palabras de Dios vuestro corazón, y vuestro poseedor reclame para sí su posesión, es decir, vuestras mentes, para que no se entreguen a otra cosa. Cada uno de vosotros esté todo aquí de suerte que no esté aquí; es decir, se halle entregado por completo a la palabra de Dios, la cual suena en la tierra para ser ensalzado Dios por ella, y no se halle en la tierra, pues Dios está con nosotros para que nosotros estemos con El. El que para estar con nosotros bajó a nosotros, hace que estemos con El subiéndonos a El. El no miró con aversión nuestra peregrinación, porque jamás es peregrino el que creó todas las cosas.

2 [v.2-3]. Oíd, que ya suena el salmo. La voz es de cierto individuo, y, si queréis, es vuestra también, que exhorta a su alma a alabar a Dios y que se dice a sí mismo: *Alaba, alma mía, al Señor.* Alguna vez, hallándote en las tribulaciones y tentaciones de la vida presente, quieras o no, te perturba tu alma. De esta perturbación habla otro salmo, diciendo: *¿Por qué estás triste, alma mía, y por qué me conturbas?* Pero para apartar de sí esta perturbación le sugiere el gozo no de la realidad, sino de la esperanza, y le dice al alma perturbada, acongojada, triste y afligida: *Espera en el Señor, porque aún le confesaré (le alabaré).* El, como si su alma, que le conturbaba con la tristeza, le dijese: "¿Por qué me dices: Espera en el Señor?", afianzó la esperanza, con la cual levantó su espíritu en la confesión o alabanza. Con

reditus nostri, etiam peregrinando tristes consolatur et exhortatur. Rapiant cor vestrum verba Dei, et possessor vester vindicet sibi possessionem suam, id est mentes vestras, ne avertantur in aliud. Unusquisque vestrum totus hic sit, ut hic non sit: id est, totus sit in verbo Dei, quod sonat in terra ut ab eo exaltetur, et non sit in terra. Ideo enim Deus nobiscum, ut et nos cum illo. Qui enim ut nobiscum esset, descendit ad nos, facit, ut cum illo simus, ascendere ad se. Interim ipse peregrinationem nostram non fastidivit; quia nusquam est peregrinus, qui condidit omnia.

2 [v.2-3]. Ecce Psalmus sonat: cuiusdam vox est, quae si vultis vestra est, exhortantis animam suam ad laudandum Deum, et dicentis sibi, *Lauda, anima mea, Dominum.* Aliquando enim in tribulationibus atque in tentationibus praesentis vitae, velis nolis, conturbatur anima: cuius perturbationem in alio psalmo alloquitur, dicens, *Quare tristis es, anima mea? et quare conturbas me?* Ut autem auferat ei eamdem perturbationem, suggerit gaudium nondum de re, sed de spe, et ait illi perturbatae et anxiae, tristi et moerenti: *Spera in Dominum, quoniam adhuc confitebor illi* (Ps 42,5). Spem quam se erexit, in confessione constituit, quasi diceret ei anima sua, quae illum tristitia conturbabat. Quid mihi dicis, *Spera in Dominum?* Revocat me conscientia peccatorum; ego novi quae commisi, et dicis, *Spera in Dominum?* Commisisti, verum est: unde

todo, el alma le responde: "La conciencia de los pecados me llama a cuentas; yo conocí los pecados que cometí, y me dices: *¿Espera en el Señor?"* Pecaste; es cierto. Entonces ¿por qué esperas? *Porque le confesaré o alabaré.* Así como Dios aborrece al que defiende sus pecados, así ayuda al que los confiesa. Teniendo esta esperanza, la cual no puede subsistir sin gozo, aun cuando nos hallemos en trances penosos durante esta vida y llenos de inquietudes y tempestades, sin embargo, elevada el alma con esta esperanza, puesto que se goza en la esperanza, conforme dice el Apóstol: *Gozándonos en la esperanza y soportando en la tribulación,* se encamina hacia Dios para alabarle y le dice: *Alaba, alma mía, al Señor.*

3. Pero ¿quién dice y a quién dice? ¿Qué diremos, hermanos? ¿Dice la carne: *Alaba, alma mía, al Señor?* Pero ¿puede sugerir la carne un buen consejo al alma? Para que la carne esté por completo sometida y sujeta a nuestra servidumbre, habiendo recibido las fuerzas de Dios, de suerte que de esta manera nos sirva en absoluto a nosotros como esclavo, que no puede evadir la servidumbre, es suficiente que no ponga estorbos. Después, carísimos, es cuando se recaban consejos de los mejores. Pues, si nuestra alma es, en cierto modo, un bien, y nuestra carne lo mismo, porque ambas fueron creadas por Aquel que hizo todas las cosas muy buenas; con todo, aunque ambas sean un bien cada una en su género, no obstante, dice el Apóstol: *El cuerpo está muerto ciertamente por el pecado.* Sin embargo, él es también aquel cuerpo que se nos promete y que aún no tenemos, en cuya espe-

tamen speras? *Quoniam confitebor illi.* Sicut odit Deus peccata sua defendentem, sic sublevat confitentem. Hac ergo spe accepta, quae spes non potest esse sine gaudio; quamvis in rebus simus difficilibus secundum istam vitam, et plenis procellarum et tempestatum: hac tamen spe erecta anima, quia gaudet in spe, sicut dicit Apostolus, *Spe gaudentes, in tribulatione patientes* (Rom 12,12); accepit erectionem quamdam in Deum, ut laudet Deum; et dicitur ei, *Lauda, anima mea, Dominum.*

3. Sed quis dicit, et cui dicit? Quid dicimus, fratres? Caro dicit, *Lauda, anima mea, Dominum.* Et potest caro bonum consilium animae suggerere? Ut multum sit edomita caro, et a Domino impertitis viribus nostrae servituti subiecta, ut omnino ita serviat nobis sicut conditionale mancipium; sufficit ut non impediat. Deinde, charissimi, utique consilia a melioribus petuntur. Et si bonum quiddam est anima nostra, et bonum quiddam est caro nostra, quia utramque ille creavit qui fecit omnia bona valde (Gen 1,31); quamvis ergo in generibus propriis utrumque sit bonum, tamen dicit Apostolus: *Corpus quidem mortuum est propter peccatum.* Est utique et illud corpus, quale nobis promittitur, et nondum habemus, in cuius redemptione spe gaudemus, dicente Apostolo: *In nobismetipsis ingemiscimus, adoptionem exspectantes, redemptionem corporis nostri. Spe enim salvi facti sumus. Spes autem quae videtur, non est spes: quod enim videt quis, quid sperat? Si autem quod non videmus*

ranza de redención nos alegramos, diciendo el Apóstol: *Dentro de nosotros mismos gemimos esperando la adopción y la redención de nuestro cuerpo. Porque con la esperanza hemos sido salvados. Pero la esperanza que se ve no es esperanza, pues lo que alguno ve, ¿a qué lo espera? Y, si lo que no vemos lo esperamos, con paciencia aguardamos.* Luego, aunque nuestro cuerpo sea algún bien, sin embargo, cuando es mortal por causa del pecado, mientras es indigente, mientras es corruptible, mientras es de tal modo mudable que ni por un instante permanece en sí mismo, sin duda es tal, que deseamos su redención, por la cual sea en otro tiempo distinto. Pero ¿cómo será en otro tiempo? Del modo que dice el Apóstol en otro lugar: *Conviene que este corruptible se vista de incorrupción, y este mortal se vista de inmortalidad.* Pero ni aun cuando nuestro cuerpo sea tal, es decir, ya cuerpo celeste y espiritual, cuerpo angélico en la compañía de los ángeles, dará un consejo al alma. Pues siempre será cuerpo, y, como es cuerpo, será inferior al alma; y cualquier alma ínfima siempre será más excelente que cualquier cuerpo excelentísimo.

4. No os parezca mentira que cualquier alma, por vil y pecadora que sea, es mejor que cualquier cuerpo por grande y excelentísimo que sea. No es mejor por los méritos, sino por la naturaleza. El alma ciertamente es pecadora, se halla contaminada de ciertas inmundicias concupiscibles; (sin embargo, es mejor que el cuerpo), pues el oro, aunque esté impuro, es mejor que el plomo refinado. Recorra vuestra mente la escala de todas las criaturas, y veréis que no es increíble lo que digo, de suerte que, aun cuando el alma sea digna de vituperación, sin embargo, es

speramus, per patientiam exspectamus (Rom 8,10.23.24.25). Quamvis ergo bonum aliquod sit corpus nostrum; tamen quamdiu mortale propter peccatum, quamdiu indigens, quamdiu corruptibile, quamdiu ita mutabile, ut ne puncto quidem temporis consistat in se, procul dubio tale est, ut optemus redemptionem illius, qua sit aliquando non tale. Sed quale erit aliquando? Quale idem Apostolus dicit alio loco: *Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, et mortale hoc induere immortalitatem* (1 Cor 15,53). Sed etiam cum fuerit tale corpus nostrum, corpus iam caeleste et spirituale, corpus angelicum in societate Angelorum, nec sic dabit consilium animae. Semper enim corpus, quoniam corpus est, infra animam est, et quaevis anima vilis excellentissimo corpore excellentior invenitur.

4. Nec vobis hoc quasi mirabile videatur, quia et vilis anima quaelibet peccatrix melior est quolibet magno et praestantissimo corpore. Non est melior meritis, sed natura. Est quidem anima peccatrix, est quibusdam concupiscentiarum sordibus inquinata: tamen melius est, etsi sordidum, aurum quam purgatissimum plumbum. Ita currat animus vester per cunctas creaturas, et videbitis quod dicimus non esse incredibile; ut quamvis anima vituperabilis, laudabilior sit tamen laudabili corpore. Duo quaedam sunt, anima et corpus. Animam vitupero, corpus laudo: animam

más estimable que cualquier cuerpo estimable. Estamos ante dos seres: ante el alma y ante el cuerpo. Vitupero al alma y alabo al cuerpo; vitupero al alma, porque es inicua; alabo al cuerpo, porque está sano. Sin embargo, en su especie alabo o vitupero al alma, y también en la suya alabo y vitupero al cuerpo. Si me preguntas: "¿Qué es mejor, lo que vituperé o lo que alabé?", recibirás una respuesta maravillosa. Yo ciertamente vituperé al alma y alabé al cuerpo; pero, al ser preguntado: "¿Qué cosa es mejor?", respondo que es mejor lo que vituperé que lo que alabé. Si te maravillas por la respuesta de estas dos cosas, atiende a las dos que puse a la vista y que arriba conmemoré referente al oro y al plomo. Ved que vituperé el oro; no el bueno, sino el inpuro, el que no brilla, el no purificado. El plomo, por el contrario, es óptimo, nada más puro. Sin embargo, vituperé a aquél y alabé a éste. Te presenté a ambos, vituperando al uno y alabando al otro. Después de este vituperio y alabanza mía, pregúntame cuál de los dos es mejor, y te responderé: "Mejor es el oro aún impuro que el plomo purificado." "¿Por qué es mejor? Entonces ¿por qué lo vituperaste?" "¿Por qué lo vituperé? Porque aún no es el oro que puede llegar a ser." "¿Qué puede llegar a ser?" "Puro, y, por tanto, mejor. Se vituperó porque aún no está purificado." "¿Por qué se alabó el plomo?" "Porque ya está de tal modo purificado, que no puede ser mejor." En el mismo sentido dices que el caballo es óptimo, y el hombre pésimo; sin embargo, anteponemos el hombre vituperado al caballo alabado. Si de estos dos te preguntan: "¿Cuál es el mejor?", responderás: "El

vitupero, quia iniqua est; corpus laudo, quia sanum est. Tamen in suo genere animam laudo, vel in suo genere animam culpo; et in suo genere corpus laudo, vel culpo. Si me interroges quid sit melius, utrum quod vituperavi, an quod laudavi; mirabilem responsionem recepturus es. Ego certe illud vituperavi, et ego hoc laudavi: interrogatus tamen quid sit melius, respondeo esse melius quod vituperavi, eo quod laudavi. Si miraris in his duobus, attende illa duo in promptu posita, quae commemoravi de auro et plumbo. Ecce vituperavi aurum. Non bonum aurum, sordidum est, non ita fulget, non ita purgatum. Hoc plumbum optimum, nihil purgatius. Illud vituperavi, hoc laudavi; et posui ante te utrumque, vituperans unum, laudans aliud. Post hanc vituperationem laudationemque meam, interroga me quid horum sit melius; respondebo, Aurum melius est etiam sordidum, quam plumbum purgatum. Unde melius? et quare vituperasti? Quare vituperavi? Quia nondum est aurum quod potest esse. Quid potest esse? Purgatum et melius. Quia nondum purgatum est, vituperatum est. Plumbum quare laudatum est? Quia iam ita purgatum est, ut melius esse non possit. Item dicis equum optimum, et hominem pessimum; tamen equo laudato praeponis hominem vituperatum. Si enim interrogeris ex his duobus quid sit melius, responsurus es, Homo: non meritis, sed natura. In artibus dicit optimum sutorem, verbi gratia, et reprehendis aliquem iurisperitum, quod multas leges

hombre"; no por los méritos, sino por la naturaleza. Referente a las artes, dices también, por ejemplo, que el zapatero es bueno, y censuras a un abogado porque ignora muchas leyes. Alabaste al zapatero, censuraste al abogado; sin embargo, indaga, examina cuál de los dos sea el más estimado, y antepondrás el abogado indocto al zapatero perfecto. Atienda vuestra caridad. Alabando muchas cosas y vituperando otras, preguntados, frecuentemente anteponemos las vituperadas a las alabadas. La naturaleza del alma es más excelente que la del cuerpo; la sobrepasa en mucho; es naturaleza espiritual, incorpórea y cercana a la naturaleza de Dios. Es invisible, rige el cuerpo, mueve los miembros, dirige el sentido, prepara el pensamiento, ejecuta las acciones y capta las imágenes de infinitas cosas. ¿Quién hay, carísimos hermanos, que alabe convenientemente al alma? Y si se queda uno corto en las alabanzas del alma, ¿cuál será la alabanza que merece el que creó el alma? Con todo, tanta es su excelencia, que este hombre dice: *Alaba, alma mía, al Señor.* ¿Quién puede alabar a Dios? Si dijese: "Alábate a ti misma", quizá todavía le faltasen palabras; y, sin embargo, dice: *Alaba al Señor.* Inténtalo por afecto de piedad, y desfallecerás en sus alabanzas. Pero te conviene más desfallecer alabando a Dios que adelantar alabándote a ti. Cuando alabas a Dios y no te extiendes cuanto quieres, tu pensamiento se centra en el interior, y esta recapacitación te hace más idóneo de Aquel a quien alabas.

5. ¿Quién es, según comencé a exponer, el que dice: *Alaba, alma mía, al Señor?* No es la carne, ya que, por más que sea un cuerpo angélico, siempre es inferior al alma; por tanto, no puede

ignoret; sutorem laudasti, iurisperitum reprehendisti: ex his tamen duobus quaere quis sit melior; imperitior iurisperitus perfecto sutori praeponitur. Intendat Charitas vestra. Ita multis rebus laudatis, aliisque vituperatis, interrogati plerumque res vituperatas praeponimus rebus laudatis. Natura animae praestantior est quam natura corporis, excellit multum; res spiritualis est, res incorporea est, vicina est substantiae Dei. Invisibile quiddam est, regit corpus, movet membra, dirigir sensus, praeparat cogitationes, exserit actiones, capit rerum infinitarum imagines; et quis est tandem, fratres charissimi, qui sufficiat laudibus animae? Et si in animae laudibus deficitur, quae laus est eius qui animam condidit? Et tamen tanta est eius gratia, ut dicat homo iste, *Lauda, anima mea, Dominum.* Quis potest laudare Deum? Si diceret, Teipsam lauda, fortasse deficeret: *Lauda,* inquit, *Deum.* Conare pietatis affectu, deficies in laudibus eius. Expedit tibi deficere laudando Deum, quam proficere laudando te. Cum enim laudas Deum, et non explicas quid vis, extenditur in interiora cogitatio tua; ipsa extensio capaciorem te facit eius quem laudas.

5. Quis ergo est, ut dicere coeperam, qui dicit, *Lauda, anima mea, Dominum?* Caro non dicit. Sit licet corpus angelicum, inferius est quam anima; consilium superiori dare non potest. Infelix est ipsa anima, si a corpore exspectat consilium. Caro bene obediens, famula est animae; illa

dar un consejo al superior. Desgraciada el alma que espera un dictamen del cuerpo. La carne, obedeciendo ordenadamente, es esclava del alma; ésta gobierna, aquélla es gobernada; ésta manda, aquélla obedece. ¿Cuándo puede la carne ordenar esto al alma? Luego ¿quién dice: *Alaba, alma mía, al Señor?* En el hombre únicamente hallamos el alma y la carne; todo el hombre es espíritu y carne. ¿O es que quizá el alma se dictamina a sí misma y en cierto modo se manda y se aconseja y excita? En ciertas perturbaciones, por una parte de ella vacila; por otra, a la cual llaman mente racional, a saber, aquella por la que piensa en la sabiduría, uniéndose a Dios y suspirando por El, advierte que son perturbadas ciertas partes inferiores de ella por las agitaciones mundanas y que se dirige al exterior por la codicia de los deseos terrenos, abandonando interiormente a Dios; ante esto se llama a sí misma de las cosas externas a las internas, de las inferiores a las superiores, y dice: *Alaba, alma mía, al Señor.* ¿Qué te agrada en el mundo? ¿Qué quieres alabar? ¿Qué quieres amar? A cualquier parte que te dirijas con los sentidos del cuerpo, se te presenta el cielo, la tierra. Lo que amas de la tierra es terreno; lo que amas del cielo es corpóreo. Amas en todo lugar, en todas partes alabas. ¿De qué modo, pues, debe ser alabado Aquel que hizo todas las cosas que alabas? Ya viviste por largo tiempo encadenada; pues bien, azotada por la diversidad de deseos, soportas heridas; maltratada, dividida por muchos amores, en todas partes te encuentras inquieta y jamás segura; repliégate a ti y busca a quien tiene por autor todo lo que te

regit, haec regitur; illa imperat, ista famulatur: quando potest caro dare hoc consilium animae? Quis est ergo qui dicit, *Lauda, anima mea, Dominum?* Nihil invenimus amplius in homine, quam carnem et animam: totus homo hoc est, spiritus et caro. An forte ipsa anima sibi dicit, et sibi quodam modo imperat, et se exhortatur atque excitat? Quibusdam enim perturbationibus ex quadam sui parte fluitabat; ex quadam vero parte, quam vocant mentem rationalem, illam qua cogitat sapientiam, inhaerens Domino iam et suspirans in illum, animadvertit quasdam suas inferiores partes perturbari notibus saecularibus, et cupiditate quadam terrenorum desideriorum ire in exteriora, relinquere interiorem Deum: revocat se ab exterioribus ad interiora, ab inferioribus ad superiora, et dicit, *Lauda, anima mea, Dominum.* Quid tibi placet in saeculo? Quid est quod vis laudare? quid est quod vis amare? Quacumque corporeis sensibus te converteris, occurrit tibi caelum, occurrit tibi terra: quod amas in terra, terrenum est; quidquid amas et in caelo, corporeum est. Ubique amas, et ubique laudas: quomodo laudandus est ille qui fecit ista quae laudas? Iam ergo diu occupata vixisti, et desideriorum diversitate verberata, portas plagas, saucia, divisa per amores multos, ubique inquieta, nusquam secura; colligere ad te ipsam: quidquid tibi foris placebat, quaere quem habeat auctorem. Nihil melius in terra, verbi gratia, quam hoc et

agradaba fuera. Ninguna cosa hay mejor en la tierra que esto y aquello, a saber, el oro, la plata, los animales, los árboles, la frondosidad; piensa en toda la tierra. ¿Qué cosa hay mejor en el cielo que el sol, la luna y las estrellas? Piensa en todo el cielo. Todas estas cosas en conjunto son sobremanera buenas, porque Dios hizo todas las cosas sobremanera buenas. Por todas las partes (aparece) la hermosura de la obra que te recuerda al Artífice. Te maravilla la fábrica, ama al arquitecto. No te entregues a aquello que fue hecho y te apartes de Aquel que lo hizo. Pues estas cosas que se apoderaron de ti fueron hechas por El inferiores a ti, y El te hizo inferior a sí. Si te adhieres a lo superior, pisotearás lo inferior; por el contrario, si te apartas del superior, estas cosas se te convertirán en suplicio. Pues así aconteció, hermanos míos. El hombre recibió un cuerpo para servidumbre, teniendo a Dios por Señor, y al cuerpo por siervo; por encima de sí tiene al Creador; por debajo, lo que fue creado inferior a él; pero, colocada el alma racional en un lugar intermedio, recibió la orden o ley de unirse al superior y de regir o gobernar al inferior; mas ella no puede regir al inferior si no es gobernada por el superior. Por tanto, al ser arrastrada por el inferior, abandonó al mejor. De esta manera no puede gobernar lo que gobernaba, porque no quiso ser gobernada por quien lo era. Luego retroceda ahora y alabe. El alma, mediante la mente racional, se da a sí misma el consejo procedente de la luz divina, por la que concibió el dictamen estable en la eternidad de su Creador. Allí lee algo digno de ser temido, alabado, amado, deseado y apetecido; aún no lo posee, aún no lo consigue, ya que, deslumbrada por cierto relampagueo, no es tan vigorosa que permanezca

illud: aurum, argentum, animalia, arbores, amoenitates, totam terram cogita. Quid melius in caelo sole, luna, sideribus? Totum caelum cogita. Omnia ista simul bona valde, quia fecit Deus omnia bona valde. Undique pulchritudo operis, quae tibi commendat artificem. Miraris fabricam, ama fabricatorem. Non occuperis in eo quod factum est, et recedas ab illo qui fecit. Haec enim quibus occuparis, sub te fecit, quia sub seipso te fecit. Si haerebis superiori, calcabis inferiora; si autem recedas a superiori, ista tibi in supplicium convertentur. Sic enim factum est, fratres mei: accepit homo corpus tanquam in famulatum, Deum autem Dominum habens, servum corpus, habens supra se Conditorem, infra se quod sub illo conditum est; in medio quodam loco rationalis anima constituta, legem accepit, haerere superiori, regere inferiorem. Regere non potest inferiorem, nisi regatur a meliore. Trahitur ab inferiore, deseruit ergo meliorem. Non potest regere quod regebat, quia regi noluit a quo regebatur. Modo ergo redeat, laudet. Consilium sibi ex luce Dei dat ipsa anima per rationalem mentem, unde concipit consilium fixum in aeternitate auctoris sui. Legit ibi quiddam tremendum, laudandum, amandum, desiderandum et appetendum: nondum tenet, nondum capit; coruscatione

allí. Por tanto, se reconcentra en sí atendiendo a la salud y dice: *Alaba, alma mía, al Señor.*

6. ¿Qué hay, hermanos? ¿Por ventura no alabamos al Señor? ¿No cantamos continuamente un himno? ¿No canta todos los días nuestra boca, según nuestra capacidad, y prorrumpe nuestro corazón en alabanzas de Dios? ¿Y qué alabamos? Grande es lo que alabamos, pero por lo que alabamos aún es flaco. ¿Cuándo alaba cumplidamente el loador la excelencia del Alabado? Ved a un hombre; algunas veces canta a Dios prolijamente; frecuentemente se mueven sus labios cantando; sin embargo, su pensamiento anda vagando por no se qué deseos. Nuestra mente, en cierto modo, permanecía atenta alabando a Dios, pero nuestra alma vagaba por aquí y por allí entretenida en distintas aficiones o cuidados de negocios mundanos. Por tanto, como atalayando nuestra mente la fluctuación de un lado y de otro, volviéndose como a la inquietud de sus molestias, dice: *Alaba, alma mía, al Señor.* ¿Por qué te preocupas de otras cosas? ¿Por qué te entretiene el cuidado de las cosas terrenas y mortales? Permanece aquí conmigo, alaba al Señor. Pero el alma, como sobrecargada y sin fuerzas para permanecer como conviene, responde a la mente: *Alabaré a Dios en mi vida.* ¿Qué significa *en mi vida?* que ahora me encuentro en mi muerte. Luego primeramente amonéstate y di: *Alaba, alma mía, al Señor.* Pero tu alma te responde: "Alabo cuanto puedo: tenue, débil, malamente." ¿Por qué? Porque, mientras estamos en el cuerpo, peregrinamos hacia Dios. ¿Por

quadam perstringitur, non est tam valida ut maneat ibi. Itaque colligit se ad sanitatem quamdam, et dicit, *Lauda, anima mea, Dominum.*

6. Et quid est, fratres? Nonne laudamus Dominum? nonne quotidie hymnum nos cantamus? nonne quotidie pro modulo nostro sonat os nostrum, parturit cor nostrum laudes Dei? Et quid est quod laudamus? Magnum est quod laudamus; sed quod laudamus adhuc infirmum est. Quando implet laudator excellentiam laudati? Ecce homo stat, cantat Deo aliquanto prolixius, et saepe labia moventur ad cantum, cogitatio autem per nescio quae desideria volat. Stabat ergo mens nostra quodam modo ad landem Dei, et anima nostra per diversas cupiditates vel curas negotiorum hac atque illac fluitabat. Quasi desuper attendit ipsa mens ad fluitantem hac atque illac, et eius inquietudinem molestiarum quasi conversa alloquitur: *Lauda, anima mea, Dominum.* Quid est quod de aliis rebus satagis? quid est quod te occupat cura rerum terrenarum atque mortalium? Sta mecum, lauda Dominum. Et quasi ipsa anima praegravata, et non valens ita consistere ut dignum est, respondet menti: *Laudabo Dominum in vita mea.* Quid est, *in vita mea?* Quia modo in morte mea sum. Ergo prius exhortare te, et dic, *Lauda, anima mea, Dominum.* Respondet tibi anima tua: Laudo quantum possum, tenuiter, exiliter, infirmiter. Quare? Quia quamdiu sumus in corpore, peregrinamur a Domino (2 Cor 5,6). Quare sic laudas Dominum, non perfecte, non stabiliter? Interroga Scripturam: Quia *corpus quod corrumpitur,*

qué alabas al Señor imperfecta e inestablemente? Pregunta a la Escritura: *El cuerpo corruptible sobrecarga al alma, y la habitación terrena abate la mente que piensa muchas cosas.* "Despójame del cuerpo, que apesga el alma, y alabaré al Señor. Mientras permanezco de esta manera, no puedo, me encuentro sobrecargada." Entonces ¿qué? ¿Callarás y no alabarás perfectamente al Señor? *Alabaré al Señor en mi vida.*

7. ¿Qué significa *en mi vida?* Tú eres aquí mi esperanza. *Tú* —decimos—*eres mi esperanza en este mundo;* pero no eres aquí *mi porción,* sino *en la tierra de los vivientes.* Esta tierra de aquí es de los muertos; de aquí pasaremos; pero interesa saber a dónde. Porque aquí peregrina el hombre malo y el bueno, y no pasa aquí el hombre bueno y se queda el malo, ni tampoco pasa el malo y se queda el bueno; ambos pasan, pero no al mismo sitio. Hubo dos hombres: uno pobre y ulceroso que yacía a la puerta de un rico; otro rico que se hallaba vestido de púrpura y lino y que comía todos los días opíparamente. Ambos estuvieron en el mundo; ambos pasaron, pero no al mismo lugar, pues recibieron en suerte distintos lugares, porque llevaban distintos méritos. El pobre pasó al seno de Abrahán, y el rico a los tormentos del infierno. En la tierra se hallaban corporalmente cercanos: el rico, en el palacio; el pobre, ante la puerta; sólo después de la muerte fueron separados, y de tal modo, que dice Abrahán: *Entre nosotros y vosotros se interpone un gran abismo.* Luego, hermanos, como aquí nos sostiene la esperanza y nuestra vida no es perfecta, sino la prometida, pues aquí gemimos, aquí

aggravat animam, et deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem (Sap 9,15). Tolle mihi corpus quod aggravat animam, et laudo Dominum; tolle mihi terrenam habitationem deprimentem sensum multa cogitantem, ut a multis in unum confluam, et laudo Dominum: quamdiu autem ita sum, non possum, praegravor. Quid ergo? silebis, et non laudabis perfecte Dominum? *Laudabo Dominum in vita mea.*

7. Quid est, *in vita mea? Spes mea tu es* hic. *Spes mea es tu* hic, dicimus: *portio autem mea* non hic, sed *in terra viventium* (Ps 141,6). Nam ista terra morientium est: hinc transimus: sed interest quo. Quoniam et malus homo peregrinatur hic, et bonus homo peregrinatur hic. Non enim bonus transit, et malus hic permanet; aut malus transit, et bonus hic permanet: ambo transeunt, sed non ambo ad unum. Duo erant; pauper ulcerosus ad ianuam iacens divitis, et dives indutus purpura et bysso, in epulis quotidie splendidis: ambo hic erant, ambo hinc transierunt, sed non ad unum locum; diversa loca suscipiunt, quia diversa merita perducunt. Transiit pauper in sinum Abrahae, et transiit dives in tormenta inferorum. Vicini corpore in terra; ille in domo, ille ante ianuam: post mortem tantum separati, ut dicat Abraham, *Inter nos et vos chaos magnum firmatum est* (Lc 16,19-26). Ergo, fratres, quoniam spes hic pascit, vita autem nostra perfecta non est, nisi illa quae promittitur; hic gemitus, hic tentationes, hic angustiae, hic moerores, hic pericula: laudabit anima nostra Dominum quomodo laudandus est, secundum quod

nos rodean tentaciones, angustias, tristezas y peligros, por lo mismo, nuestra alma, cuando toda nuestra ocupación sea la alabanza, alabará al Señor como debe ser alabado, según se dice en otro salmo: *Bienaventurados los que habitan en tu casa; por los siglos de los siglos te alabarán.* Pero ¿cuándo tendrá lugar esto? *En mi vida.* Entonces ahora, ¿qué es? Podría decirte: mi muerte. ¿Cómo es mi muerte? Porque peregrino hacia Dios; si el estar unido a El es vida, el estar apartado de El es muerte. Pero ¿qué te consuela? La esperanza. Ya vives de la esperanza; alaba, canta en la esperanza. En donde se halla la muerte no cantes; canta en donde vives. Tu muerte se halla en la aflicción de este mundo, y vives con la esperanza del siglo futuro. *Alabaré*—dice—*al Señor en mi vida.*

8. ¿Cómo alabarás a tu Señor? *Salmearé a mi Dios mientras existo.* ¿Qué alabanza es ésta: *Salmearé a mi Dios mientras existo?* Ved, hermanos míos, cuál será aquel ser o existir. En donde ha de ser eterna la alabanza, eterno será el existir. Ahora existes. ¿Por ventura salmearás a tu Dios mientras existes? Ve que salmeabas, pero te entregaste a otra ocupación; ya no salmeas, y, sin embargo, existes; ve que existes y no salmeas. Quizá también, llevado por la codicia de algún negocio, no sólo no salmeas, sino que ofendes sus oídos, y, sin embargo, existes. ¿Qué alabanza será aquella por la que mientras existes alabes? ¿Por qué dice *mientras* existo? ¿Por ventura no has de existir en algún tiempo? ¿Qué digo? Eterno será aquel *mientras,* y por eso será verdadero *mientras.* Porque todo lo que en el tiempo tiene fin, por mucho que se prolongue, no es *mientras. Salmearé a Dios mientras existo.*

dicitur in alio psalmo, *Beati qui habitant in domo tua, in saecula saeculorum laudabunt te* (Ps 83,5); quando totum negotium nostrum ipsa laus erit. Sed quando hoc? *In vita mea.* Modo enim quid est? Posset tibi dicere, Mors mea. Unde mors tua? Quia peregrinor a Domino. Si enim haerere illi, vita est; recedere ab illo, mors est. Sed quid te consolatur? Spes. Iam vivis in spe; de spe lauda, de spe canta. Unde mors tua est non cantes; unde vivis, canta. Mors tua est de moerore huius saeculi, vivis in spe saeculi futuri. *Laudabo,* inquit, *Dominum in vita mea.*

8. Et quomodo laudabis Dominum tuum? *Psallam Deo meo quamdiu sum.* Qualis illa laudatio, *Psallam Deo meo quamdiu sum?* Videte, fratres mei, quale erit illud esse. Ubi sempiterna laudatio erit, sempiternum esse erit. Ecce modo es; numquid psallis Deo tuo quamdiu es? Ecce psallebas; avertisti te ad aliquod negotium, iam non psallis, et es: ecce es, et non psallis. Fortassis etiam cupiditate inclinatus ad aliquid, non solum non psallis, sed et offendis auditum eius; et es tamen. Quae erit illa laudatio, ubi quamdiu es laudes? Sed quid ait, *quamdiu sum?* Aliquando forte non erit? Imo aeternum erit ipsum diu, et ideo vere diu erit. Nam quidquid finem habet in tempore, quamlibet longum sit, diu non est. *Psallam Deo meo quamdiu sum.*

9. Entre tanto que salmees bien a tu Dios en el futuro mientras existes, alabarás al Señor en tu vida. Muy bien, pero espera tú de Dios todo lo que en este mundo ha de emprenderse. Estamos rodeados por todas las partes de trabajos y angustias, no nos abandone la esperanza en esta peregrinación y tentación, en estas audacias e insidias del enemigo. ¿Qué haremos? Oye lo que sigue: *No confiéis en los príncipes.* Hermanos, aquí hemos recibido una gran ocupación; es voz divina la que de arriba se deja oír para nosotros. Ahora, no sé por qué debilidad, el alma humana, al ser atribulada, desespera del Señor en este mundo y pretende confiar en el hombre. Se diga a un hombre que se encuentra en algún aprieto: "Hay un hombre poderoso el cual puede librarte." Al oír esto, le vuelve el resuello al cuerpo, se goza y levanta el ánimo. Pero si se le dice: "Dios te libra", como desesperanzado, se congela. ¡Te promete socorro un mortal, y te gozas; te lo promete el Inmortal, y te entristeces! Te promete librarte el que ha de ser librado contigo, y te alborozas como de algún gran socorro; te lo promete el Libertador, que no necesita de libertador, y lo tienes por fábula. ¡Ay de tales pensamientos!; peregrinan muy lejos, en ellos se encuentra la verdadera y desgraciada muerte. Acércate, comienza a desear, comienza a indigar y conocer a Aquel por quien fuiste hecho. No abandonará su obra si su obra no le abandona. Dirígete a Aquel a quien dices: *Alabaré al Señor en mi vida y salmearé a mi Dios mientras existo.* Lleno de un gran espíritu, el salmista nos avisa y dice como a alejados y a peregrinos distan-

9. Interim bene, laudabis Dominum in vita tua, psallis de futuro Deo tuo quamdiu es. Bene: quidquid hic praesumendum est, de illo spera. Non nos deserat spes in ista peregrinatione et tentatione, in istis improbitatibus et insidiis inimici, circumstrepentibus undique tentationibus saeculi, undique in laboribus et angoribus constitutos. Quid ergo faciemus? Audi quid sequatur: *Nolite confidere in principes.* Fratres, magnum negotium hic accipimus; divina vox est, et desuper sonat nobis. Modo enim nescio qua infirmitate anima humana, quando fuerit tribulata, hic desperat de Domino, et vult praesumere de homine. Dicatur homini in afflictione aliqua constituto, Est quidam homo magnus, per quem possis liberari: arridet, gaudet, erigitur. Quod si dicatur illi, Liberat te Deus: quasi desperatione frigescit. Promittitur auxilium mortalis, et gaudes: promittitur immortalis, et tristis es! Promittitur tibi quod liberet te tecum liberandus, et tanquam aliquo magno auxilio exsultas: promittitur ille liberator qui liberatore non indiget, et quasi ad fabellam desperas. Vae talibus cogitationibus; longe peregrinantur: vere misera et magna mors in eis. Appropinqua, incipe desiderare, incipe quaerere et agnoscere eum a quo factus es. Non enim deseret opus suum, si ab opere suo non deseratur. Converte ergo te ad illum cui dicis, *Laudabo Dominum in vita mea, psallam Deo meo quamdiu sum.* Monet enim nos iam impletus tanto spiritu iste, et dicit quasi longe remotis, et longe peregrinantibus, et non solum Deum non volentibus laudare, sed nondum vel de Deo speranti-

ciados, y que no sólo no quieren alabar a Dios, sino que ni aun esperan en Dios. *No confiéis en los príncipes ni en los hijos de los hombres, en quienes no hay salud.* Sólo existe la salud en un solo hijo del hombre; y en él no porque es hijo del hombre, sino porque es Hijo de Dios; no por lo que recibió de ti, sino por lo que reservó en sí. Luego en ningún hombre existe la salud; porque en Aquel que existe, existe porque es también Dios. *Dios sobre todas las cosas, digno de ser bendecido por los siglos.* De Cristo se dijo: *De quienes procede Cristo según la carne.* ¿De quiénes procede? De los judíos, de los patriarcas según la carne; pero ¿Cristo es todo por lo que se refiere a la carne? No. Porque en cuanto a la carne no es *Dios sobre todas las cosas, digno de ser bendecido por los siglos.* Luego en El se halla la salud, porque *del Señor es la salud.* Otro salmo dice: *Del Señor es la salud y tú bendices a tu pueblo.* Sin razón, pues, se arrogan los hombres la facultad de dar la salud. Se la den a sí mismos. Responde al hombre soberbio: "¿Te glorías de darme la salud? Dátela a ti. Ve si la tienes. Si consideras bien tu flaqueza, verás que aún no la tienes. Luego no me aconsejes que la espere de ti; espérala conmigo." *No confiéis en los príncipes, ni en los hijos de los hombres, en los cuales no hay salud.* Ved que nos salen al paso ciertos príncipes que no sé de dónde proceden y nos dicen: "Yo bautizo; lo que yo doy es santo; y, si lo recibes de otro, nada has recibido; si de mí, recibiste algo." ¡Oh hombre, oh príncipe! ¿Quieres contarte entre los hijos de los hombres, entre los príncipes en quienes no hay salud? ¿Yo poseo la salud porque tú me

bus: *Nolite confidere in principes, et in filios hominum, quibus non est salus.* In uno filio hominis salus; et in ipso non quia filius hominis, sed quia Filius Dei; non propter id quod suscepit ex te, sed propter id quod servavit in se. Ergo in nullo homine salus: quia et in illo ideo salus, quia Deus, *qui est super omnia Deus benedictus in saecula.* De Christo dictum est: *Ex quibus Christus secundum carnem* (Rom 9,5). Ex quibus? Ex Iudaeis, ex patribus *Christus secundum carnem:* sed numquid hoc totum Christus, quod secundum carnem? Non: neque enim secundum carnem id est, *super omnia Deus benedictus in saecula.* Ideo in illo salus, quia *Domini est salus.* Dicit enim alius psalmus: *Domini est salus, et super populum tuum benedictio tua* (Ps 3,9). Et sine causa sibi arrogant homines quia dant salutem. Sibi dent. Responde superbo homini: Gloriaris, quia dicis te dare mihi salutem; tibi da. Vide si habes eam. Considerans bene fragilitatem tuam, vides quia nondum habes. Ergo noli monere ut exspectem a te, sed exspecta mecum. *Nolite confidere in principes, et in filios hominum, quibus non est salus.* Ecce nescio qui principes procedunt, nescio unde, et dicunt: Ego baptizo, et ego quod dedero, hoc est sanctum: et si ab alio acceperis, nihil accepisti; si a me acceperis, aliquid accepisti. O homo, o princeps, inter filios hominum vis esse, et inter principes quibus non est salus? Ideo ergo habeo salutem, quia tu mihi das? Tuum est enim quod das? Aut vero etiam tu das? vel hoc dicendum est, quia tu

la das? ¿Es tuyo lo que das? ¿Das tú ciertamente? ¿O se ha de decir que das tú? Diga también el caño que él da el agua, diga también el canal que él es el que mana, diga el pregonero que él es el que libra. Yo, en el agua, atiendo a la fuente; en la voz del pregonero veo al juez. No eres tú ciertamente el autor de mi salud, sino Aquel de quien estoy seguro; de ti nada confío. Si no eres soberbio, no sólo yo no confío en ti, sino que tú tampoco confiarás en ti. Mi salud procede de Aquel que *está sobre todas las cosas,* porque *del Señor es la salud.* Tú te hallas entre los hijos de los hombres, entre los príncipes; pero yo oigo la voz del salmo, que dice: *No confiéis en los príncipes ni en los hijos de los hombres, en quienes no hay salud.*

10 [v.4]. Atendiendo a la multitud de los hombres, ¿qué son estos hijos de los hombres? ¿Quieres saber qué son? *Saldrá su espíritu, y (la carne) volverá a su tierra.* Ved lo que habla, ignorando por cuánto tiempo hable; amenaza, ignorando cuánto ha de vivir. De repente saldrá su espíritu, y (la carne) volverá a su tierra. ¿Por ventura saldrá cuando quiera su espíritu? Saldrá, pero cuando no quiera salir, y, cuando lo ignora, se volverá a su tierra. Saliendo su espíritu, la carne se volverá a la tierra. Pero como era la carne la que así hablaba, pues únicamente dirían: "Confía en mí, yo te lo doy", aquellos de quienes se dijo: *Son carne;* por lo mismo, *saldrá el espíritu, y (la carne) volverá a su tierra; y en aquel día perecerán todos sus pensamientos.* ¿En dónde está la hinchazón? ¿En dónde la soberbia? ¿En dónde la jactancia? Pero quizá pase al lugar bueno, al de los justos, si es que pasa; porque quien

das? Dicat et fistula quia et ipsa dat aquam; dicat et canalis quia ipse manat; dicat et praeco quia et ipse liberat. Ego in aqua attendo fontem, in voce praeconis agnosco iudicem. Non eris tu plane auctor salutis meae; ille erit de quo securus sum; de te incertus sum, sed et tu de te. Ab illo ergo mihi salus, *qui est super omnia;* quia *Domini est salus.* Tu inter filios hominum, tu inter principes: sed audio vocem Psalmi, *Nolite confidere in principes, et in filios hominum, a quibus non est salus.*

10 [v.4]. Secundum turbam hominum, quid sunt isti filii hominum? Quid sunt vis scire? *Exiet spiritus eius, et revertetur in terram suam.* Ecce totum quod loquitur, nesciens quamdiu loquatur; minatur, nesciens quamdiu vivat. Subito exiet spiritus eius, et revertetur in terram suam. Numquid quando vult, exiet spiritus eius? Exiet, et quando non vult exiet, et quando nescit revertetur in terram suam. Exeunte spiritu, caro revertetur in terram. Sed quia caro erat quae sic loquebatur (De me enim praesume, et ego tibi do, non dicerent nisi illi de quibus dictum est, *Quia caro sunt* [Gen 6,3]), *Exiet spiritus eius, et revertetur in terram suam: in illa die peribunt omnes cogitationes ius.* Ubi est typhus? ubi est superbia? ubi est iactantia? Sed forte ad locum bonum transierit, ad iustos: si tamen transiit. Nam qui sic loquebatur, nescio quo transierit. Loquebatur enim superbia; et nescio quo transeant tales homines, nisi quia inspicio alterum psalmum, et video malum eorum esse transitum.

así habla no sé a dónde pasará. Hablaba, pues, la soberbia; e ignoraría a dónde han de pasar tales hombres si no fuese porque consulto otro salmo y veo que su tránsito es malo: *Vi al soberbio que se ensalzó sobre los cedros del Líbano, y que pasó y ya no existía; le busqué, y no encontré su lugar.* El justo que pasó y no encontró al impío, llegó a donde no está el impío. Luego, hermanos, oigamos todos; amados de Dios, oigamos todos. En cualquier tribulación, en cualquier deseo de los bienes divinos, no confiemos en los príncipes ni en los hijos de los hombres, en los cuales no hay salud. Todo esto es mortal, transitorio y caduco. *Saldrá su espíritu, y la (carne) volverá a su tierra; en aquel día perecerán todos sus pensamientos.*

11 [v.5]. ¿Qué haremos si no ha de confiarse en los hijos de los hombres ni en los príncipes? ¿Qué haremos? *Bienaventurado aquel que tiene por ayudador al Dios de Jacob.* No a este o a aquel ángel, sino *bienaventurado todo el que tiene por ayudador al Dios de Jacob;* pues de tal modo ayudó a Jacob, que de Jacob le hizo Israel. Inmensa ayuda, pues Israel es el que ve a Dios. Luego, colocado en esta peregrinación, aún no viendo a Dios, si recibieres al ayudador Dios de Jacob, serás Israel, y verás a Dios; y desaparecerá todo trabajo y todo gemido, pasarán los afanes amargos y sucederán las alabanzas dichosas. *Bienaventurado aquel que tiene por ayudador al Dios de Jacob,* de este Jacob. ¿Cómo es bienaventurado, siendo así que aún permanece gimiendo en esta vida? *Su esperanza reside en el Señor, su Dios;* por tanto, es bienaventurado, porque su esperanza reside en el Señor,

Vidi impium exaltari super cedros Libani, et transivi, et ecce non erat; et quaesivi eum, et non est inventus locus eius (Ps 36,35-36). Iste pius qui transiit et non invenit impium, illuc pervenit ubi non est impius. Ergo, fratres, omnes audiamus; fratres dilecti Deo, omnes audiamus: in qualibet tribulatione, in quolibet desiderio muneris divini, non fidamus in principes, nec in filios hominum, in quibus non est salus. Totum hoc mortale, transitorium et caducum est. *Exiet spiritus eius, et revertetur in terram suam: in illa die peribunt omnes cogitationes eius.*

11 [v.5]. Quid ergo facimus, si in filios hominum, si in principes non est sperandum? quid facimus? *Beatus cuius Deus Iacob adiutor est eius.* Non ille homo aut ille homo, non ille angelus aut ille angelus; sed, *Beatus cuius Deus Iacob adiutor est:* quia et ipsi Iacob sic fuit adiutor, ut de Iacob faceret Israel (Gen 32,28). Magnum adiutorium, Israel iam videns Deum. Hic ergo positus et peregrinus nondum videns Deum, si habueris adiutorem Deum Iacob, ex Iacob eris Israel, et eris videns Deum; et periet omnis labor et omnis gemitus, transient curae mordaces, succedent laudes felices. *Beatus cuius Deus Iacob adiutor est eius:* huius Iacob. Quare iste beatus, interim adhuc in hac vita gemens? *Spes illius in Dominum Deum ipsius.* Ideo beatus, quia *spes ipsius in Dominum Deum ipsius.* In quo est spes ipsius, ipse erit res ipsius. Fratres, an forte erravi, quia dixi rem nostram futurum Deum? Quid si dicerem haeredi-

su Dios; y aquel que es su esperanza será su realidad. Hermanos, ¿acaso erré porque dije que Dios ha de ser nuestra realidad? ¿Qué sucedería si dijese que ha de ser nuestra heredad? *Tú eres mi esperanza y mi porción en la tierra de los vivos.* Tú serás mi porción. Tú serás posesión y poseerás: serás posesión de Dios, y Dios será tu posesión; tú serás posesión para ser cuidado por El, y El será tu posesión para que le cuides, pues tú cultivas a Dios, y Dios te cultiva a ti. Con razón se dice "cultivo a Dios"; pero ¿cómo eres cultivado por Dios? Porque vemos que el Apóstol dice: *Sois agricultura de Dios y edificación de Dios;* y el Señor dice también: *Yo soy la vid, vosotros los sarmientos, y mi Padre el agricultor.* Dios te cultiva para que des fruto, y tú cultivas a Dios para dar fruto. Te es un bien que te cultive Dios y que cultives tú a Dios. Si el agricultor Dios se aparta del hombre, el hombre queda hecho un desierto; si el agricultor hombre se aparta de Dios, queda convertido también en un erial. Dios no crece acercándose a ti ni disminuye apartándose de ti. Luego El será nuestra posesión para alimentarnos, y nosotros seremos su posesión para que nos gobierne.

12 [v.6]. *Su esperanza está en el Señor, su Dios.* ¿Quién es este Señor, Dios suyo? Atended, hermanos. Muchos cuentan con muchos dioses, y los llaman señores y dioses suyos. Pero el Apóstol dice: *Si bien hay quienes se llaman dioses, ya en el cielo, ya en la tierra, conforme hay muchos dioses y muchos señores; sin embargo, para nosotros hay un solo Dios, el Padre, por quien tienen ser todas las cosas; y un solo Señor, Jesucristo, por quien*

tatem nostram futurum? *Spes mea es tu, portio mea in terra viventium* (Ps 141,6). Tu eris portio mea. Eris tu possessio, et possidebis; possessio Dei eris, et possessio tua erit Deus: tu eris possessio eius, ut colaris ab eo; et ipse erit possessio tua, ut colas eum. Nam et tu colis Deum, et coleris a Deo. Recte dicitur, Colo Deum: quomodo autem color a Deo? Invenimus apud Apostolum: *Dei,* inquit, *agricultura, Dei aedificatio estis* (1 Cor 3,9). Et Dominus, *Ego sum,* inquit, *vitis, vos estis sarmenta, et Pater meus agricola* (Io 15,1.5). Colit te ergo Deus, ut sis fructuosus; et colis Deum, ut sis fructuosus. Tibi bonum est quod te colit Deus; tibi bonum est quod colis Deum. Cultor Deus si recedat ab homine, desertus fit homo; cultor homo si recedat a Deo, desertus fit ipse homo. Nec crescit Deus accedente te, nec decrescit discedente te. Ergo erit ipse possessio nostra, ut nos pascat; et erimus possessio eius, ut nos regat.

12 [v.6]. *Spes illius in Dominum Deum ipsius.* Quis est iste Dominus Deus ipsius? Attendite, fratres. Multi enim habent multos deos, et dicunt eos dominos suos et deos suos. Sed dicit Apostolus, *Etsi qui dicuntur dii, sive in caelo, sive in terra; quemadmodum sunt dii multi, et domini multi: nobis tamen unus Deus, Pater, ex quo omnia, et unus Dominus Iesus Christus, per quem omnia* (1 Cor 8,5 et 6). Ergo sit ipse spes tua, Dominus Deus tuus; in illo sit spes tua. In domino deo suo est spes etiam illius qui colit Saturnum; in domino deo ipsius est spes, qui

son todas las cosas. Luego sea tu esperanza el Señor, Dios tuyo; en El permanezca tu esperanza. En el señor, su dios, se halla la esperanza de aquel que adora a Saturno, a Marte, a Neptuno, a Mercurio; añado más, que adora al vientre, pues de éstos se dijo: *El vientre es su dios.* Luego unos tienen un dios y otros otro. ¿Quiénes de éstos son bienaventurados? Aquellos que ponen la esperanza en el Señor, Dios suyo. ¿Y quién es éste? *El que hizo el cielo y la tierra, el mar y todas las cosas que hay en ellos.* Hermanos míos, tenemos un gran Dios; bendigamos su santo nombre, porque se dignó hacernos su posesión. Aún no ves a Dios, no puedes amar por completo lo que aún no ves. El hizo las cosas que ves. Te admiras del mundo; ¿por qué no del Artífice del mundo? Miras al cielo, y te estremeces; piensas en la tierra, y tiemblas; ¿cuándo comprenderás la magnitud del mar? Mira la infinidad de estrellas, considera la multitud de semillas, las clases de animales, todo lo que nada en el mar, repta en la tierra, vuela en el aire y da vueltas en el cielo; todas estas cosas, ¡qué grandes, qué excelsas, qué hermosas, qué estupendas son! Ve que el que hizo todo esto es tu Dios. Pon en El tu esperanza para que seas bienaventurado. *Su esperanza está en el Señor, su Dios.* ¿En qué Dios? *En el que hizo el cielo y la tierra, el mar y todas los cosas que hay en ellos.* Tenemos un gran Dios.

13. Atended, hermanos: tenemos un gran Dios, un buen Dios que hace todas estas cosas. Luego ¿qué pensó Dios, si ha de decirse que pensó al hacer el cielo y la tierra, el mar y todas las cosas que hay en ellos? Quizá diría este hombre: "Veo todas estas

colit Martem, qui colit Neptunum, qui colit Mercurium; plus addo, qui colit ventrem, de quibus dictum est, *Quorum deus venter est* (Phil 3,19). Ergo ille illius deus, atque ille illius. Quis huius beati? Quia *spes ipsius in Domino Deo ipsius.* Sed quis est iste? *Qui fecit caelum et terram, mare et omnia quae in eis sunt.* Fratres mei, magnum Deum habemus! benedicamus nomen sanctum eius, quia dignatus est facere nos possessionem suam. Nondum vides Deum, non potes amare plene quod nondum vides. Quae vides, ipse fecit. Miraris mundum, quare non artificem mundi? Suspicis caelum, et exhorrescis; cogitas universam terram, et contremiscis; maris magnitudinem quando cogitatione occupas? Respice innumerabilitatem stellarum; respice tanta genera seminum, tantas diversitates animalium, quidquid natat in aquis, repit in terra, volitat in aere, circuit in caelo: omnia ista, quam magna, quam praeclara, quam pulchra, quam stupenda! Ecce qui fecit haec omnia, Deus tuus est. Pone ibi spem tuam, ut sis beatus: *Spes illius in Dominum Deum ipsius.* Quem? *Qui fecit caelum et terram, mare et omnia quae in eis sunt.* Magnum habemus Deum!

13. Attendite, fratres, magnum Deum, bonum, facientem talia. Quid ergo hinc cogitavit Deus, ut faceret (si tamen dicendum est de Deo, Cogitavit) *caelum, terram, mare, et omnia quae in eis sunt?* Forte dicturus erat homo iste: Video quidem omnia magna ista: caelum et terram, mare

cosas excelsas; Dios hizo el cielo, y la tierra, y el mar; pero ¿cuándo Dios me nombra a mí entre las cosas que hizo? ¿Se cuida de mí, piensa ahora en mí, sabe si vivo?" ¿Qué dices? No se apodere de tu corazón este mal pensamiento. Sé tú de aquellos de quienes hace poco decíamos: *Alabaré al Señor en mi vida, salmearé al Señor mientras existo.* Este habla a otros, no sé a qué tibios, a los cuales exhorta y como teme desesperen de sí por juzgar que no se hallan en el cómputo de Dios. Muchos piensan de este modo; y abandonan a Dios, entregándose a cualquier clase de pecados, porque creen que Dios no se preocupa de lo que hagan. Oye la palabra divina, no desconfíes de ti. El que se cuidó de crearte, ¿no se cuidará de restaurarte? ¿Por ventura no es tu Dios el que hizo el cielo, y la tierra, y el mar? Si dijese esto sólo, quizá responderías: "Dios, que hizo el cielo, la tierra y el mar, es grande; pero ¿acaso piensa en mí?" El te hizo, se te contestará. "¿Cómo? ¿Acaso soy yo cielo, tierra o mar? Es evidente que no soy cielo, tierra o mar, aunque estoy en la tierra." Muy bien, a lo menos me concedes que estás en la tierra. Oye que Dios no sólo hizo el cielo, la tierra, el mar. *Hizo*—dice el salmista—*el cielo, la tierra, el mar y todas las cosas que hay en ellos.* Luego, si hizo cuanto hay en ellos, también te hizo a ti. Digo poco diciendo "a ti"; también hizo al pájaro, a la langosta y al gusano; hizo todos estos seres y además se cuida de todos ellos. No los cuida mediante un precepto, porque éste únicamente se le dio al hombre. Pues dice un salmo. *A hombres y jumentos salvarás, Señor, según la muchedumbre de tu misericordia, ¡oh Dios!* Luego

fecit Deus: quando me computat Deus inter ea quae fecit? et vere ego pertineo ad curam ipsius, et modo de me cogitat Deus, aut scit an vivam? Quid est hoc quod dicis? Non subrepat tibi mala cogitatio in cor; de his esto de quibus paulo ante loquebamur, *Laudabo Dominum in vita mea, psallam Deo meo quamdiu sum.* Sed iste alios alloquitur, nescio quos tepidos, quos exhortatur, et quasi veretur ne desperent de se, quia vere non sunt in computo Dei. Multorum enim tales sunt cogitationes. Sed ideo deserunt Deum, et pergunt per quaelibet peccata, quia non credunt curare Deum quid agant. Audi eloquia divina, noli de te desperare. Qui curavit facere te, non curat reficere te? Nonne Deus tuus est qui fecit caelum, et terram, et mare? Si ista sola diceret, forte responderes tu: Deus qui fecit caelum, et terram, et mare, magnus Deus; sed numquid cogitat de me? Ipse te fecit, diceretur tibi. Quomodo? numquid ego sum caelum, aut ego sum terra, aut ego sum mare? Et quidem manifestum est, nec caelum sum, nec terra sum, nec mare sum; sed in terra sum. Vel hoc concedis mihi, quia in terra es. Audi qui non tantum caelum et terram mare Deus fecit: *Fecit* enim *caelum, et terram, et mare, et omnia quae in eis sunt.* Si ergo *omnia quae in eis sunt,* et te. Parum dico, te: passerem, locustam vermiculum; nihil horum non ille fecit, et cura est illi de omnibus. Non ad praeceptum cura est; nam praeceptum soli homini dedit. Dicit enim psalmus: *Homines et iumenta salvos facies, Domine;*

según la muchedumbre de tu misericordia, dice, salvarás a los jumentos y a los hombres. El Apóstol escribe: *¿Por ventura se cuida Dios de los bueyes?* Por una parte, *Dios no se cuida de los bueyes;* por otra, *a los hombres y a los jumentos salvarás, Señor.* ¿Acaso estas sentencias son contrarias? ¿Qué dice el Apóstol? *¿Por ventura se preocupa Dios de los bueyes?* Entonces ¿a qué viene el precepto: *No pondrás bozal al buey que trilla?* ¿No se preocupó Dios, según esto, de los bueyes? Sin duda que aquí pretendió señalar a ciertos bueyes. Dios no se preocupa de aconsejarte qué debas hacer con los bueyes; esto lo hace la naturaleza humana. Pues de tal modo fue hecho el hombre, que sabe mirar por sus jumentos; y, por tanto, para esto no recibió mandato de Dios, sino que lleva grabado por Dios en la mente el poder hacerlo sin mandato. Tal le hizo Dios. Pero como El gobierna al animal, así debe ser él gobernado por otro; para esto recibió el precepto de Aquel que le gobierna. Dios no se cuida, en cuanto al precepto, del buey; pero, atendiendo a la providencia universal, por la que creó todas las cosas y gobierna al mundo, *a los hombres y a los jumentos salvarás, Señor.*

14. Atienda vuestra caridad. Quizá me diga alguno aquí: "Pertenece al Nuevo Testamento: *Dios no se cuida de los bueyes;* y al Viejo: *Salvarás, Señor, a los hombres y a los jumentos.* Hay algunos que critican y dicen que estos dos Testamentos no concuerdan entre sí. Para que no diga que una cosa se consigna en el Viejo Testamento y otra en el Nuevo, y exija de mí que le aduzca una sentencia del Nuevo igual a esta del Viejo: *A los*

secundum multitudinem misericordiae tuae, Deus (Ps 35,7-8). *Multitudinem,* inquit, *misericordiae tuae; secundum* hanc *salvos facies homines et iumenta.* Et Apostolus: *Numquid de bobus cura est Deo?* Hac, *De bobus cura* non *est Deo;* hac, *Homines et iumenta salvos facies, Domine:* numquid contraria sunt ista? Quid enim ait Apostolus? *Numquid de bobus pertinet ad Deum?* Ubi est praeceptum, *Bovi trituranti os non infrenabis* (1 Cor 9,9; Deut 25,4); ibi de bobus non cogitavit Deus? Itaque quosdam boves voluit significari. Non enim hoc curat Deus monere quid agas cum bobus; habet hoc natura ipsa humana. Sic factus est homo, ut norit consulere iumentis suis: nec inde praecepta a Deo accepit, sed insinuatum est illi in mentem a Deo, ut possit et sine praecepto facere; fecit illum talem Deus. Sed quomodo regit pecus, regendus est ab alio; ab eo a quo regitur, praeceptum accepit. Ad praecepti ergo tenorem, non *est de bobus cura Deo:* ad providentiam universitatis, qua creavit omnia et mundum regit, *Homines et iumenta salvos facies, Domine.*

14. Intendat Charitas vestra. Hic forte aliquis dicat mihi: De Novo Testamento est, quia *De bobus* non *pertinet ad Deum: Homines et iumenta salvos facies, Domine,* de Veteri Testamento est. Sunt qui calumnientur, et dicant non sibi consonare ista duo Testamenta. Ne forte aliud dicat in Vetere, aliud in Novo, et flagitet de me sententiam de Novo talem qualis haec est, *Homines et iumenta salvos facies, Domine;*

hombres y a los jumentos salvarás, Señor, ¿qué haré? Nada hay tan principal del Nuevo Testamento como el Evangelio. En el Evangelio encuentro que todas estas cosas pertenecen a Dios, y ya no hay nadie que lo contradiga. ¿Por ventura el Apóstol se opondrá al Evangelio?" Oigamos al mismo Señor, Maestro y Caudillo de los apóstoles: *mirad a las aves*—dice—, *que no siembran, ni siegan, ni congregan en trojes, y vuestro Padre celestial las alimenta.* Luego estos animales, además de estar bajo el dominio del hombre, están bajo el cuidado de Dios para alimentarlos, mas no para recibir preceptos. Por lo que toca a la imposición de la ley, Dios no se preocupa de los bueyes; por lo que se refiere a crearlos, alimentarlos, gobernarlos y regirlos, todos ellos están bajo la dirección de Dios. *¿Por ventura no se venden dos pajarillos por un maravedí*—dice nuestro Señor Jesucristo—; *y uno de ellos no caerá en la tierra sin quererlo vuestro Padre? ¡Cuánto más valéis vosotros que ellos!* Luego no digas: "No pertenezco a Dios." Tu alma pertenece a Dios; también pertenece tu cuerpo, porque Dios hizo tu alma y tu cuerpo. Pero tal vez dirás: "Dios no me nombra entre la gran multitud de los seres." Aquí tienes presente una sentencia maravillosa del Evangelio: *Todos los cabellos de vuestra cabeza se hallan contados.*

15 [v.7-8]. Luego es mi Dios, y mi esperanza se halla en *Aquel que hizo el cielo y la tierra, el mar y todas las cosas que hay en ellos.* Por lo que a mí se refiere, ¿qué hace conmigo? *Guarda verdad eternamente.* Recomendó amar a Dios y temerle. *El que guarda verdad eternamente.* ¿Qué verdad eternamente?

quid facio? Nihil tam in capite Novi Testamenti, quam Evangelium. In Evangelio invenio quia omnia ista pertinent ad Deum, nemo erit iam qui contradicat. Numquid enim Apostolus Evangelio contrarius erit? Audiamus ipsum Dominum, principem et magistrum Apostolorum. *Respicite,* inquit, *volatilia caeli, quia non seminant, neque metunt, neque congregant in horrea; et Pater vester caelestis pascit illa* (Mt 6,26). Ergo et praeter hominem, animalia ista pertinent ad curam Dei, ut pascantur, non ut legem accipiant. Quod ergo ad dandam legem attinet, de bobus cura Deo non est; quod autem ad creanda, pascenda, gubernanda et regenda, omnia ad Deum pertinent. *Nonne duo passeres asse veneunt* (Dominus Iesus Christus dicit), *et unus ex eis non cadet in terram sine voluntate Patris vestri? Quanto magis vos pluris estis illis?* Noli ergo dicere: Non pertineo ad Deum. Pertinet ad Deum anima tua, pertinet ad Deum corpus tuum; quia Deus fecit et animam tuam et corpus tuum. Dicis forte: Non me numerat Deus in magna multitudine. Accedit ibi mirum de Evangelio: *Capilli capitis vestri omnes numerati sunt* (Mt 10,29-31).

15 [v.7.8]. Ergo Deus meus est, et in illo spes mea, *qui fecit caelum et terram, mare et omnia quae in eis sunt.* Quod autem ad me pertinet, quid agit mecum? *Qui custodit veritatem in aeternum.* Et amandum Deum commendavit, et timendum. *Qui custodit veritatem in aeternum.* Quam veritatem in aeternum? quam, et in quo custodit veritatem?

¿Cuál y en qué guarda verdad? *Haciendo justicia a los que sufren injuria.* Venga, hermanos míos, a los que sufren injuria haciéndoles justicia. ¿A quiénes? A los que soportan injuria, castigando a todos los injustos. Si ha de socorrer a los que soportan injuria y castigar a los injuriadores, ve ahora entre quiénes deseas contarte. Ve, atiende, si quieres estar entre aquellos que soportan injuria o entre los que la cometen. Al instante te sale al encuentro la voz apostólica y te dice: *Es en absoluto delito que tengáis pleitos entre vosotros. ¿Por qué más bien no soportáis injurias?* Corrige a los hombres que no soportan injurias. No te exhorta a padecer molestias, sino a soportar injurias, pues no toda molestia es injuria. Todo lo que en justicia soportas no es injuria. Para que no digas: "Yo me cuento también entre los que padecen injurias, porque padecí aquello en aquel lugar, aquello por aquel motivo." Ve si padeciste injuria. Los ladrones padecen muchos males, pero no injurias. Una cosa es padecer injuria, y otra soportar tribulación, o castigo, o molestia, o suplicio. Considera en dónde te encuentras; ve qué hiciste, por qué padeciste, y por ello te darás cuenta qué padeciste. La justicia y la injusticia o la injuria son cosas contrarias. La justicia es lo que es justo, y no todo lo que se dice justo es justo. Pues ¿qué diríamos si alguno estableciese un derecho inicuo? No podría denominarse derecho, porque es injusto. Luego es justicia verdadera o verdadero derecho lo que al mismo tiempo es justo. Examina entonces lo que haces, no lo que padeces. Si obraste justicia, soportarás injurias; si cometiste injurias, soportarás la justicia.

Facientem iudicium iniuriam accipientibus. Vindicat iniuriam accipientes, fratres mei; facit illis iudicium. Quibus? Qui accipiunt iniuriam, puniens omnes iniuriosos. Si ergo favebit iniuriam accipientibus et puniet iniuriosos, vide modo de quorum numero esse vis. Vide, attende utrum in eis velis esse, qui iniuriam accipiunt, an in eis qui iniuriam faciunt. Statim enim ad te procedit vox apostolica, et dicit tibi, *Iam quidem omnino delictum est, quia iudicia habetis vobiscum. Quare non magis iniuriam patimini?* (1 Cor 6,7). Corripit homines, quia non patiuntur iniuriam. Non ut patiaris molestiam te hortatur, sed ut patiaris iniuriam: non enim omnis molestia iniuria est. Quidquid enim iure pateris, non est iniuria. Ne forte diceres: Et ego inter iniuriam passos numeror; nam illud in illo loco, et illud causa illa passus sum. Vide si iniuriam passus es. Latrones multa patiuntur, sed non iniuriam: scelerati, malefici, effractores, adulteri, corruptores, omnes patiuntur multa mala, sed nulla est iniuria. Aliud est pati iniuriam; aliud pati tribulationem, aut poenam, aut molestiam, aut supplicium. Considera ubi sis, quid egeris vide, quare patiaris vide; et ibi vides quid patiaris. Ius et iniuria contraria sunt. Ius enim est quod iustum est. Neque enim omne quod ius dicitur, ius est. Quid si aliquis condat ius iniquum? Nec ius dicendum est, si iniustum est. Illud ergo verum ius, quod etiam iustum est. Vide quid feceris, non quid patiaris. Si ius fecisti, iniuriam pateris; si iniuriam fecisti, ius pateris.

16. ¿Por qué dije estas cosas, hermanos? Para que no se engrían los herejes cuando quizá padecen algo debido a los decretos de los príncipes terrenos; para que no se cuenten entonces entre aquellos que soportan injurias y digan: "Ved que el salmo nos consuela, pues yo adoro al Dios que hace justicia a los que soportan injurias." Con razón pregunto si soportas injuria. Si obraste con justicia, padeces injuria. Pero ¿es justicia arrojar a Cristo; es justicia levantar un altar con rebelde orgullo; es justicia tolerar por un lado a los perseguidores de la túnica de Cristo y rasgar por el otro la Iglesia de Cristo? Luego, si esto no es justicia, todo cuanto tú padecieres por esto es justo. No eres, pues, del número de los que padecen injurias. Pero leo algo más claro en el Evangelio: *Bienaventurados*—dice—*los que padecen persecución.* Espera, no corras tanto. ¿Qué dices? ¿Yo soy éste? Espera, te diré: lo leeré todo. Oíste: *Bienaventurados los que padecen persecución;* ya veo que comenzabas a engreírte. Si me permites, leeré la sentencia completa. Ve lo que sigue: *Bienaventurados los que padecen persecución por la justicia.* Ahora di: "Yo soy éste." Si te atreves a decir: "Yo soy éste", corregiré lo que anteriormente dije; o, por no hacerme demasiado pesado, pregunto sólo esto: Si condenases a un hombre del cual ignoras la causa, ¿te atreverías a decir que obraste con justicia?; o, si padecieses algo por este motivo, ¿lo llamarías injuria? Eriges en tu corazón un tribunal inseguro, del que has de ser precipitado al atreverte a proferir sentencia sobre un hombre del que ignoras la causa. Si esto lo hicieres con un solo hombre, serías injusto; lo haces con toda la tierra, ¿y serás justo? Hermanos ca-

16. Quare ista dixi, fratres? Ut non se extollant haeretici, quando forte aliquid patiuntur ex iussionibus principum terrenorum; non se numerent inter eos qui iniurias accipiunt, et dicant: Ecce Psalmus consolatur me; ego enim Deum colo, *qui iudicium faciet iniuriam accipientibus.* Recte quaero utrum iniuriam accipias. Si ius fecisti, iniuria est quam pateris. Ius est exsufflare Christum? ius est rebelli superbia erigere altare? ius est, parcentibus persecutoribus tunicae Christi (Io 19,24), Ecclesiam Christi conscindere? Porro si hoc ius non est, quidquid pro hoc pateris, ius est. Non es ergo de his qui patiuntur iniuriam. Lego aliquid manifestius ex Evangelio: *Beati,* inquit, *qui persecutionem patiuntur.* Exspecta: quid festinas? quid dicis, Ego sum? Exspecta, inquam; totum legam. Audisti, *Beati qui persecutionem patiuntur;* iam tibi nescio quid coeperas arrogare. Si permittis, totum lego; vide quid sequatur. *Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam* (Mt 5,10). Modo dic, Ego sum. Si audes dicere, Ego sum; superiora quae dixi retractemus: aut, ne longum sit, hoc unum interrogo: Si damnares unum hominem, cuius causam nescires, auderes te dicere tenere iustitiam? aut, si quid pro hac re passus esses, iniuriam nominares? Erigis te in temerarium tribunal cordis tui, unde praecipiteris; et audes ferre sententiam de homine cuius causam nescis! Hoc si de uno homine faceres, esses iniustus: facis hoc de toto orbe terrarum, et iustus es? Fratres charis-

rísimos, ¿quién soporta injuria sino la Iglesia católica, que padece todas estas injurias? Ella gime entre tantos escándalos de los herejes; ve que por malos consejos y perversos engaños son apartados de su regazo los débiles, y que, arrastrados los niños por no sé qué secretos de tenebrosas cavernas a rebautizarse, a arrojar de ellos a Cristo, a dar muerte en ellos, no lo propio mortal, por lo que son hombres, sino aquello por lo que habían de vencer para siempre, se incita a decir al hombre: "No soy cristiano", y esto se llama justicia. Cuando te hayas de acercar al obispo, dice el hereje donatista al cristiano para arrastrarle a su credo, no digas que eres cristiano, ya que, si dijeses que eres cristiano, no serás recibido por él; para ser recibido di que no eres. ¿Qué aconsejas tú que te llamas cristiano? ¿Qué enseñas? Sin duda, padecerás persecución, y tanto mayor cuanto más acérrimo perseguidor eres tú. Cuando los emperadores perseguían a los cristianos, *forzaban con amenazas* a hacer lo que tú haces *aconsejando*. Aconsejas al cristiano que niegue que es cristiano; lo que tú haces persuadiendo, no lo hizo el perseguidor matando. Bajo tu obediencia vive el hombre que niega ser cristiano. Niega, ¿y vive? Perdió ya la vida; te habla un cadáver. El que fue herido por la espada del perseguidor murió y vive; a quien tú hablas está en pie y murió. Obrando estas cosas, por mucho que padecieres, ¿será ello injuria? No te lisonjees; si son injustas todas estas cosas que haces, será justo cuanto padecieres. ¿Para quién hace justicia *el que guarda la verdad eternamente? Para los que reciben injuria.*

17 [v.7-8]. Tú prosigue, y, puesto que tú alimentas, di con tus buenos, agudos y sutiles raciocinios: "Es famélico, ¿puede ali-

simi, et quae est quae patitur iniuriam, nisi Ecclesia catholica quae tanta ista perpetitur? Inter tot scandala haereticorum gemit; videt per malas suasiones et fraudes rapi de gremio suo infirmos, parvulos pertrahi per nescio quae secreta malarum speluncarum, rebaptizari, exsufflari in eis Christum, occidi in eis non mortale illud suum quo homines sunt, sed illud quo in aeternum victuri sunt. Suadetur homini dicere, Non sum christianus, et iustitia vocatur. Accessurus es ad episcopum, ait illi, vide ne dicas te esse christianum: si enim dixeris te esse christianum, non es accepturus; ut autem accipias, dic te non esse. Quid mones, christiane? quid doces? Certe persecutionem pateris: quanto tu verior persecutor! Quando Imperatores persequebantur Christianos, minando cogebant, quod tu efficis suadendo. Persuades christiano ut neget se esse christianum: quod tu suadendo facis, hoc persecutor occidendo non fecit. Sub te vivit homo, qui negat se esse christianum. Negat, et vivit? Perdidit iam vitam; cadaver tibi loquitur. Qui percussus est gladio persecutoris, cecidit, et vivit: cui loqueris, stat, et cecidit. Haec faciens, quidquid passus fueris, iniuria erit? Nolo tibi blandiaris: si haec iniusta sunt omnia quae facis, quidquid pateris iustum erit. Cui autem facit iudicium, *qui custodit veritatem in aeternum? Iniuriam accipientibus.*

17 [v.7.8]. Iam tu procede, et dic ratiocionationibus illis tuis bonis, et quasi acutis et subtilibus, quia tu pascis; et dic: Famelicus potest

mentar?; es decir, el pecador, ¿puede dar lo santo? El hambriento, ¿puede dar de comer? El extenuado, ¿puede curar? El atado, ¿puede desatar?" Estos son raciocinios al parecer grandes y sutiles; con ellos engañan a los indoctos. Tápeles la boca este salmo, diciendo que *Dios da alimento a los hambrientos.* Por tanto, ve que nada espero de ti; Dios *da alimento a los hambrientos.* ¿A qué hambrientos? A todos. ¿Qué significa "a todos"? A todos los animales, a todos los hombres, El les da el alimento. ¿Y no reserva ningún alimento especial para los escogidos? Si tienen otra clase de hambre, tendrán también otro alimento. Investiguemos primero su clase de hambre, y encontraremos su alimento: *Bienaventurados los que tienen hambre y sed de justicia, porque ellos serán saciados.* Debemos tener hambre de Dios; mendiguemos orando ante su puerta, pues El *da alimento a los hambrientos.* ¿Por qué te engríes, hereje, de que tú sueltas, iluminas y ensalzas? ¿Acaso porque tú fuiste librado, porque tú estás en pie, porque tú eres luz? No hay tal cosa. Atiende a lo de arriba: *No confié en los príncipes ni en los hijos de los hombres, en los cuales no hay salud.* Ellos no dan la salud. Luego se aparten del medio los herejes. *El Señor desata a los aprisionados, el Señor endereza a los lisiados, el Señor da sabiduría a los ciegos,* es decir, convierte en sabios a los ignorantes. Por esta sentencia admirablemente nos señaló a todos los que están en lugar más excelso, para que no aplicásemos *el Señor desata a los aprisionados* a los aprisionados que por algún delito están encadenados por sus señores y para que al decir: *Levanta o endereza a los lisiados,* no se nos ocurriese que se tra-

pascere? id est, peccator potest dare sanctum? Famelicus potest pascere? languidus potest sanare? ligatus potest solvere? Ista sunt veluti magna et subtilia, quibus decipiunt imperitos. Claudat illis os psalmus iste: *Dantem escam esurientibus.* Ecce nihil a te exspecto; Deus *dat escam esurientibus.* Quibus esurientibus? Omnibus. Quid est, omnibus? Omnibus animalibus, omnibus hominibus ipse dat escam; et nullam escam servat dilectis suis? Si habent aliam famem, habent et aliam escam. Quaeramus primo famem ipsorum, et inveniemus escam ipsorum: *Beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur* (ib. 6). Famelici Dei esse debemus: ante ianuam conspectus illius in orationibus mendicemus; ipse *dat escam esurientibus.* Quid est quod te, haeretice, iactas quia tu solvis, tu erigis, tu illuminas? Videlicet quia tu liberatus iam es, et tu stas, et tu lumen es? Absit. Superius attende: *Nolite confidere in principes, et in filios hominum, a quibus non est salus.* Non ipsi dant salutem. Ergo recedant haeretici de medio. *Dominus solvit compeditos; Dominus erigit elisos; Dominus sapientes facit caecos;* id est, eos qui caeci sunt facit sapientes. Optime per hanc sententiam exposuit nobis omnes superiores: ne forte cum dixisset, *Dominus solvit compeditos,* ad illos compeditos referremus, qui forte propter aliquam noxam ligantur ferro a dominis suis; quia autem dixit, *Erigit elisos,* occurreret nobis aliquis, aut offendens et cadens, aut equo lapsus. Est

taba de aquellos que tropiezan y caen o los tira el caballo. Hay otras caídas, hay otras cadenas, como hay otras tinieblas y otra luz. Cuando dijo: *Da sabiduría a los ciegos,* no quiso decir *ilumina a los ciegos,* para que no lo entendieses carnalmente, conforme iluminó a aquel a quien el Señor, haciendo barro con su saliva, embadurnó los ojos y le salvó. Para que no esperases algo parecido cuando se habla de cosas espirituales, dio a conocer cierta luz de sabiduría con la que son iluminados los ciegos (espirituales). Luego como son iluminados los ciegos con la luz de la sabiduría, así son desatados los aprisionados, así son ensalzados los lisiados. ¿Cómo estamos aprisionados? ¿Cómo lisiados? Nuestro cuerpo fue nuestro adorno; pecamos, y por ello recibimos la prisión. ¿Cuál es nuestra prisión? Nuestra mortalidad. Oye al apóstol San Pablo cómo también él se hallaba aprisionado aún en esta peregrinación. Sin embargo, ¡cuántas tierras no recorrió este prisionero! No le fueron pesados los grillos, puesto que con ellos predicó en todo el orbe el Evangelio. El espíritu de la caridad arrastraba las cadenas y recorrió cuanto pudo. Sin embargo, ¿qué dice? *Deseo ser desatado y estar con Cristo.* ¿Qué quiere dicir *ser desatado?* Quedar libre de la prisión de la mortalidad. Con todo, por misericordia deseaba todavía hallarse apresado atendiendo a otros aprisionados a quienes administraba, pues *me es necesario*—dice—*permanecer en la carne por vosotros.* Luego *el Señor desata a los aprisionados,* es decir, de mortales les hace inmortales. *El Señor endereza a los lisiados.* ¿Por qué están lisiados o encorvados? Porque estaban enderezados. ¿Por qué fueron enderezados? Porque se humillaron. Cayó y se lisió

alius casus, sunt aliae compedes; quomodo sunt aliae tenebrae et alia lux. In eo quod dixit, *Sapientes facit caecos;* noluit dicere, Illuminat caecos, ne et hoc carnaliter intelligeres; sicut illuminatus est a Domino, cuius oculos luto de sputo facto inunxit, et salvum eum fecit (Io 9,6-7): ne tale aliquid sperares, cum de spiritualibus loquitur, ostendit quamdam lucem sapientiae, qua illuminantur caeci. Ergo quomodo illuminantur caeci luce sapientiae, sic solvuntur compediti, sic eriguntur elisi. Unde sumus ergo compediti? unde elisi? Corpus nostrum ornamentum nobis fuit: peccavimus, et compedes inde accepimus. Quae sunt compedes nostrae? Mortalitas ipsa. Audi apostolum Paulum, quia et ipse adhuc in hac peregrinatione compeditus erat. Quanta peragravit compeditus iste! Non illi fuerunt graves compedes; cum ipsis compedibus toto orbi Evangelium praedicavit: spiritus charitatis rapuit compedes, et circuivit quantum potuit. Sed tamen quid ait? *Concupiscentiam habens dissolvi, et esse cum Christo.* Quid est, *dissolvi?* A compedibus mortalitatis. Et tamen misericordia adhuc volebat esse in compedibus, propter alios compeditos, quibus ministraret: *Manere,* inquit, *in carne, necessarium propter vos* (Phil 1,23-24). *Dominus* ergo *solvit compeditos,* id est, ex mortalibus immortales facit. *Dominus erigit elisos.* Quare elisi sunt? Quia erecti erant. Quare eriguntur? Quia humiliati sunt. Cedidit atque elisus est Adam: ille cecidit, Christus descendit. Quare descendit qui

Adán. El cayó, Cristo bajó. ¿Por qué bajó el que no cayó? Para levantar al caído. *El Señor da sabiduría a los ciegos, el Señor endereza a los lisiados o encorvados.* Por eso hace justicia a los que reciben injuria.

18 [v.9]. ¿Quiénes son estos justos? ¿Hasta qué punto son justos? Hasta tal como se consigna: *El Señor guarda a los prosélitos.* Los prosélitos son los forasteros. Toda la Iglesia de los gentiles es extranjera. Es advenediza con relación a los patriarcas, pues no nació de su carne, sino que se hizo su hija imitando. Sin embargo, la guarda el Señor, no algún hombre. *Amparará a la viuda y al huérfano.* Nadie piense que es como huérfano. Nadie piense que es como huérfano en atención a la heredad, o como viuda por alguna particular ocupación. En verdad, Dios favorece a éstos, y en todas las ocupaciones del género humano hace el bien el que mira por el huérfano y no abandona a la viuda; pero, en cierto modo, todos somos huérfanos hallándose ausente el padre, mas no muerto. Los huérfanos entre los hombres son aquellos a quienes se les murió el padre. Si indagáis la verdad, hermanos, veréis que viven nuestros padres, porque no muere el alma; y, por tanto, más bien son huérfanos los que lo son por *la ausencia* de nuestros padres; pues los que hubieren sido malos viven en penas, y los que hubieren sido buenos, en el descanso. Todas las cosas están por completo en manos del Creador. Para nosotros, mientras estamos avecindados en este cuerpo y habitamos en el lugar de la peregrinación, se halla ausente nuestro Padre, al cual clamamos: *Padre nuestro, que estás en los cielos.* Por eso la Iglesia es viuda al

non cecidit, nisi ut levaretur qui cecidit? *Dominus sapientes facit caecos; Dominus diligit iustos.* Ideo facit iudicium iniuriam accipientibus.

18 [v.9]. Et qui sunt ipsi iusti? modo quatenus iusti? Quemadmodum habes, *Dominus custodit proselytos.* Proselyti, advenae sunt. Omnis Ecclesia Gentium, proselyta est. Adventitia enim est ad patres, non de carne eorum nata, sed imitando filia. Dominus tamen custodit, non aliquis homo. *Orphanum et viduam suscipiet.* Nemo putet quasi pupillum propter haereditatem, aut viduam propter nescio quod negotium suum. Equidem et istis Deus opitulatur, et in omnibus officiis generis humani bonum opus facit, qui pupillo consulit, qui viduam non deserit: sed secundum quemdam modum omnes pupilli sumus, absente patre, non mortuo. Pupillus enim secundum homines, mortuo patre fit. Et si verum quaeratis, fratres, quia anima non moritur, vivunt parentes nostri; et magis absentibus patribus sunt pupilli, qui pupilli sunt: si mali fuerint, in poenis vivunt; si boni fuerint, in requie vivunt: omnia integra sunt Creatori. Tamen nos quamdiu sumus in corpore hoc, et peregrinationis locum incolimus, absens est Pater noster, ad quem clamamus, *Pater noster, qui es in caelis* (Mt 6,9). Ideo Ecclesia vidua, quasi absente sponso, absente viro. Veniet ille, qui illam modo protegit, non visus, sed desideratus. Magno enim desiderio rapimur, et amore eius quem non videmus, desideramus. Inhaerebimus amplexibus visi, si nondum

hallarse ausente el esposo, el varón. Vendrá el que ahora la protege sin verle, pero deseándole, pues somos arrastrados por un gran deseo y por el amor de Aquel a quien no vemos le deseamos. Nos uniremos a El con los abrazos de amor viendo si ahora le retenemos con la fe no viendo. Luego, hermanos, ¿a quién quiso entender por *huérfano* y *viuda?* A los desprovistos de todo recurso y socorro. Desprovista el alma de toda ayuda del mundo, espere el socorro de Dios. Todo lo que tengas aquí será oro ¿Presumiste de él? Ya no eres forastero, no eres huérfano, no te contarás entre las viudas. Tienes un amigo; si presumes de él y abandonas a Dios, no estás desamparado. Tienes todas estas cosas. Pero ¿no presumes de ellas? Eres huérfano y viuda de Dios. Luego El sustenta o ampara a los desamparados, pues dijo que ampara a la viuda y al huérfano.

19. *Y destruirá el camino de los pecadores.* ¿Cuál es el camino de los pecadores? Reírse de estas cosas que dijimos. ¿Quién es el huérfano, quién la viuda, qué es el reino de los cielos y las penas del infierno? "Estas cosas son fábulas cristianas. Viviré entregado a lo que veo: *Comamos y bebamos, pues mañana moriremos*". Ve no te persuadan estos hombres tales cosas; no entren en tu corazón por el oído; encuentren en él una valla de espinas. El que intentare entrar de este modo, se aleje punzado, pues *las malas palabras corrompen las buenas costumbres.* Pero quizá has de decir aquí: "¿Por qué son felices? He aquí que no adoran a Dios y diariamente cometen toda clase de iniquidades; abundan en los bienes por los que yo, siendo indigente, trabajo." No envidies a los pecadores. Ves lo que reciben, pero no ves lo que se les re-

visi fide detinemur. Ergo *et pupillum et viduam* quid voluit intelligi, fratres? Destitutos omni ope et auxilio. Destituta anima in saeculo, ipsa sibi speret adiutorium Dei. Quidquid hic habueris, aurum habeas; praesumpsisti inde? Iam non es proselytus, non es orphanus, non in vidua numeraris. Amicum habes: si de illo praesumpseris, et Deum dimiseris, non es destitutus. Habes haec omnia; non inde praesumis, non inde superbis? Pupillus Dei es, et vidua Dei. Suscipit ergo destitutos; hoc dixit: suscipit pupillum, suscipit et viduam.

19. *Et viam peccatorum exterminabit.* Quae est via peccatorum? Irridere ista quae dicimus. Quis pupillus? quae vidua? Quod regnum caelorum? et quae poena inferorum? Fabellae istae Christianorum sunt. Ad quod video, ad hoc vivam: *Manducemus et bibamus, cras enim moriemur.* Vide ne tales aliquid persuadeant: ne per aurem in cor intrent, spinas inveniant in auribus tuis; qui coeperit sic intrare, punctus abscedat. *Corrumpunt* enim *mores bonos colloquia mala* (1 Cor 15,32-33). Sed forte hic dicturus es: Quare ergo felices sunt? Ecce nec Deum colunt, et omnia mala quotidie committunt; abundant rebus his quibus ego egens laboro. Noli zelari in peccatores. Quid accipiant, vides; quid illis servetur, non vides? Et unde, inquit, video quod non videtur? Omnino habet oculos fides; et maiores oculos, et potentiores et fortiores. Hi

serva. ¿Cómo he de ver lo invisible? La fe tiene ojos más grandes, más potentes y perspicaces que el cuerpo. Estos ojos no engañan a nadie: *Estén siempre puestos en el Señor para que El saque de estos lazos a tus pies.* Te agrada el camino del pecador porque es ancho, y muchos caminan por él; ves su anchura, no ves su fin o largura. En donde termina hay un precipicio, en donde termina hay una profundidad abismal; alegres y desbordados en este camino, se sumergen en este final. No puedes alargar la mirada para ver este fin; cree al que ve. ¿Y qué hombre lo ve? Quizá ningún hombre; pero vino a ti tu Señor para que creyeses a Dios. ¿Y no has de creer al Señor, tu Dios, que te dice: *Ancho y espacioso es el camino que lleva a la perdición, y muchos son los que transitan por él?* El Señor destruirá este camino, porque es camino de pecadores.

20 [v.10]. Y cuando fuere destruido el camino de los pecadores, ¿que nos restará? *Venid, benditos de mi Padre; recibid el reino que os está preparado desde el origen del mundo.* El salmo concluye así: *Y destruirá el camino de los pecadores.* Y tú, ¿qué dirás? *El Señor reinará para siempre.* Alégrate, porque reinará para ti; alégrate, porque tú serás su reino. Ve lo que sigue. Eres ciertamente ciudadano de Sión, no de Babilonia; es decir, no de la ciudad perecedera de este mundo, sino de Sión, que peregrina y sufre temporalmente, pero que ha de reinar eternamente. Oíste el fin; perteneces a El. *El Señor, tu Dios, reinará eternamente, ¡oh Sión!* ¡Oh Sión!, tu Dios reinará para siempre. Pero ¿acaso tu Dios reinará sin ti? *Por generación y generación.* Lo dijo dos veces

oculi neminem deceperunt; hi oculi sint semper in Dominum, ut et ipse evellat de his laqueis pedes tuos (Ps 24,15). Via peccatorum placet tibi, quia lata est, et multi per illam ambulant; latitudinem eius vides, finem eius non vides. Ecce ubi finitur, praecipitium est; ubi finitur, profunditas quaedam barathri est: laetantes, exspatiantes in ista via, illo fine merguntur. Sed extendere oculos non potes, ut videas ipsum finem: crede ei qui videt. Et quis est homo qui videt? Forte nemo homo; sed Dominus tuus ad te venit, ut crederes Deo. Num enim et Domino Deo tuo non es crediturus, qui ait: *Lata et spatiosa est via quae ducit ad interitum, et multi sunt qui ingrediuntur per illam?* (Mt 7,13). Hanc viam exterminabit Dominus; quia ipsa est via peccatorum.

20 [v.10]. Et dum exterminata fuerit via peccatorum, quid nobis restat? *Venite, benedicti Patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi* (ib. 25,34). Ad hoc concludit Psalmus: *Et viam peccatorum exterminabit.* Et quid tu? *Regnabit Dominus in aeternum.* Gaude, quia tibi regnabit; gaude, quia tu eris regnum eius. Vide enim et quid sequitur. Es certe civis de Sion, non de Babylonia; id est, non de civitate peritura huius saeculi, sed de Sion ad tempus laborante et peregrinante, in aeternum autem regnatura. Audisti ergo finem; inde es. *Regnabit Dominus in aeternum, Deus tuus, Sion.* O Sion, Deus tuus regnabit in aeternum: numquid sine te regnabit Deus tuus? *In genera-*

porque no puede decirlo siempre. Pero no pienses que, porque se acabaron las palabras, se acaba la eternidad. La palabra *eternidad* consta de cuatro sílabas, pero en sí no tiene fin. No se te puede recomendar la eternidad de otra manera: *Tu Dios reinará por generación y generación.* Dijo poco; pero, si todo el día estuviese hablando, quedaría corto; si toda la vida, ¿no callaría en algún tiempo? Ama la eternidad; reinarás sin fin si tu fin es Cristo, con el cual reinarás por los siglos de los siglos. Amén.

SALMO 146

[ALABANZAS A DIOS POR LA RESTAURACIÓN DE SIÓN]

SERMÓN

1 [v.1]. Oíamos atentos cuando se cantaba el presente salmo, pero no todos los que lo oíamos lo entendíamos. ¡Con cuánta mayor atención ha de ser oído ahora si, conforme espero y deseo, ayudándonos las oraciones de todos los oyentes, se revelare, concediéndolo Dios, lo que quizá en él haya oscuro, para que así sea provechosa la audición y no vuelva con las manos vacías a casa el oyente que estuvo atento cuando oía ¿Cómo empieza? Se nos dice: *Alabad al Señor.* Esto se dice no sólo a nosotros, sino a todas las gentes. Esta voz que suena, debido al lector, en cada lugar determinado, la oyen todas las iglesias. Una sola voz de Dios, resonando sobre todos, nos incita a alabarle. Pero como si preguntásemos por qué debemos alabar a Dios, ved el motivo que aduce:

tionem et generationem. Bis dixit, quia non potuit semper dicere. Nec putes quia verbis finitis finitur aeternitas. Aeternitas in verbo quatuor syllabis constat, in se sine fine est. Non potuit tibi nisi sic commendari, *Deus tuus regnabit in generationem et generationem.* Parum dixit: si tota die diceret, angustum esset; si tota vita sua diceret, nonne aliquando conticesceret? Ama aeternitatem; nullo fine regnabis, si finis tibi Christus est, cum quo regnabis in saeculorum. Amen.

PSALMUS 146

SERMO

1 [v.1]. Intenti audiebamus, cum psalmus praesens cantaretur, et non omnes qui audiebamus, etiam intelligebamus. Quanto magis ergo intente nunc audiendus est, si, ut spero et cupio, adiuvantibus omnium audientium orationibus, si quid hic forte obscurum est, Deo donante revelabitur; ut sit fructuosus auditus, nec inanis redeat auditor, qui intentus adfuit cum audiret? Unde coepit? Nobis dicitur: *Laudate Dominum.* Dicitur hoc omnibus gentibus, non solis nobis: et istam vocem per loca quidem singula sonantem a Lectoribus, singillatim audiunt Ecclesiae; una vox tamen Dei super omnes non tacet, ut laudemus eum. Et quasi quaereremus quare laudare Deum debeamus, videte quam cau-

Alabad al Señor, porque el salmo es bueno. ¿Es éste el total galardón de los que alaban? Alabemos al Señor. ¿Por qué? *Porque es bueno el salmo.* "Yo quisiera—dice alguno— alabar al Señor si me diese algo por la alabanza. Pues ¿quién alaba gratuitamente, al menos al hombre? Los loadores de los hombres esperan alguna recompensa, ¿y los de Dios no han de ansiar, pedir o esperar ninguna? Se alaba al débil, y se espera algo de él; se alaba al Omnipotente, ¿y no habrá galardón? ¿O es que quizás deseo lo que El no puede dar?" ¿Qué desea el hombre que Dios no pueda darlo? Cuando alabas al hombre, quizás deseas lo que no puede darte. Alaba seguro a Dios, a quien nadie puede decir que no puede dar lo que tú puedes desear. Debemos alabar a Dios esperando que nos ha de dar algún galardón; pero no cuanto anhelamos, pues es padre, y, por tanto, no da lo malo que desean los hijos. Alabemos, esperemos y deseemos, no esto o aquello, sino lo que cree conveniente que ha de darse Aquel a quien alabamos. El sabe lo que conviene ha de darnos; nosotros atendamos a lo que nos aprovecha recibir. El Apóstol dice: *No sabemos lo que hemos de pedir según nos conviene.* El mismo apóstol San Pablo creía que le había de servir de provecho que se apartase de él el aguijón de su carne, al ángel de Satanás que le abofeteaba, según confiesa él, diciendo: *...por lo cual por tres veces rogué al Señor para que me le quitase, y me dijo: "Te basta mi gracia, porque la fortaleza se perfecciona en la flaqueza."* Deseó algo. No le fue concedido en cuanto al deseo, atendiendo al bien de la salud. ¿Qué se nos propuso aquí? *Alabad,* dice el Señor. ¿Por qué debemos alabar al Señor? *Porque*

sam attulit: *Laudate Dominum,* inquit, *quoniam bonus psalmus.* Haec est merces tota laudantium? Laudemus Dominum. Quare? *Quoniam bonus psalmus.* Vellem ego, inquit aliquis, laudare Dominum, si mihi aliquid pro ista laude donaret. Quis enim laudet gratis vel hominem? Exspectant ergo aliquam mercedem laudatores hominum; nullamne mercedem exspectare, aut petere, aut sperare debet laudator Dei? Laudatur infirmus, et speratur de eo aliquid; laudatur Omnipotens, et nulla merces est? An forte hoc cupio, quod ille dare non potest? Quid homo desiderat, quod in manu Dei non sit? Cum laudaveris hominem, forte hoc cupis quod ab illo praestari non potest: Deum securus lauda, quem nemo potest dicere non posse praestare quod tu poteris desiderare. Proposita ergo spe mercedis alicuius laudare debemus Deum, non tamen daturum quidquid cupimus. Pater est enim, et quod mali cupiunt filii, non dat. Laudemus, et speremus, et desideremus non illud aut illud, sed quod iudicat dandum esse, quem laudamus Ille enim novit quid nobis dari expediat; nos autem intendamus quid nobis prosit accipere. Apostolus ait: *Quid enim oremus, sicut oportet, nescimus* (Rom 8,26). Et ipse idem apostolus Paulus sperabat sibi prodesse, si auferretur ab eo stimulus carnis suae, angelus satanae a quo colaphizabatur, sicut ipse confitetur et ait: *Propter quod Dominum ter rogavi, ut auferret eum a me; et dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea; nam virtus in infirmitate perficitur*

es bueno el salmo. El salmo es alabanza de Dios. Luego viene a decir: "Alabad al Señor, porque es bueno alabar al Señor." No dejemos de alabar de este modo al Señor. Se dijo y pasó; se hizo y callamos; hemos alabado y hemos callado; hemos cantado y hemos descansado. Nos dirigimos a otra cosa, quizá a hacer lo que resta; pues bien, cuando se presenten otras ocupaciones, ¿cesará la divina alabanza en nosotros? Ciertamente que no; tu lengua alaba temporalmente, alabe siempre tu vida. Por esto es bueno el salmo (el alabar).

2. El salmo es ciertamente un cántico, no de cualquier clase, sino acomodado al salterio. El salterio es cierto instrumento sonoro, como la lira, la cítara e instrumentos parecidos que se inventaron para acompañar al cántico. Quien salmea, no salmea solamente con la voz, sino que, tomando cierto instrumento músico llamado salterio, aplicando las manos a él, lo concuerda con la voz. ¿Quieres salmear? No cante tu voz únicamente las alabanzas de Dios, sino que tus obras concuerden con ella. Cuando cantas con la boca, callas algún tiempo; canta con la vida de modo que no calles nunca. Te entregas al negocio y piensas en el fraude; callaste la alabanza de Dios; y, lo que es mucho más grave, no sólo callaste la alabanza, sino que viniste a parar a las blasfemias. Cuando Dios es alabado por tu obra buena, alabas a Dios con tu obra, y, cuando Dios es ultrajado por tu obra mala, ultrajas a Dios con tu obra. Canta con la voz por lo que se refiere a los oídos, pero no calles con el corazón, no calles con la vida. ¿No piensas en fraude al negociar? Salmeas a Dios. Cuando comes y bebes, salmea; no confundas las

(2 Cor 12,7-9). Desideravit aliquid; non concessum est ad voluntatem, ut consuleretur ad sanitatem. Hic ergo quid nobis propositum est? *Laudate,* inquit, *Dominum.* Quare laudemus Dominum? *Quoniam bonus est psalmus.* Ipse psalmus laus Domini est. Hoc ergo ait, Laudate Dominum, quoniam bonum est laudare Dominum. Non sic praetereamus laudare Dominum. Dictum est, et transiit; factum est, et siluimus; laudavimus, et tacuimus; cantavimus, et conquievimus. Imus in aliud forte agendum quod restat, et aliae actiones cum occurrerint nobis, laudatio divina cessabit in nobis? Non sic; nam lingua tua ad horam laudat, vita tua semper laudet. Inde ergo bonus psalmus.

2. Psalmus quippe cantus est, non quilibet, sed ad psalterium. Psalterium autem quoddam organum est cantilenae, sicut lyra, sicut cithara, et huiusmodi organa, quae inventa sunt ad cantandum. Qui ergo psallit, non sola voce psallit; sed assumpto etiam quodam organo, quod vocatur psalterium, accedentibus manibus voci concordat. Vis ergo psallere? Non solum vox tua sonet laudes Dei, sed opera tua concordent cum voce tua. Cum ergo voce cantaveris, silebis aliquando: vita sic canta, ut nunquam sileas. Negotium agis, et fraudem cogitas; siluisti a laude Dei: et quod gravius est, non solum a laude siluisti, sed in blasphemiam perrexisti. Cum enim Deus laudatur de bono opere tuo, opere tuo laudas Deum; et cum blasphematur Deus de malo opere tuo, opere tuo blasphemas

dulzuras del sonido, apropiadas al oído, sino come y bebe con moderación, frugalidad y parcamente, porque el Apóstol dice así: *Ya comáis, ya bebáis, ya hagáis otra cosa, hacedlo todo para gloria de Dios.* Luego, si obras bien y lo que comes y bebes lo tomas con miras al alivio del cuerpo y reparación de los miembros, dando gracias al que te proporcionó estos socorros suplementarios, tu comida y tu bebida alaban a Dios; pero, si sobrepasas por la inmoderación de la voracidad la medida que se debe a la naturaleza y bebes con exceso el vino, por muchas alabanzas que tu lengua tribute a Dios, le ultrajas con la vida. Después de la comida y la bebida reposas para dormir. No ejecutes nada torpe en el lecho; no te excedas más allá de lo concedido por la ley de Dios. Sea casto el hecho nupcial con la esposa; y, si procuras engendrar, no te entregues con desenfrenada lascivia a los placeres; trata con deferencia en el lecho a tu mujer, porque ambos sois miembros de Cristo, ambos creados por El, ambos redimidos con su sangre; haciendo estas cosas, alabas a Dios y de ningún modo callará la alabanza de Dios. ¿Qué acontecerá cuando llegue el sueño? Cuando duermes, no te despierte tu mala conciencia, y entonces la probidad de tu sueño alaba a Dios. Luego, si alabas, canta no sólo con la lengua, sino también tomando el salterio de la buenas obras: *porque el salterio es bueno.* Alabas cuando comercias, alabas cuando comes y bebes, alabas cuando descansas en el lecho, alabas cuando duermes. ¿Cuándo no alabas? Pero esta alabanza de Dios se perfeccionará en nosotros cuando lleguemos a aquella ciudad, cuan-

Deum. Itaque ad aurium exhortationem canta voce; corde ne sileas, vita ne taceas. Non cogitas in negotio fraudem, psallis Deo. Cum manducas et bibis, psalle; non intermiscendo sonorum suavitates ad aures aptas, sed modeste et frugaliter et temperanter manducando et bibendo: quia hoc dicit Apostolus, *Sive manducatis, sive bibitis, sive quid facitis; omnia in gloriam Dei facite* (1 Cor 10,31). Si ergo bene agis, quod et manducas et bibis, et ad refectionem corporis sumis reparationemque membrorum, gratias agens ei qui tibi praebuit mortali et fragili ista supplementorum solatia; et cibus tuus et potus tuus laudat Deum: si vero modum naturae debitum immoderatione voracitatis excedas, et vinolentia te ingurgites; quantaslibet laudes Dei lingua tua sonet, vita blasphemat. Post cibum et potum requiescis, ut dormias; nec in lecto aliquid turpiter agas, nec excedas ultra concessam licentiam in lege Dei: sit castus cum coniuge torus; et si est cura propagandi liberos, non sit effrenata luxuries libidinum; defer in lecto tuo coniugi tuae, quia membra Christi estis ambo (ib. 6,15), ambo ab illo conditi, ambo sanguine ipsius reparati: haec agens laudas Deum, nec omnino silebit laudatio tua. Quid, cum somnus advenerit? Et cum dormis, non te excitet a quiete mala conscientia tua; et innocentia somni tui laudat Deum. Si ergo laudas, non tantum lingua canta, sed etiam assumpto bonorum operum psalterio; *quoniam bonus psalmus.* Laudas cum agis negotium, laudas cum cibum et potum capis, laudas cum in lecto requiescis, laudas cum dormis; quando non

do hayamos sido hechos iguales a los ángeles de Dios, cuando ninguna necesidad corporal nos atormente por parte alguna, cuando ni el hambre ni la sed nos turben, ni el calor nos fatigue, ni el frío nos entumezca, ni la fiebre nos haga guardar cama, ni la muerte acabe con nosortos. Nos ejercitemos para aquella perfectísima alabanza con esta alabanza de las buenas obras.

3. Por eso, cuando dijo: *Alabad al Señor, porque es bueno el salmo,* añadió: *La alabanza es grata a nuestro Dios.* ¿Cómo será grata la alabanza a nuestro Dios? Alabándole viviendo bien. Oye cómo entonces le será grata la alabanza. En otro sitio dice: *No es preciosa la alabanza en la boca del pecador.* Si no es bella la alabanza en boca del pecador, tampoco será grata, pues tanto es grato como bello. ¿Quieres que sea grata la alabanza a tu Dios? No interrumpan las malas costumbes tus buenos cánticos. *Grata es la alabanza a nuestro Dios.* ¿Qué dijo? Que quienes alabáis vivid bien. La alabanza de los impíos desagrada a Dios. El atiende más a cómo vives que a cómo cantas. Sin duda, quieres tener paz con Aquel a quien alabas. Pero ¿cómo la podrás tener con El, cuando contigo mismo no la tienes? "¿Cómo no la tengo conmigo mismo?" Porque una cosa profiere la lengua y otra demuestra la vida. *Grata es la alabanza a nuestro Dios.* La alabanza puede ser grata al hombre cuando oye alabar con armoniosas y agudas sentencias y dulce voz al loador. Pero sólo *es grata a nuestro Dios la alabanza* (que se basa en el buen vivir), puesto que El aplica el oído, no a la boca, sino al corazón; no a la lengua, sino a la vida del que alaba.

laudas? Perficietur in nobis laudatio Dei, cum ad illam civitatem venerimus, quando effecti fuerimus aequales Angelis Dei (Mt 22,30); quando nos nulla corporalis necessitas ulla ex parte sollicitat, non fames, non sitis interpellat, non aestus fatigat, non frigus constringit, non febris deiicit, non mors finit. Ad illam perfectissimam laudem exerceamus nos laudatione ista in bonis operibus.

3. Propterea cum dixisset, *Laudate Dominum, quoniam bonus psalmus: Deo nostro,* inquit, *iucunda sit laus.* Quomodo erit Deo nostro iucunda laus? Si bene vivendo laudetur. Audi quia tunc erit illi iucunda laus. Alio loco dicitur, *Non est speciosa laus in ore peccatoris* (Eccli 15,9). Si ergo in ore peccatoris speciosa laus non est, iucunda non est; hoc enim iucundum, quod speciosum. Vis ergo ut Deo tuo iucunda sit laus? Noli bonae cantilenae tuae obstrepere moribus malis *Deo nostro iucunda sit laus.* Quid dixit? Qui laudatis, bene vivite. Laudatio impiorum offendit Deum. Plus ille attendit quid vivas, quam quid sones. Certe cum eo quem laudas, pacem habere vis: quomodo cum illo quaeris pacem, quando a teipso dissonas? Quomodo, inquies, a memetipso dissono? Aliud sonat lingua, aliud indicat vita. *Deo nostro iucunda sit laus.* Potest enim laus iucunda esse homini, cum audit concinnis acustique sententiis et suavi voce laudantem: sed *Deo nostro iucunda sit laus;* cuius aures, non ad os, sed ad cor; non ad linguam, sed ad vitam laudatoris patent.

4 [v.2]. ¿Quién es le Dios nuestro a quien es grata la alabanza? El nos endulza, El se entrega a nosotros gracias a su dignación. Pues se digna entregársenos, no como a los que había de prestar alguna cosa, sino más bien como a los que habían de recibir muchas de El. ¿Cómo se entrega el Señor a nosotros? Oye al apóstol San Pablo: *Dios* —dice—*nos entrega su amor.* ¿Cómo lo entrega? Oíd; hable el Apóstol para compararle con el salmo: *Dios*—dice—*nos entrega su amor.* ¿Cómo lo entrega? *Porque, siendo nosotros aún pecadores, Cristo murió por nosotros.* ¿Qué reservará a quienes le alaban, cuando de este modo se entrega a los pecadores? Luego como dijo el Apóstol que Dios de tal modo nos entregó su amor que Cristo murió por los impíos, no para que permaneciesen impíos, sino para que por la muerte del justo fuesen librados de la injusticia, ¿qué oyes ahora después de haber dicho: *Es grata la alabanza a nuestro Dios?* Veamos si ésta es la entrega de la cual el Apóstol habló cuando dijo: *Cristo murió por los impíos y los pecadores. El Señor edifica*—dice el salmo—*a Jerusalén y congrega la dispersión de Israel.* Ved que el Señor edifica a Jerusalén y congrega la dispersión de su pueblo. El pueblo Jerusalén es el pueblo Israel. Jerusalén es la ciudad celeste y eterna en donde también son ciudadanos los ángeles. ¿Por qué se llama Israel? Atendiendo al varón nieto de Abrahán, que se llamó también Jacob. ¿Cómo entenderemos que los ángeles son también Israel? Si examinamos la interpretación del nombre, (vemos) que a Jacob, por cambio del nombre, se le llamó Israel, y con toda propiedad cuadra a la ciudad este nombre. ¡Ojalá que, siendo nosotros ciudadanos

4 [v.2]. Quis est Deus noster cui iucunda sit laus? Dulcescit nobis, commendat se nobis: gratias dignationi eius. Dignatur enim commendare se nobis, non quasi aliquid praestaturis, sed multa ab illo potius accepturis. Quomodo ergo commendat se nobis Deus? Audite apostolum Paulum: «Commendat autem», inquit, «dilectionem suam Deus in nobis». Quomodo «commendat?». Audite; ipse dicat Apostolus, ut comparetur et Psalmo: «Commendat», inquit, «dilectionem suam Deus in nobis». Quomodo «commendat? Quoniam cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est» (Rom 5,8-9). Quid ergo servat laudatoribus, qui sic se commendat peccatoribus? Quia ergo sic dixit Apostolus commendasse Deum nobis dilectionem suam, ut Christus moreretur pro impiis; non ut impii remanerent, sed ut morte iusti ab iniustitia sanarentur: hic quid audis, cum dixisset, *Deo nostro iucunda sit laus?* Videamus si ipsa est commendatio quam dixit Apostolus, Quia Christus pro peccatoribus et pro impiis mortuus est. *Aedificans,* inquit, *Ierusalem Dominus, et dispersiones Israel colligens.* Ecce aedificans Ierusalem Dominus, colligens dispersiones populi ipsius. Populus enim Ierusalem, populus Israel. Est Ierusalem aeterna in caelis, ubi cives etiam Angeli sunt. Quid ergo ibi Israel? Si hominem illum nepotem Abrahae consideres, qui dictus est et Iacob; quomodo Angelos intelligimus Israel? Si interpretationem nominis discutiamus, quia et ipse Iacob mutato no-

de ella, seamos Israel! Pues ¿qué significa Israel? El que ve a Dios. Luego todos los moradores de aquella ciudad se gozan en aquella amplísima e inmensa ciudad viendo a Dios, pues el mismo Dios es su espectáculo. Pero nosotros, expulsados de ella por el pecado, al no permanecer en ella, peregrinamos lejos de ella, y sobrecargados debido al pecado. Sin embargo, Dios miró compasivamente nuestra peregrinación, y El, que edifica a Jerusalén, restauró la parte derribada. ¿Cómo la restauró? *Congregando las dispersiones de Israel.* Cayó una parte y se hizo peregrina; pero Dios la miró con misericordia y buscó a los que no le buscaban. ¿Cómo buscó? ¿A quién envió a nuestro cautiverio? Envió al Redentor, según consigna el Apóstol, pues dice: *Nos entregó su amor, porque, siendo nosotros aún pecadores, Cristo murió por nosotros.* Luego envió a nuestro cautiverio a su Hijo redentor. Contigo lleva el saco (el cuerpo), encerrando en él el precio de los cautivos, pues se vistió de la mortalidad de la carne, y en ella se encerraba la sangre con la que nos redimiría al derramarla. Con aquella sangre congregó la dispersión de Israel. Si en otro tiempo El congregó a los dispersos, ¿cómo no ha de ponerse ahora gran empeño en recoger a los dispersos? Si fueron recogidos los dispersos para que, mediante la mano del Arquitecto, entrasen a formar parte del edificio, ¿cómo no han de ser recogidos quienes cayeron de la mano del Artífice debido a la inquietud? *El Señor edifica a Jerusalén.* Ved a quién alabamos, ved a quién debemos la alabanza durante toda nuestra vida. *El Señor edifica a Jerusalén y congrega las dispersiones de Israel.*

mine vocatus est Israel (Gen 32,28); magis ibi nomen Israel: et utinam et nos sequentes simus Israel. Quid enim interpretatur Israel? Videns Deum. Omnes ergo cives illius civitatis, videndo Deum gaudent in illa magna civitate et ampla et caelesti; spectaculum eis Deus ipse est. Sed nos ab illa civitate peregrinamur, peccato expulsi, ne ibi maneremus; et mortalitate praegravati, ne illo rediremus. Respexit Deus peregrinationem nostram, et ille qui aedificat Ierusalem, restituit lapsam partem. Unde restituit lapsam partem? *Dispersiones Israel colligens.* Cecidit enim pars quaedam, et facta est peregrina: hanc peregrinam misericorditer vidit Deus, et quaesivit non quaerentes se. Unde quaesivit? quem misit ad captivitatem nostram? Misit Redemptorem, secundum quod ait Apostolus: *Commendat Deus dilectionem suam in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est.* Misit ergo ad captivitatem nostram redemptorem Filium suum. Porta, inquit, tecum saccum, ferto ibi pretium captivorum. Induit enim se ille mortalitatem carnis, et ibi erat sanguis quo fuso redimeremur. Illo sanguine collegit dispersiones Israel. Et si ille collegit olim dispersos, quomodo satagendum est ut colligantur modo dispersi? Si collecti sunt dispersi, ut in manu artificis ad aedificium formarentur; quomodo colligendi sunt, qui de manu artificis inquietudine ceciderunt? *Aedificans Ierusalem Dominus.* Ecce quem laudamus, ecce cui laudem tota vita nostra debemus. *Aedificans Ierusalem Dominus, et dispersiones Israel colligens.*

5 [v.3]. ¿Cómo congrega? ¿Qué hace para congregar? *Sana a los contritos de corazón.* Ved cómo son congregadas las dispersiones de Israel sanando a los contritos de corazón. Los que no quebrantan el corazón no son sanados. ¿Qué es quebrantar el corazón? Sabido es, carísimos; hágase para que podáis ser sanados. Se dijo en otros muchos pasajes de la Escritura, y principalmente en aquel lugar en donde, cantando uno con nuestra voz, decía: *Porque, si hubieses querido sacrificio (de animales), lo hubiese ofrecido.* A Dios decía: *Si hubieses querido sacrificio, te lo hubiese ofrecido; pero no te deleitarás con holocaustos.* Entonces ¿qué? ¿Permaneceremos sin la oblación de sacrificios? Oye lo que quiere que ofrezcas, pues prosigue y dice: *El sacrificio para Dios es el espíritu atribulado; Dios no despreciará el corazón contrito y humillado.* Luego *sana a los contritos de corazón.* A ellos se acerca para sanarlos, conforme dice en otro salmo: *Cerca está el Señor de aquellos que atribularon su corazón.* ¿Quiénes atribularon su corazón? Los humildes. ¿Quiénes no lo atribularon? Los soberbios. Sanará al atribulado, quebrantará al engreído; y quizá quebranta para que, contrito, sane. Hermanos, no trate de elevarse nuestro corazón antes de ser recto, pues se endereza mal lo que primeramente no se corrige.

6. *Sana a los contritos de corazón y ata sus quebraduras. Sana,* dice, *a los contritos de corazón;* luego *sana* a los humildes de corazón, sana a los que confiesan, sana a los que a sí mismos se castigan ejerciendo en sí un severo juicio para que puedan percibir su misericordia. Sana a éstos; pero la perfecta sanidad

5 [v.3]. Quomodo colligit? quid agit, ut colligat? *Qui sanat contritos corde.* Ecce quomodo colliguntur dispersiones Israel, ut sanentur contriti corde. Qui cor non conterunt, non sanantur. Quid est, conterere cor? Notum sit, charissimi; fiat, ut sanari possitis. Dictum est enim multis aliis Scripturarum locis; et maxime illo loco, voce nostra quidam cantans, dicebat, *Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem utique:* Deo dicebat, *Si voluisses sacrificium, dedissem utique; holocaustis autem non delectaberis.* Quid ergo? Sine sacrificii oblatione remanebimus? Audi quid te velit offerre. Sequitur, et dicit: «Sacrificium Deo spiritus contribulatus; cor contritum et humiliatum Deus non spernet» (Ps 50,18-19). «Sanat» ergo «contritos corde»: quia illis propinquat ut sanet; sicut dicitur alio loco, «Prope est Dominus his qui obtriverunt cor» (Ps 33,19). Qui obtriverunt cor? Humiles. Qui non obtriverunt cor? Superbi. Contritum sanabitur, elidetur elatum. Ad hoc enim forte eliditur, ut contritum sanetur. Ne velit ergo, fratres, cor nostrum esse erectum, antequam sit rectum: male erigitur, quod non primo corrigitur.

6. *Qui sanat contritos corde, et alligat contritiones eorum. Sanat,* inquit, *contritos corde: sanat* ergo humiliatos corde, sanat confitentes, sanat seipsos punientes, in se severum iudicium exercentes, ut possit esse illius misericordiam sentientes. Tales sanat; sed perfecta eorum sanitas transacta mortalitate fiet, quando corruptibile hoc induerit incorruptio-

tendrá lugar una vez que haya pasado la mortalidad; cuando esto corruptible se vista de incorrupción y esto mortal se vista de inmortalidad; cuando nada exista procedente de la carne, que incite a la caída; cuando no sólo no haya nada a lo que consintamos, sino nada que pueda sugerir la carne. Pues ahora, hermanos míos, ¡cuántos deleites ilícitos conmueven el corazón! Y aunque no consintamos en ellos, porque nuestros miembros sirven a la justicia, no a la iniquidad; sin embargo, como sientes estos deleites, aunque no consientas, aún no tienes la sanidad perfecta. Sanarás, sanarás habiendo atribulado el corazón. No te avergüences, atribula el corazón, pues Dios sana a éstos. Pero ahora dirás: "¿Qué hago?" *Me deleito en la ley de Dios según el hombre interior, pero veo otra ley en mis miembros que lucha contra la ley de mi mente y que me tiene cautivo en la ley del pecado.* ¿Qué harás? Atribulado el corazón, confiesa, obra y di lo siguiente: *¡Infeliz hombre yo! ¿Quién me librará de este cuerpo de muerte?* Decir: *¡Infeliz hombre yo!,* ya es atribular el corazón. Espere la felicidad el que confiesa la desgracia. Di, pues: *¡Infeliz hombre yo! ¿Quién me librará de este cuerpo de muerte?,* para que se te responda: *La gracia de Dios por Jesucristo nuestro Señor.* ¿Cómo librará la gracia de Dios? ¿De dónde recibiremos tal prenda? Oye al mismo Apóstol decir: *El cuerpo ciertamente está muerto por el pecado, mas el espíritu es vida por la justicia. Luego, si el Espíritu de Aquel que resucitó a Jesucristo de entre los muertos habita en vosotros, el que resucitó a Jesucristo de entre los muertos vivificará vuestros cuerpos mortales por Espíritu suyo*

nem, et mortale hoc induerit immortalitatem (1 Cor 15,53-54); quando nihil erit quod ex carnis labe sollicitet, non solum nihil cui consentiamus, sed nihil quod suggeratur ex carne. Etenim modo, fratres mei, quantae illicitae delectationes animum tangunt! Quamvis eis non consentiamus, ut membra nostra iustitiae serviant, non iniquitati; tamen vel delectari talibus, etsi non consentis, nondum est perfecta sanitas. Sanaberis ergo, corde contrito sanaberis. Noli erubescere, contere cor; tales sanat Deus. Sed quid ago, inquies, modo? «Condelector enim legi Dei secundum interiorem hominem; video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meae, et captivum me ducentem in lege peccati». Quid agis? Contere cor, confitere; age, dic sequentia: *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* Hoc enim dicere, *Infelix homo,* iam cor conterere est. Ille speret felicitatem, qui confitetur infelicitatem. Dic ergo, *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* ut respondeatur tibi, *Gratia Dei, per Iesum Christum Dominum nostrum* (Rom 7,22-25). Quomodo autem liberabit ipsa gratia Dei, unde nunc pignus accepimus? Audi eumdem Apostolum: «Corpus quidem», inquit, «mortuum est propter peccatum; spiritus autem vita est propter iustitiam. Si ergo Spiritus eius qui suscitavit Iesum Christum ex mortuis, habitat in vobis; qui suscitavit Iesum Christum a mortuis, vivificabit et mortalia corpora vestra, per inhabitantem Spiritum eius in

que habita en vosotros. Nuestro espíritu recibió esta prenda para que comencemos a servir a Dios por la fe y a ser llamados justos por ella, porque el justo vive de la fe. Todo lo que aún combate y resiste contra nosotros, procede de la mortalidad de la carne; pero esto será sanado. *Vivificará*—dice—*vuestros cuerpos mortales por el Espíritu que habita en vosotros.* Dio la prenda para cumplir lo que prometió. ¿Qué hará ahora, en esta vida, cuando aún somos confesores, mas no poseedores? ¿Qué hará en esta vida? ¿Cómo será curado? *Sana a los contritos de corazón.* Pero la perfecta salud se alcanzará cuando dijimos. Luego ahora, ¿qué hace? *Ata sus quebraduras.* El que cura, dice el salmista, a los contritos de corazón, los cuales conseguirán la perfecta sanidad en la resurrección de los justos, ata ahora sus quebraduras.

7. ¿Cuáles son los ligamentos de las quebraduras? Los semejantes a los que usan los médicos al vendar las fracturas. Algunas veces, y entienda esto vuestra caridad, pues es conocido por quienes lo observaron o lo oyeron de los médicos; algunas veces, los médicos, para corregir lo malo y torcidamente soldado, lo rompen y producen nueva herida, porque no está bien curado. También la Escritura consigna esto, diciendo: *Los caminos del Señor son rectos, mas el depravado de corazón tropezará en ellos.* ¿Qué quiere decir *depravado de corazón?* Prevaricador, que tiene torcido el corazón. Este piensa que todas las cosas que Dios dice están torcidas, que son malas todas las cosas que Dios hizo, y, por tanto, le desagradan todos sus juicios, y principalmente aquellos por los que él es corregido; y, por lo mismo, permanece en sus trece y discute las obras de Dios, porque no las hace con-

vobis» (ib. 8,10-11). Hoc ergo pignus accepit spiritus noster, ut incipiamus fide servire Deo, et ex fide appellari iusti: quoniam iustus ex fide vivit (Rom 1,17). Quidquid autem nobis adhuc repugnat et resistit, de mortalitate carnis est; et hoc sanabitur. *Vivificabit* enim, inquit, *et mortalia corpora vestra, per inhabitantem Spiritum eius in vobis.* Ad hoc pignus dedit, ut compleat quod promisit. Quid ergo nunc in hac vita, quando adhuc confessores sumus, nondum possessores, quid in hac vita, quid fiet? Quomodo curabitur? *Sanat contritos corde;* sed perfecta sanitas tunc erit, quando diximus. Nunc ergo quid? *Alligat contritiones eorum.* Qui curat, inquit, contritos corde, quorum perfecta sanitas in resurrectione iustorum erit; alligat modo contritiones eorum.

7. Quae sunt alligamenta contritionum? Sicut medici alligant fracturas. Aliquando enim; intelligat et hoc Charitas vestra, et notum est eis qui animadverterunt, vel a medicis audierunt: aliquando prave et distorte firmata, ut corrigant medici, frangunt, et faciunt vulnus novum, quia mala erat sanitas prava. Sic ergo *rectae sunt,* inquit Scriptura, *viae Domini; sed pravicordius in illis scandalizabitur* (Os 14,10). Quid est, *pravicordius?* Torticordius, tortum cor habens. Putat torta esse omnia quae dicuntur a Deo, putat prava esse omnia quae fecit Deus, et displicent illi omnia iudicia Dei, maximeque in quibus ipse corripitur; et sedet, et dispu-

forme a su deseo. Por tanto, tiene el corazón depravado de tal modo, que es poco no encaminarse a Dios, y, por lo mismo, quiere torcer a Dios hacia sí. Pero ¿qué dice Dios desde arriba? "Tú estás depravado, yo soy justo; si fueses recto, percibirías mi equidad." Así como, al colocar en un pavimento nivelado un madero torcido, no se ajustaría al pavimento, y por todas partes se movería, por todas se tambalearía, lo cual no procedería de la desigualdad del suelo, sino de que el madero estaba torcido, así dice la Escritura refiriéndose a la rectitud del corazón: *¡Cuán bueno es el Dios de Israel para los rectos de corazón!* ¿Qué ha de hacerse? ¿Cómo se enderezará el corazón torcido? Se encuentra torcido y duro; pues bien, se rompa y quiebre el torcido y duro para que se enderece. Tú no puedes enderezar tu corazón. Quebrántalo tú, que lo enderece el Señor. ¿Cómo lo quebrarás, cómo lo quebrantarás? Confesando, castigando tus pecados. ¿Qué otra cosa significa el golpe de pecho? ¿O es que pensamos que pecaron nuestros huesos cuando nos golpeamos el pecho? Con esto indicamos que quebrantamos el corazón para que Dios lo enderece.

8. *Sana a los contritos de corazón* y a los que le atribulan. pero la sanidad de su corazón será perfecta cuando tenga lugar la prometida reparación corporal. Entre tanto, ahora, ¿qué hace el Médico? Ata tus quebraduras mientras se consolida lo que fue quebrado, lo que fue atado, para que puedas llegar a la completa firmeza. ¿Cuáles son estos vendajes? Los sacramentos temporales. Las ataduras medicinales de nuestras roturas son por ahora los sacramentos temporales, con los cuales nos aliviamos.

tat quam male faciat Deus, quia non pro eius voluntate facit. Distortum cor, parum est quod non se corrigit ad Deum; et Deum vult distorquere ad se. Quid ergo dicit Deus desuper? Tortus es, aequus sum. Si tu rectus esses, sentires aequitatem meam. Quemadmodum si in pavimento aequali poneres distortum lignum, non collocaretur, undique nutaret, undique agitaretur; quod non loci inaequalitas, sed distortio ligni facit: sicut ait Scriptura, *Quam bonus Israel Deus rectis corde!* (Ps 72,1). Quid ergo? tortum cor quomodo dirigitur? Et tortum est, et durum: iam ergo tortum et durum frangatur, conteratur, ut dirigatur. Tu dirigere cor tuum non potes: tu frange, ille dirigat. Quomodo tu frangis? quomodo tu conteris? Confitendo, puniendo peccata tua. Quid aliud significat pectorum tunsio? Nisi forte putamus ossa nostra aliquid peccasse, cum caedimus pectus. Sed significamus nos cor conterere, ut a Domino dirigatur.

8. *Sanat* ergo *contritos corde,* et contritum cor habentes; et sanitas ipsius cordis tunc erit perfecta, cum et corporis reparatio implebitur quae promissa est. Nunc interea quid facit medicus? Alligat contritiones tuas, ut possis pervenire ad plenissimam firmitatem, donec consolidetur quod fractum est, quod alligatum est. Quae sunt ista alligamenta? Temporalia Sacramenta. Alligamenta medicinalia sunt contritionis nostrae, Sacramenta interim temporalia, quibus habemus consolationem: et ista omnia

También son ataduras de las roturas todo esto que os hablamos, las mismas palabras que suenan y pasan, todo lo que se hace temporalmente en la Iglesia. Así como el médico quita la ligadura conseguida la curación, así desaparecerá en aquella ciudad de Jerusalén cuando hubiéremos sido hechos iguales a los ángeles; pues ¿acaso pensáis que allí hemos de recibir lo que recibimos aquí? ¿O que allí se nos ha de recitar el evangelio para sostener nuestra fe? ¿O que han de imponerse las manos por algún prepósito? Todas estas cosas son ligamentos de fracturas; conseguida la curación, desaparecerán; pero no la conseguiremos si no fuesen atadas las quebaduras. Luego *sana a los contritos de corazón y ata sus quebraduras.*

9 [v.4]. *Cuenta la multitud de las estrellas y a todas las llama por su nombre.* ¿Qué extraordinario es a Dios contar la multitud de las estrellas? Esto lo intentaron hacer también los hombres; vean ellos si lo han conseguido, pues no lo hubieran intentado si no hubiesen esperado conseguirlo. Dejémosles a ellos con lo que pudieron y hasta el punto que llegaron. Para Dios juzgo que no es cosa extraordinaria contar todas las estrellas. Pero ¿acaso las cuenta para no olvidarse? ¿Es algo grande para Dios, que tiene contados todos los cabellos de nuestra cabeza, contar las estrellas? Es evidente, hermanos, que Dios quiso darnos a entender algo especial en aquello que dice el salmista: *Cuenta la multitud de las estrellas y a todas las llama por su nombre.* Las estrellas son ciertos luminares que en la Iglesia alivian nuestra noche; es decir, todos aquellos que aparecen como

quae loquimur vobis, ipsa quae sonant et transeunt, quidquid in Ecclesia geritur temporaliter, alligamenta sunt contritionum. Quemadmodum enim medicus perfecta sanitate detrahit ligaturam; sic in illa civitate Ierusalem, cum aequales Angelis facti fuerimus, numquid putatis ibi accepturos nos esse quod hic accipimus? Aut ibi recitandum est nobis Evangelium, ut fides nostra permaneat? aut imponenda est manus ab aliquo praeposito? Ista omnia alligamenta fracturae sunt; perfecta sanitate detrahentur: sed ad eam non perveniretur, nisi alligarentur. *Sanat* ergo *contritos corde, et alligat contritiones eorum.*

9 [v.4]. *Qui numerat multitudinem stellarum, et omnibus eis nomina vocans.* Quid magnum Deo numerare multitudinem stellarum? Hoc et homines conati sunt: viderint utrum implere potuerint; non tamen conarentur, nisi se impleturos esse sperarent. Illis dimittamus quid potuerint, et quousque pervenerint: Deo autem puto non esse magnum numerare omnes stellas. An forte numerum, ne obliviscatur, recenset? Magnum est aliquid Deo stellas numerare, cui capilli capitum numerati sunt? (Mt 10,30). Manifestum est, fratres, aliquid velle Deum intelligere nos in eo quod ait, *Qui numerat multitudinem stellarum, et omnibus eis,* inquit, *nomina vocans.* Sunt stellae quaedam lumina in Ecclesia consolantia noctem nostram, omnes de quibus dicit Apostolus: *In quibus apparetis tanquam luminaria in mundo. In ista,* inquit, *natione tortuosa*

lumbreras en el mundo, de quienes el Apóstol dice: *En esta generación aviesa y extraviada lucís como lumbreras en el mundo sosteniendo la palabra de vida.* Dios cuenta estas estrellas, cuenta a todos los que reinarán con El y tiene contados a todos los agregados al Cuerpo de su Unigénito. El que es indigno, no es contado. Muchos creyeron; muchos, por un cualquier remedo de fe, se agregaron a sí mismos al pueblo de Dios; sin embargo, Dios sabe qué ha de contar y qué ha de aventar. Con todo, tan grande es la sublimidad del Evangelio, que se cumplirá lo que se dijo: *Anuncié y hablé, y se multiplicaron sobre todo número.* Luego, en cierto modo, también hay entre los pueblos supernumerarios. ¿Qué significa "supernumerarios"? Que hay más de los que ha de haber allí. Dentro de estas paredes hay más que ha de haber en el reino de Dios, en aquella Jerusalén celestial; y éstos son los supernumerarios. Vea cada uno de vosotros si luce en las tinieblas, si no es seducido por la tenebrosa iniquidad del mundo. Si no fuese arrastrado ni vencido, será como estrella que ya cuenta Dios.

10. *Y a todas llama por su nombre.* En esto consiste todo el premio. Tenemos ciertos nombres ante Dios. Debemos desear, debemos perseguir, debemos cuidar cuanto podamos que Dios conozca nuestros nombres, sin alegrarnos de otras cosas, ni siquiera de ciertos dones espirituales. Atienda vuestra caridad. En la Iglesia hay muchos dones, conforme dice el Apóstol: *A uno se da por el Espíritu Santo habla de sabiduría; a otro, habla de ciencia según el mismo Espíritu; a otro, fe en el mismo Espíritu;*

et perversa, in quibus apparetis tanquam luminaria in mundo, verbum vitae habentes (Phil 2,15-16). Ipsas stellas numerat Deus; omnes secum regnaturos, omnes aggregandos corpori Unigeniti sui numeratos habet, et numerat eos. Quid indignus est, nec numeratur. Et multi crediderunt, vel multi se qualicumque adumbrata specie fidei, populo eius applicuerunt; novit tamen ille quid numeret, et quid ventilet. Nam tanta est celsitudo Evangelii, ut fieret quod dictum est: *Annuntiavi et locutus sum, multiplicati sunt super numerum* (Ps 39,6). Sunt ergo in populis et supernumerarii quodammodo. Quid est, supernumerarii? Plus quam ibi futuri sunt. Intra parietes istos plures sunt, quam futuri sunt in regno Dei, in illa Ierusalem caelesti; ipsi super numerum sunt. Animadvertat quisque utrum luceat in tenebris, utrum iniquitate saeculi tenebrosa non seducatur; si non fuerit seductus nec victus, tanquam stella erit quam iam numerat Deus.

10. *Et omnibus,* inquit, *eis nomina vocans:* ibi est totum praemium. Habemus nomina quaedam apud Deum: ut noverit Deus nomina nostra, hoc optare debemus, hoc agere, hoc satagere, quantum possumus, non de aliis rebus gaudere, nec de donis quibusdam spiritualibus. Videat Charitas vestra: multa dona sunt in Ecclesia, sicut Apostolus dicit, *Alii quidem per Spiritum datur sermo sapientiae, alii sermo scientiae secundum eumdem Spiritum, alii fides in eodem Spiritu, alii donatio curationum,*

a otro, don de curaciones; a otro, discernimiento de espíritus; es decir, que *discierna entre los buenos y malos espíritus; a otro, linaje de lenguas; a otro, profecía.* ¡Cuántas y cuán grandes cosas dijo! Sin embargo, muchos, usando mal de tales dones, oirán al fin: *No os conozco.* ¿Y qué han de decir al fin los que oirán: *No os conozco? Señor, ¿por ventura no profetizamos en tu nombre, y en tu nombre lanzamos demonios, y en tu nombre hicimos muchos milagros?* En tu nombre hicieron todas estas cosas. Pero ¿qué les dirá? *Jamás os conocí; apartaos de mí, obradores de iniquidad.* Luego ¿qué significa ser luz del cielo, que alivia o atenúa la noche, y no ser vencida por la noche? *Aún*—dice el Apóstol—*os voy a enseñar un camino más excelso. Si hablare todas las lenguas de los hombres y de los ángeles y no tuviere caridad, soy bronce que suena y címbalo que clamorea.* ¡Cuán grande prerrogativa es hablar las lenguas de los hombres y de los ángeles! Sin embargo, dice: *Si no tuviere caridad, soy bronce que suena y címbalo que tañe. Si supiere*—prosigue—*todos los misterios y toda la ciencia; y si tuviere todo el don de profecía y toda la fe, de suerte que trasladase los montes*—¡cuán grandes son estos dones!—*y no tuviere caridad, nada soy.* ¡Cuán grande es la ofrenda del martirio y la distribución de los bienes a los pobres!; y, sin embargo, *si distribuyere todos mis bienes a los pobres y entregase mi cuerpo a las llamas, y no tuviere caridad, de nada me aprovecha.* Quien no tiene caridad, aunque temporalmente tenga estos dones, se le quitarán. Se le quitará lo que tiene, porque le falta alguna otra cosa, le falta esta cosa por la

alii diiudicatio spirituum, id est, ut diiudicet inter bonos et malos spiritus; *alii linguarum genera, alii prophetia* (1 Cor 12,8-10). Quanta dixit! quam multa dixit! Multi donis talibus male usi audient in fine, *Non novi vos.* Et quid dicturi sunt in fine, qui audient, *Non novi vos? Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, et in nomine tuo daemonia eiecimus, et in nomine tuo virtutes multas fecimus?* In nomine tuo omnia ista. Et quid dicet eis? *Nunquam novi vos; discedite a me, qui operamini iniquitatem* (Mt 7,22-23). Quid est ergo, esse iam lumen caeli consolans noctem, et quod non vincatur a nocte? *Adhuc,* inquit, *supereminentiorem viam vobis demonstro* (1 Cor 12,31). *Si linguis hominum loquar et Angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum ut aeramentum sonans, aut cymbalum tinniens.* Quale donum est loqui linguis Angelorum et hominum! Tamen *si charitatem,* inquit, *non habeam, aeramentum sum sonans, aut cymbalum tinniens. Si sciero,* inquit, *omnia sacramenta et omnem scientiam, et si habuero omnem prophetiam, et omnem fidem, ita ut montes transferam* (quanta ista dona sunt!); *charitatem autem non habeam,* inquit, *nihil sum.* Quale est illud donum martyrii, et distributionis rerum suarum! Et tamen *si distribuero,* inquit, *omnia mea pauperibus, et tradidero corpus meum ut ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest* (ib. 13,1-3). Qui ergo non habet charitatem, etsi ad tempus habet haec dona, auferentur ei. Auferetur ei quod habet, quia quiddam

cual tendría todas las cosas y él mismo no perecería. ¿Qué es lo que ahora dice el Señor? *Al que tiene se le dará, y al que no tiene, aun lo que tiene se le quitará.* Luego al que no tiene ha de quitársele lo que tiene. Tiene la virtud de poseer, pero no tiene la caridad en el obrar; luego, como le falta esto, lo que tiene le será quitado. Por eso, para que tuviesen caridad los discípulos, a los que quería enseñar el camino excelentísimo y hacerlos estrellas ambulantes en el cielo, *Aquel que cuenta la multitud de las estrellas y a todas llama por su nombre,* al volver gozosos de la misión que habían recibido y decirle: *Señor, hasta los espíritus inmundos se sometieron a nosotros en tu nombre,* El, que *cuenta la multitud de las estrellas y a todas llama por su nombre,* sabiendo que muchos habían de decir: *¿Por ventura no arrojamos los demonios en tu nombre?,* a los que se dirá al fin: *No os conozco,* porque no los contó entre la multitud de las estrellas y los llamó por su nombre, les dice: *No os alegréis porque se os sometieron los espíritus, sino alegraos de que vuestros nombres están escritos en el cielo. Enumera la multitud de las estrellas y a todas llama por su nombre.*

11 [v.5]. *Grande es nuestro Señor.* Lleno de gozo eructó algo inefable. No era capaz de decir no sé qué cosa, y, por lo mismo, piensa cómo lo sea. *Grande es nuestro Señor, y grande su fortaleza; y su inteligencia no tiene número.* El que cuenta la multitud de las estrellas, no puede ser contado. *Grande es nuestro Señor, y grande su fortaleza; y su inteligencia no tiene número.*

non habet: et ipsum quiddam hoc non habet, unde caetera teneantur et ipse non pereat. Quid est illud quod modo ait Dominus: *Qui habet, addetur ei; qui autem non habet, et quod habet auferetur ab eo?* (Mt 13, 12). Qui ergo non habet, et quod habet auferetur ab eo. Habet gratiam possidendi, sed non habet charitatem utendi: quia ergo illud non habet, et quod habet auferetur ab eo. Propterea discipuli, ut haberent charitatem, quos volebat facere in caelo stellas ambulantes supereminentem viam, ille *qui numerat multitudinem stellarum, et omnibus eis nomina vocans;* cum redirent discipuli quo missi erant, exsultaverunt, et dixerunt: *Domine, ecce spiritus immundi subiecti sunt nobis propter nomen tuum.* Et ille *qui numerat multitudinem stellarum, et omnibus eis nomina vocans,* sciens multos dicturos esse, *Nonne in nomine tuo daemonia eiecimus?* quibus dicturus est in fine, *Non novi vos;* quia eos non numeravit in multitudine stellarum, nec eis nomina vocavit: *Nolite,* inquit, *in hoc gaudere, quia spiritus vobis subiecti sunt; sed gaudete quia nomina vestra scripta sunt in caelo* (Lc 10,17.20). *Qui numerat multitudinem stellarum, et omnibus eis nomina vocans.*

11 [v.5]. *Magnus Dominus noster.* Impletus est gaudio, eructavit ineffabiliter: nescio quid dicere non valebat; et cogitare quomodo valebat? *Magnus Dominus noster, et magna virtus eius, et intelligentiae eius non est numerus.* Ille ipse qui numerat multitudinem stellarum, numerari non potest: *Magnus Dominus noster, et magna virtus eius, et intelligentiae eius non est numerus.* Quis hoc exponat? quis digne vel cogitet

¿Quién explicará esto? ¿Quién pensará dignamente lo que se dijo: *Y su inteligencia no tiene número?* ¡Ojalá se infunda El en vosotros para que, en lo que yo desfallezco o soy incapaz de explicar, El, que es poderoso, ilumine vuestras mentes, y de este modo sepáis qué quiere decir *y su inteligencia no tiene número!* Ved, hermanos: ¿por ventura puede contarse la arena? Por nosotros, no; por Dios, sí. Aquel por quien están contados los cabellos de nuestra cabeza, también tiene contada la arena. Todo lo que este mundo contiene de innumerable, aunque lo es para el hombre, no lo es para Dios; digo poco al decir para Dios; también para los ángeles está contado. *Y su inteligencia no tiene número.* Su inteligencia excede a todos los calculadores; no puede ser numerada o medida por nosotros. ¿Quién numera al número? Todas las cosas que se numeran o cuentan, se cuentan por el número. Si todo lo que se numera, se numera por el número, el número no puede ser número del número; de ninguna manera puede numerarse el número. Pero ¿qué es para Dios (el número), por el cual y en el cual hizo todas las cosas, y a quién se dice: *Todas las cosas las dispusiste en medida, número y peso?* ¿Quién puede contar, medir y pesar la misma medida, el mismo número y el mismo peso en que Dios dispuso todas las cosas? Luego su inteligencia no tiene número. Callen las voces humanas, no se molesten los pensamientos de los hombres; no se entreguen a las cosas incomprensibles como si hubieran de comprenderlas, sino como seres que han de participar de ellas, pues seremos participantes. No seremos lo que percibimos ni lo per-

quod dictum est, *Et intelligentiae eius non est numerus?* Atque utinam infundat se vobis, et ubi nos deficimus, quia ipse potens est, ipse illustret mentes vestras, ut sciatis quid sit, *Intelligentiae eius non est numerus.* Videtis enim, fratres; numquid est numerus arenae? Nobis non est, Deo est: cui capilli capitis nostri numerati sunt, et arena numerata est. Quidquid ergo infinitum mundus iste complectitur, etiamsi homini, non tamen Deo: parum dico, Deo; Angelis numeratum est. *Intelligentiae eius non est numerus.* Excedit omnes numerarios intelligentia eius, numerari a nobis non potest. Ipsum numerum quis numerat? Numero numerantur quaecumque numerantur. Si quidquid numeratur, numero numeratur; numeri non potest esse numerus, numerari numerus nullo pacto potest. Quid ergo est apud Deum, unde fecit omnia, et ubi fecit omnia, cui dicitur: *Omnia in mensura, et numero, et pondere disposuisti?* (Sap 11, 21). Aut quis ipsam mensuram, et ipsum numerum, et ipsum pondus, ubi Deus omnia disposuit, aut numerare potest, aut metiri, aut appendere? Ergo, *Intelligentiae eius non est numerus.* Conticescant humanae voces, requiescant humanae cogitationes: ad incomprehensibilia non se extendant quasi comprehensuri, sed tanquam participaturi; participes enim erimus. Non hoc quod capimus erimus, nec totum capiemus: sed participes erimus; quia dictum est de Ierusalem, cuius dispersiones colligit, dictum est de illa quiddam magnum: *Ierusalem quae aedificatur ut civitas, cuius participatio eius in idipsum* (Ps 121,3). *In idipsum* quid ait, nisi quod mu-

cibimos todo; pero seremos partícipes, pues se dijo de Jerusalén, de la que Dios congrega las dispersiones; se dijo de ella algo grande: *Jerusalén, que está edificada como ciudad, su participación (será) en El mismo.* ¿Qué quiere decir *in idipsum,* en El mismo, sino que no puede cambiar? Las demás cosas creadas pueden ser de esta o de otra forma. El es siempre el mismo, *idipsum,* puesto que se dijo de El: *Cambiarás todas las cosas, y se cambiarán, pero tú "idem ipse es", eres siempre el mismo, y tus años no tienen fin.* Si, pues, El es siempre el mismo y no puede cambiar de ninguna manera, participando nosotros de su divinidad, seremos también inmortales en la vida eterna. Esta prenda se nos dio de parte del Hijo de Dios, pues ya dije a vuestra santidad que, antes de hacernos partícipes de su inmortalidad, se hizo El participante de nuestra mortalidad. Así como El es mortal, no por su sustancia, sino por la nuestra, así nosotros somos inmortales, no por nuestra naturaleza, sino por la de Dios. Seremos partícipes; nadie lo dude; la Escritura lo dijo. Pero de lo que participamos, ¿participaremos porque haya partes en Dios o porque Dios se divida en partes? ¿Quién explicará cómo participen muchos de una cosa simplicísima? No exijáis lo que no puede decirse convenientemente; pienso que lo comprendéis. Encaminaos al preservativo del Salvador; atribulad el corazón; se quebrante la dureza, la obstinación del ánimo, se delate el mal y se renazca en el bien. El enderezará, El vendará la rotura y consolidará la salud, y entonces no habrá imposibles para nosotros como ahora los hay. Le conviene confesar la debilidad al que quiere llegar a la divinidad. *Su inteligencia no tiene número.*

tari non potest? Caetera quae sunt creata, aliter et aliter possunt esse; qui autem creavit, aliter et aliter non potest esse. Idipsum ergo ille est, quoniam dictum est ei: *Mutabis ea, et mutabuntur; tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient* (Ps 101,27-28). Igitur si ipse idem ipse est, et mutari ex nulla parte potest; participando eius divinitatem erimus et nos immortales in vitam aeternam. Et hoc nobis pignus datum est de Filio Dei, quod iam dixi Sanctitati vestrae, ut antequam efficeremur participes immortalitatis ipsius, fieret ipse prius particeps mortalitatis nostrae. Sicut autem ille mortalis, non de sua substantia, sed de nostra: sic nos immortales, non de nostra substantia, sed de ipsius. Participes ergo erimus: nemo dubitet, Scriptura hoc dixit. Et cuius rei participes erimus, quasi partes sint apud Deum, aut per partes dividatur Deus? Quis ergo explicat quomodo sint participes unius simplicis multi? Non ergo exigatis quod apte dici non posse, puto quia videtis: sed redite ad remedium Salvatoris; conterite cor, confringatur animi duritia, conteratur animi pertinacia, accusetur in malo, renascatur in bono. Diriget ipse, alligabit fracturam, consolidabit sanitatem; et non erunt iam impossibilia nobis, quae modo impossibilia sunt. Bonum est enim ut confiteatur infirmitatem, qui vult pervenire ad divinitatem. *Intelligentiae eius non est numerus.*

12 [v.6]. Al decir a seguida: *El Señor ampara a los mansos,* te manifestó lo que debes hacer en la dificultad o en la imposibilidad de entender. Por tanto, no entiendes, entiendes poco, no llegas a percibir; venera la Escritura de Dios, honra la palabra de Dios, aun la que no es patente; pospón la inteligencia a la piedad. No seas insolente censurando de oscuridad o malignidad a la Escritura. Nada hay en ella injusto; y, si hay algo oscuro, no es para que se te niegue su entendimiento, sino para hacer desear lo que ha de recibirse. Luego, si hay algo oscuro, el Médico lo recetó de este modo para que llames; quiso que te ejercitases llamando. Lo quiso así para abrir al que llama. Llamando, te ejercitarás; ejercitado, te harás más capaz; siendo más capaz, percibirás lo que se da. Luego no te indignes porque esté cerrado. Sé afable, sé manso. No te opongas a las cosas oscuras y digas: "Mejor se diría si se dijese así." ¿Cómo puedes decir o juzgar tú el modo como conviene se diga? Se dijo como debió decirse. No cambie el enfermo los medicamentos, pues el Médico sabe recetar como es debido; cree al que te cura. Por tanto, ¿qué sigue? *El Señor ampara a los mansos.* No te opongas a las cosas ocultas de Dios; sé manso para que te ampare. Si te opones, oye lo que sigue: *Y abate a los pecadores hasta el polvo.* Hay muchas clases de pecadores: *Y abate a los pecadores hasta el polvo.* ¿A qué pecadores? A los contrarios a los mansos. Por lo que dijo: *El Señor ampara a los mansos y humilla a los pecadores hasta el polvo,* quiso se entendiese, por la antedicha mansedumbre, cierta clase de pecadores. Por pecadores entendemos en

12 [v.6]. Ideo quid debeas facere in difficultate intelligendi, ostendit tibi, cum consequenter dicit: *Suscipiens mansuetos Dominus.* Verbi gratia, non intelligis, parum intelligis, non consequeris: honora Scripturam Dei, honora verbum Dei, etiam non apertum; differ pietate intelligentiam. Noli protervus esse accusare aut obscuritatem, aut quasi perversitatem Scripturae. Perversum hic nihil est; obscurum autem aliquid est, non ut tibi negetur, sed ut exerceat accepturum. Ergo quando obscurum est, medicus illud fecit, ut pulses: voluit, ut exercereris in pulsando; voluit, ut pulsanti aperiret (Mt 7,7). Pulsando exerceberis; exercitatus, latior efficieris; latior factus, capies quod donatur. Ergo noli indignari quod clausum est; mitis esto, mansuetus esto. Noli recalcitrare adversus obscura, et dicere: Melius diceretur, si sic diceretur. Quando enim potes tu sic dicere aut iudicare, quomodo dici expediat? Sic dictum est, quomodo dici debuit. Non corrigat aeger medicamenta sua; novit et medicus modificare: ei crede, qui te curat. Ideo quid sequitur? *Suscipiens mansuetos Dominus.* Noli ergo resistere adversus clausa Dei; mansuetus esto, ut suscipiat te. Si atuem resistis, audi quod sequitur: *Humilians autem peccatores usque ad terram.* Multa genera sunt peccatorum: *Humilians autem peccatores usque ad terram;* quos peccatores, nisi contrarios mansuetis? Ex eo quippe quod ait, *Suscipiens mansuetos Dominus, humilians autem peccatores usque ad terram;* speciem quamdam peccatorum

este lugar los inhumanos y altaneros. ¿Por qué los abate hasta la tierra? Porque censuran las cosas del entendimiento, y, por lo tanto, han de percibir sólo las terrenas.

13. Esto hizo con los hombres que quisieron mofarse de la ley antes de conocerla; no fueron, pues, mansos. Atienda vuestra caridad. Existió cierta secta perversísima de los maniqueos que, aceptando y leyendo las santas Escrituras, se mofaban de ellas. Censuraban lo que no entendían; y, discutiendo y vituperando lo que no entendían, envolvían en sus lazos a no pocos incautos. Pero fueron abatidos hasta el polvo los que pretendieron hacer esto. No se les permitió entender las cosas celestes, y, por lo mismo, se alimentaron de las cosas de la tierra. Todo lo que oyes en sus fábulas es blasfemia y cierta ficción de imágenes sensibles, ya que, queriendo conocer a Dios, llegaron a pensar en cierta luz visible no pudiendo comprender cosa más excelsa; así asignaron al reino de Dios tal condición de luz cual veían que tenía este sol terreno, como si fuese resultado de aquella luz divina. Todo lo que se percibe aquí por la tierra carnal, es tierra para Dios. Tenemos, pues, medios por los que vemos, oímos, olemos, gustamos y palpamos. Esta carne percibe únicamente las cosas corporales por cinco mensajeros, a los que llamamos sentidos. Las inteligibles y espirituales se perciben por la mente. Luego como ellos se mofaron de la oscuridad de las santas Escrituras, las que se hallaban cerradas para ejercitar a los que llaman, no para negar su conocimiento a los pequeños, de aquí que fueron abatidos hasta el polvo para que no pudieran pensar en más

ex praedicta mansuetudine voluit intelligi. Peccatores ergo hoc loco immites, et eos qui mansueti non sunt, intelligimus. Quare humiliat usque ad terram? Reprehendunt intelligibilia, terrena sensuri sunt.

13. Hoc fecit hominibus qui voluerunt irridere Legem, antequam nossent; non enim fuerunt mansueti. Intelligat Charitas vestra. Exstitit quaedam perditissima secta Manichaeorum; acceptas Scripturas et lectas irrisit: reprehendere voluit quod non intelligebat, et exagitando et reprehendendo non intellecta, multos illaqueavit. Sed humiliati sunt, qui *hoc facere voluerunt, usque ad terram. Non sunt permissi intelligere* caelestia, terrena sapuerunt. Quidquid audis in fabulis ipsorum, nonnisi blasphemia est, et quaedam figmenta imaginum corporalium: quandoquidem volentes intelligere Deum, usque ad lucis istius visibilis cogitationem venerunt, ultra ire non potuerunt; et tales campos lucis fecerunt in regno Dei, qualem videbant hunc solem, quasi fructum lucis illius. Totum autem hoc quod per terram carnis tangitur, terra est Deo. Habemus enim unde videamus, unde audiamus, unde odoremus, unde gustemus, unde tangamus. Caro ista per quinque nuntios quosdam, quos appellamus sensus, percipit nonnisi corporalia: intelligibilia vero et spiritualia mente capiuntur. Quia ergo illi obscuritatem Scripturarum irriserunt, quae propterea clausae erant, ut pulsantes exercerentur, non ut parvulis negarentur, humiliati sunt usque ad terram, ut cogitare amplius

que en lo que se percibe por la tierra. Al decir *por la tierra,* quiero decir "por la carne". Pues esta carne es tierra y de la tierra fue hecha. Cuanto percibes por los ojos, pertenece a la tierra; cuanto percibes por el oído, por el olfato, por el gusto y por el tacto, pertenece a la tierra, porque se percibe por la tierra. Ellos no eran capaces de entender la inteligencia, la cual no tiene número, porque *su inteligencia no tiene número.* Censurando las santas Escrituras, que ocultan saludablemente el conocimiento con algunos misterios de cosas para que se ejerciten los párvulos, y, haciéndose altaneros por la misma reprensión, lo que es opuesto a los mansos, fueron abatidos hasta el polvo para que no pudieran percibir al Dios incorporal, y cuanto de Dios pensasen, únicamente lo entendiesen corporalmente.

14 [v.7]. *Dios abate a los pecadores hasta el polvo.* ¿Qué debemos hacer nosotros si no queremos ser abatidos hasta el polvo? Gran cosa es arribar hasta lo inteligible, hasta lo espiritual; gran cosa es llegar el corazón a tal estado, que conozca que hay algo que no se extiende por espacios ni varía con el tiempo. ¿Cuál es, pues, la naturaleza de la sabiduría? ¿Quién piensa sobre ella? ¿Es larga, es cuadrada, es redonda? ¿Ahora está aquí, ahora allí? Uno piensa que se halla en el oriente, otro que en el occidente; si piensan bien de ella, toda ella se encuentra en presencia de estos dos sitios, que se hallan colocados en tan diversos lugares. ¿Qué es esto? ¿Quién lo entiende? ¿Quién comprende esta sustancia, esta divina e inmutable naturaleza? No te aceleres; puedes comprenderla. Oye lo que sigue: *Empieza a*

non possent, quam quod per terram percipitur. Per terram quid dico? Per carnem. Caro enim ista terra est, et de terra facta est. Quidquid per oculos capis, ad terram pertinet; quidquid per aures, quidquid per olfactum, quidquid per gustum, quidquid per tactum, ad terram pertinet; quia per terram percipitur. Illi ergo non valebant intelligere intelligentiam, cuius non est numerus; quia, *Intelligentiae eius non est numerus.* Reprehendentes Scripturas mysticis quibusdam rebus salubriter tegentes intelligentiam, ut parvuli exerceantur, et ipsa reprehensione immites facti, quod contrarium est mansuetis, humiliati sunt usque ad terram, ut incorporalem Deum sentire non possent, et quidquid de Deo cogitarent, nonnisi corporaliter cogitarent.

14 [v.7]. *Humilians* ergo est *Deus peccatores usque ad terram.* Quid ergo debemus facere nos, si nolumus humiliari usque ad terram? Quia magnum est proficere usque ad intelligibilia, magnum est proficere usque ad spiritualia, magnum est eo pervenire cor, ut noverit esse aliquid quod non per loca extendatur, nec per tempora varietur. Qualis est enim species sapientiae? quis illam cogitat? Longa est? quadra est? rotunda est? modo hic et modo ibi est? Cogitat sapientiam nescio quis in Oriente, cogitat illam alius in Occidente: si bene illam cogitant, in tanta locorum diversitate positi, ambobus tota praesto est. Quid est hoc? quis illud capit? Istam substantiam, istam quamdam divinam incommu-

alabar al Señor con la confesión. Comienza desde aquí si quieres llegar al conocimiento claro de la verdad. Si quieres ser llevado del camino de la fe a la posesión de la visión, comienza por la confesión. Primero acúsate; acusado, alaba a Dios. Invoca al que todavía no conoces para que venga y le comprendas; mejor dicho, no que venga El, sino que te lleve El a sí. Pues ¿cómo viene El al lugar de donde nunca se apartó? Esta es la excelencia de la Sabiduría: hallarse en todos los lugares y estar lejos de los malos. Está, diré, en todos los lugares y se halla lejos de los malos en cualquier sitio que se hallen. Os pregunto: ¿De quiénes se encuentra lejos lo que está en todas las partes? ¿Por qué pensáis esto si no es porque yacen en su desemejanza por haber destruido en sí la imagen de Dios? Se apartaron al hacerse desemejantes; vuelvan reformados. "¿Cómo—dicen—y cuándo seremos reformados?" *Comenzad a alabar a Dios con la confesión.* Después de la confesión, ¿qué más ha de hacerse? Sigan las buenas obras: *Salmead a nuestro Dios con la cítara.* ¿Qué significa *con la cítara?* Lo que ya expliqué: como el salmo se cantaba acompañado del salterio, así también la cítara acompañe al cántico. Se cante no sólo con la voz, sino también con las obras. *Salmead a nuestro Dios con la cítara.*

15 [v.8]. Confesad, ejecutad obras de misericordia: *Salmead a nuestro Dios.* ¿A qué Dios nuestro? A Aquel que *cubre el cielo de nubes.* ¿Qué significa que *cubre el cielo de nubes?* Que encubre la Escritura de figuras y misterios. El que abate a los pecadores hasta el polvo, el que ampara a los mansos, *cubre el cielo*

tabilemque naturam quis capit? Noli festinare, poteris capere. Audi quod sequitur: *Incipite Domino in confessione.* Hinc incipe, si vis pervenire ad intelligentiam perspicuam veritatis. Si vis a via fidei perduci ad possessionem speciei, incipe in confessione. Te prius accusa; te accusato, Deum lauda. Invoca quem nondum nosti, ut veniat et sciatur: non ut ipse veniat, sed ut te ad se perducat. Quomodo ipse venit unde nunquam discedit? Ipsa est enim perfectio sapientiae; ubique est, et longe est a malis: ubique est, inquam, et longe est a malis qui ubique sunt. Rogo vos, a quibus longe est quod ubique est? Ubi putatis, nisi quia iacent in dissimilitudine sua, exterminantes in se similitudinem Dei? Dissimiles facti recesserunt; reformati redeant. Unde, inquit, reformabimur? quando reformabimur? *Incipite Domino in confessione.* Post confessionem quid? Sequantur bona opera. *Psallite Deo nostro in cithara.* Quid est, *in cithara?* Quod iam exposui, sicut illud in psalterio psalmus, sic et cithara; non solum voce, sed et opere. *Psallite Deo nostro in cithara.*

15 [v.8]. Ecce confitemini, operamini opera misericordiae, *psallite Deo nostro.* Cui *Deo nostro? Qui cooperit caelum nubibus.* Quid est, *Qui cooperit caelum nubibus?* Qui contegit Scripturam figuris et sacramentis. Ille qui humiliat peccatores usque ad terram, ille qui suscipit mansuetos, *cooperit caelum nubibus.* Et quis videat caelum quod coopertum est nu-

de nubes. Pero ¿quién verá el cielo que esté cubierto de nubes? No temas. Oye lo que sigue: *El que cubre el cielo de nubes, prepara lluvia a la tierra.* Cubre el cielo de nubes. Te asustaste, porque no ves el cielo; al llover fructificarás y le verás sereno. *Cubre el cielo de nubes el que prepara lluvia a la tierra.* Sin duda hizo esto el Señor, Dios nuestro. Si la oscuridad de la Escritura no nos hubiera dado ocasión, no os hubiera dicho estas cosas de las que os gozáis. Esta es quizá la lluvia por la cual os gozáis. No se os hubiera podido explicar con palabras si Dios no hubiera cubierto el cielo de las Escrituras con nubes de símbolos. Luego cubrió el cielo de nubes para preparar la lluvia a la tierra. Quiso que fuesen oscuras las palabras de los profetas para que tuviesen después los siervos de Dios algo que interpretado penetrase en los oídos y en los corazones humanos que reciben de las nubes de Dios el alimento de la alegría espiritual. *El cubre el cielo de nubes y prepara lluvia a la tierra.*

16. *Hace brotar heno en los montes, y hierba para servicio de los hombres.* He aquí el fruto de la lluvia. Dice que hace brotar heno en los montes. ¿Por ventura no lo hace brotar también en la tierra humilde o baja? Pero lo que es más grande: lo hace brotar en los montes. Llama montes a los poderosos del mundo. Toma en este pasaje por montes a los dotados de alguna gran dignidad, pues no es de extrañar que echase en el gazofilacio dos ochavos no sé qué viuda. La tierra, la tierra humilde, produjo heno; pero también lo produjo el monte: Zaqueo, príncipe de los publicanos. Más admirable fue que el monte produjese heno.

bibus? Noli timere; audi quod sequitur: *Qui cooperit caelum nubibus, qui parat terrae pluviam. Qui cooperit caelum nubibus:* expavisti, quia non vides caelum; cum pluerit, fructificabis, et serenum videbis. *Cooperit caelum nubibus, qui parat terrae pluviam:* forte hoc fecit Dominus Deus noster. Nisi enim haberemus occasionem obscuritati Scripturarum, ista vobis non diceremus, quibus gaudetis. Haec ergo fortasse pluvia est ad quam gaudetis. Exprimi vobis per linguam nostram non posset, nisi Deus nubibus figurarum caelum Scripturarum cooperiret. Ad hoc ergo ille cooperit caelum nubibus, ut paret terrae pluviam. Ad hoc obscura esse voluit dicta Prophetarum, ut haberent postea servi Dei quod interpretando influerent super aures et corda hominum, excipientium de nubibus Dei saginam laetitiae spiritualis. *Qui cooperit caelum nubibus, qui parat terrae pluviam.*

16. *Qui exoriri facit in montibus fenum, et herbam servituti hominum.* Ecce fructus pluviae. *Qui exoriri,* inquit, *facit montibus fenum.* Numquid non et in terra humili? Sed quod magnum est, *in montibus.* Montes dicit excelsos saeculi: aliqua magna dignitate praeditos, hoc loco montes accipe. Et non est mirum quia duo minuta misit nescio quae vidua in gazophylacium (Mc 12,42); terra attulit fenum, terra humilis: et mons attulit. Zacchaeus ille maior publicanorum (Lc 19,2-8); hoc enim erat mirabilius, quia mons attulit fenum. Quanto enim elati sunt homi-

Pues cuanto más encumbrados se hallan los hombres, tanto son más avaros, y cuanto son más excelsos en este mundo, tanto más aman sus riquezas. De aquí que se apartó apesadumbrado el que llamó al Señor Maestro bueno y le pedía un consejo para la vida eterna, diciendo: *¿Qué haré para conseguir la vida eterna?* Y el Señor le responde: *Guarda los mandamientos. ¿Cuáles?,* dice él. Y el Señor le contesta: "Los de la ley." *Todos éstos*—replica el joven—*los cumplí desde mi juventud. Una cosa te falta*—le contesta el Señor—; *si quieres ser perfecto, ve, vende lo que tienes y dalo a los pobres, y tendrás un tesoro en el cielo; y ven y sígueme.* ¿Qué dijo el Señor? Ve que eres monte; recibe la lluvia y da heno. Pues ¿qué ha de dar? ¿Acaso no has de dar heno? Efectivamente, todas estas cosas que se dan a la Iglesia por los ricos para socorrer las necesidades de los que sirven a Dios, ¿qué son sino heno? Son cosas materiales y que sirven temporalmente, pero que no se consigue por ellas algo carnal. Ve lo que compras con estas cosas viles. El Apóstol, demostrando que todo ello es heno, dice: *Si nosotros hemos sembrado para vosotros los bienes espirituales, ¿será cosa grande que recojamos de vosotros los bienes carnales?* Ve cómo los bienes carnales son heno: *Toda carne es heno, y todo el esplendor del hombre, como flor de heno.* El joven se alejó entristecido, y el Señor dijo entonces: *¡Difícilmente entra un rico en el reino de los cielos!* Luego es cosa grande hacer brotar heno en los montes. ¿Y cómo hace brotar heno en los montes, si el rico, habiendo oído que debía dar sus bienes a los pobres, se alejó entristecido? ¿Qué declaró después a los contristados apóstoles? *Lo que es*

nes, tanto avari sunt; et quanto in hoc saeculo maiores, tanto plus amant divitias suas. Unde ille tristis abscessit, qui consilium vitae aeternae petebat a Domino, et appellavit eum magistrum bonum dicens: *Quid faciam ut vitam aeternam habeam?* Et ille: *Serva mandata. Quae?* Et dixit mandata legis. *Haec omnia feci a iuventute mea. Unum,* inquit, *tibi deest. Vis esse perfectus? Vade, vende omnia tua quae habes, et da pauperibus, et habebis thesaurum in caelo; et veni, sequere me.* Quid dixit Dominus? Ecce mons es, accipe pluviam, et da fenum. Quid enim daturus es? nonne fenum? Etenim ista omnia quae Ecclesiae ad necessitates servientium Deo dantur a divitibus, quid sunt, nisi fenum? Carnalia enim sunt, et ad tempus apparentia: sed non inde aliquid carnale conquiritur. De rebus vilibus quid emas attende. Apostolus enim ait, ostendens fenum esse illud, *Si nos vobis spiritualia seminavimus, magnum est si vestra carnalia metamus?* (1 Cor 9,11). Et audi quia carnalia fenum sunt. *Omnis caro fenum; et omnis claritas hominis ut flos feni* (Is 40,6). Ergo ille tristis abscessit; et ait Dominus: *Quam difficile dives intrat in regnum caelorum!* Hoc ergo magnum, quia *exoriri facit in montibus fenum.* Et quomodo *exoriri facit in montibus fenum,* si dives ille, audito quod res suas deberet dare pauperibus, tristis abscessit? Quomodo postea respondit Apostolis contristatis? *Quae hominibus difficilia sunt, Deo facilia sunt*

dificilísimo al hombre, es facilísimo a Dios. Luego Aquel para quien todas las cosas son facilísimas, hace brotar heno en los montes. Nada hay más estéril que los ásperos montes. Pero *llueve el que hace brotar el heno en los montes, y la hierba para servicio del hombre.* Para servicio, ¿de quién? Atiende al mismo San Pablo: *Nosotros*—dice—*somos vuestros servidores por Jesucristo.* El que decía: *Si nosotros sembramos para vosotros bienes espirituales, ¿será gran cosa que recojamos vuestros bienes carnales?,* se llamó siervo. Os servimos, hermanos. Seremos mayores si somos más humildes. *Cualquiera que desee ser entre vosotros mayor*—y es sentencia del Señor—, *sea vuestro servidor.* Luego *hace brotar heno en los montes, y hierba para servicio del hombre.* El apóstol San Pablo, viviendo de su propio trabajo, no quiso recibir este heno de los montes; quiso sentir la necesidad; pero, sin embargo, los montes ofrecían heno. ¿Acaso porque no quiso El recibirlo no debieran dar heno los montes, permaneciendo estériles? Se debe fruto a la lluvia, se debe alimento al servidor, según dice el Señor: *Comed las cosas que son de ellos.* Y, para que no pensasen que daban algo de lo suyo, dice además: *El obrero es acreedor a su jornal.*

17. Aconteció, hermanos, que, tomando pie de ocasión parecida, os hablé algo sobre esto (ser.3 n.9-12 del salmo 103). Como precisamente hablo a los que no pido tales cosas, por eso hablo con más libertad; pero, aunque os las pidiese, pediría vuestro fruto y no vuestras riquezas, pediría vuestra justicia. Con todo, os amonesto brevemente, porque ya he dicho muchas cosas,

(Mt 19,16-26). Ergo ille *exoriri facit in montibus fenum,* cui omnia facilia sunt. Nam nihil esset sterilius durissimis montibus. Pluit ille *qui facit exoriri in montibus fenum, et herbam servituti hominum.* Cui *servituti?* Ipsum Paulum attende: *Nos autem,* inquit, *servos vestros per Iesum Christum* (2 Cor 4,5). Qui dicebat, *Si nos vobis spiritualia seminavimus, magnum est si vestra carnalia metamus?* servum se dixit. Servimus enim vobis, fratres. Nemo se nostrum dicat quasi maiorem vobis esse. Erimus maiores, si fuerimus humiliores: *Quicumque autem vult esse maior vestrum,* Domini sententia est, *erit vester servus* (Mt 20,26). Ergo *exoriri facit in montibus fenum, et herbam servituti hominum.* Paulus quidem apostolus manibus suis vivens, ipsum fenum montinum noluit accipere; voluit indigere: sed tamen montes dabant fenum. Num quia ille noluit accipere, propterea montes dare non deberent, ut steriles remanerent? Debetur pluviae fructus, debetur servo cibus, sicut Dominus ait: *Manducate quae ab ipsis sunt.* Et ne putarent aliquid de suo donare: *Dignus est enim,* inquit, *operarius mercede sua* (Lc 10,8.7).

17. Itaque, fratres, quoniam contigit iam ex ista occasione aliquid loqui vobis, maxime quia loquimur, talia nos non quaerentes a vobis, et ideo liberius dicimus: sed etsi quaereremus, fructum vestrum quaereremus, et non vestras opes, sed vestram iustitiam: tamen admoneo breviter, quoniam iam multa diximus, et aliquando sermo finiendus est; si vultis

y ha de terminarse el sermón, que, si no queréis ser estériles, exigíos a vosotros mismos, haceos vuestros cobradores para que de este modo devolváis por la lluvia; no suceda que más tarde sea condenada vuestra esterilidad, pues amenaza Dios con el fuego a la tierra estéril y espinosa, así como prepara la troje para la fructuosa. Cristo, callado, pide; pero la voz del que calla es más intensa, puesto que en el Evangelio no calla, pues no calla al decir: *Granjeaos amigos con la riqueza de la iniquidad para que ellos os reciban en los eternos tabernáculos.* No calla; oíd su voz. Nadie puede pediros, a no ser que, exigiéndolo el trabajo diario, os pidan los que os sirven en el Evangelio. Si se llegare a pedir, ved no suceda que lo que vosotros pedís a Dios, lo pidáis en vano. Luego sed cobradores de vosotros mismos, no acontezca que aquellos que os sirven en el Evangelio, no digo que se vean obligados a pedir algo, porque quizá ni forzados piden, sino que os inculpen en silencio. De aquí que se escribió: *Bienaventurado el que entiende sobre el necesitado y el pobre.* Al decir *atiende al necesitado y al pobre,* no espera que pida. Le atiende. Te busca un indigente; tú busca a otro. Una y otra cosa se dijo, hermanos míos; ahora se leyó: *Da a todo el que pide;* y la Escritura dice en otro sitio: *Sude la limosna en tu mano hasta que encuentres al justo a quien se la entregues.* Te busca uno, tú debes buscar a otro. No despaches vacío al que te busca, *da a todo el que te pida;* pero hay otro a quien tú debes buscar: *Sude la limosna en tu mano hasta que encuentres al justo a quien des.* No haréis jamás esto si no tenéis separado algo de vuestras ri-

non esse steriles, ut reddatis pro pluvia fecunditatem, ne damnetur postea sterilitas vestra (minatur enim Deus terrae sterili et spinosae ignem [Hebr 6,7-8], sicut fructuosae horreum parat); efficite ut vos ipsos exigatis, efficimini exactores vestri. Christus tacitus exigit; et maior est vox tacentis, quia in Evangelio non tacet. Non enim vere tacet, cum dicit: *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut et ipsi recipiant vos in aeterna tabernacula* (Lc 16,9). Non tacet ipse; audite vocem eius. Nemo enim vos potest exigere; nisi forte exactione opus est, ut qui vobis in Evangelio serviunt, petant a vobis. Si ad hoc ventum fuerit, ut petant; videte ne quod vos a Deo petitis, frustra petatis. Ergo estote exactores vestri, ne aliquid illi qui vobis in Evangelio serviunt, non dico petere cogantur, nam forte nec coacti petunt; sed ne silentio vos arguant. Unde scriptum est: *Beatus qui intelligit super egenum et pauperem* (Ps 40,2). Cum dicit, *qui intelligit super egenum et pauperem,* non exspectat ut petat. Intellige super illum. Alius te quaerit indigens, alium tu debes quaerere indigentem. Utrumque dictum est, fratres mei: et, *Omni petenti te da* (Lc 6,30), modo lectum est; et alio loco Scriptura dicit, *Sudet eleemosyna in manu tua, quousque invenias iustum cui eam tradas.* Alius est qui te quaerit, alium tu debes quaerere. Nec eum qui te quaerit relinquas inanem; *Omni* enim *petenti te da:* sed alius est quem tu debes quaerere; *Sudet eleemosyna in manu tua quousque invenias iustum cui des.*

quezas, lo que a cada uno agrade según las necesidades de su casa, y que deba dar como deuda al fisco. Cristo, si no tiene república, no tiene fisco. ¿Sabéis qué es el fisco? Un saquito. De aquí, de *fiscus,* se dijo también *fiscellus, fiscina,* cestillo, canastillo. No penséis que el *fiscus* es algún dragón, porque se oye con temor al recaudador del fisco; el fisco es el canasto, el depósito o el erario público. El Señor tenía este erario aquí en la tierra cuando contaba con la bolsa, la cual se encomendó a Judas. El Señor soportaba al traidor y al ladrón, mostrando en todo momento su paciencia con él; sin embargo, los que depositaban las limosnas, las depositaban en la bolsa del Señor. A no ser que penséis que el Señor, a quien servían los ángeles y que con cinco panes dio de comer a otros tantos miles de hombres, se encargaba de esto, y pedía o mendigaba. ¿Por qué quiso hallarse necesitado? Para incitar a los montes, a fin de que produjesen heno y no devolviesen esterilidad en recompensa de la lluvia. Luego separad algo y destinadlo al fisco, ya de los productos anuales, ya de vuestras ganancias diarias. Porque viviendo debes dar, y es necesario que se mueva tu mano alargándola a lo que no habías prometido. Separa alguna parte de tus ganancias. ¿Quieres que sean los diezmos? Aparta los diezmos, aunque sea poco. Pues se dijo que los fariseos daban diezmos: *Ayuno dos veces por semana, doy diezmo de todo cuanto poseo.* ¿Y qué dijo el Señor? *Si vuestra justicia no sobrepasa la de los escribas y fariseos, no entraréis en el reino de los cielos.* Ve que Aquel

Nunquam hoc facietis, nisi aliquid de rebus vestris sepositum habueritis, quod cuique placet pro necessitate rei familiaris suae, tanquam debitum quasi fisco reddendum. Si non habet rempublicam suam Christus, non habet fiscum suum. Fiscus enim scitis quid sit? Fiscus saccus est; unde et fiscellae et fiscinae dicuntur. Ne putetis quia aliquis draco est fiscus, quia cum timore auditur exactor fisci; fiscus saccus est publicus. Ipsum habebat Dominus hic in terra, quando loculos habebat; et ipsi loculi Iudae erant commissi (Io 12,6). Iudam traditorem patiebatur Dominus et furem, et in ipso ostendens ubique patientiam suam: tamen illi qui conferebant, in loculos Domini conferebant. Nisi forte putatis, quia Dominus ibat, et petebat, aut indigebat, cui Angeli serviebant, qui de quinque panibus tot millia hominum pavit. Quare ergo egere voluit, nisi ut daret exemplum montibus, ut parerent fenum, ne contra pluviam sterilitatem redderent? Praecidite ergo aliquid, et deputate aliquid fixum, vel ex annuis fructibus, vel ex quotidianis quaestibus vestris. Nam quasi de vivo videris dare, et necesse est ut trepidet manus tua, quando illam porrigis ad id quod non devoveras. Exime aliquam partem reddituum tuorum. Decimas vis? Decimas exime, quanquam parum sit. Dictum est enim quia Pharisaei decimas dabant: *Ieiuno bis in sabbato, decimas do omnium quaecumque possideo* (Lc 18,12). Et quid ait Dominus? *Nisi abundaverit iustitia vestra plus quam Scribarum et Pharisaeorum, non intrabitis in regnum caelorum* (Mt 5,20). Et ille super quem debet abun-

sobre quien debe aventajar tu justicia da diezmos, y tú no das ni milésimas. ¿Cómo aventajarás al que ni siquiera igualas? *Cubre el cielo de nubes y prepara lluvia para la tierra; hace brotar el heno en los montes, y la hierba para servicio del hombre.*

18 [v.9]. *Y da a las bestias su alimento.* Estos animales son la grey de Dios. Dios no deja de dar a su grey los alimentos propios de ella mediante los hombres, para cuyo servicio hace brotar la hierba. De aquí que dice el Apóstol: *¿Quién apacienta el rebaño y no toma la leche de él? Y da a las bestias su alimento, y a los pollos de los cuervos que claman a El.* ¿Quizá pensamos que los cuervos invocan a Dios para que les dé alimento? No penséis que el alma irracional invoca a Dios; sólo sabe invocar a Dios el alma racional. Entended que se dijo esto figuradamente, y no creáis, como dicen algunos impíos, que las almas humanas se reencarnan en las bestias, en los perros, en los puercos, en los cuervos. Alejad tal cosa de vuestro pensamiento y de vuestra fe. El alma humana fue hecha a imagen de Dios, (y Dios) no entregará su imagen al perro o al puerco. Luego ¿qué significa *y a los pollos de los cuervos que le invocan?* ¿Quiénes son los pollos de los cuervos? Los israelitas decían que sólo eran justos ellos, porque habían recibido la ley, y que todos los hombres restantes de todas las demás naciones eran pecadores. Ciertamente que todas las naciones se hallaban envueltas en el pecado, en la idolatría, en el culto de las piedras y de los árboles. Pero ¿por ventura permanecieron así? Si los mismos cuervos, nuestros padres, no invocaron a Dios, sin embargo, nosotros,

dare iustitia tua, decimas dat; tu autem nec millesimam das. Quomodo superabis eum cui non aequaris? *Qui cooperit caelum nubibus, qui parat terrae pluviam; qui exoriri facit in montibus fenum, et herbam servituti hominum.*

18 [v.9]. *Et dat pecoribus escam ipsorum.* Pecora ista dicit, greges Dei. Non fraudat Deus gregem suum esca sua per homines, quorum servituti herbam facit exoriri. Unde dicit Apostolus: *Quis pascit gregem, et de lacte gregis non percipit?* (1 Cor 9,7). *Qui dat pecoribus escam ipsorum, et pullis corvorum qui invocant eum.* Hoc forte putabimus, quia corvi Deum invocant, ut det illis escam? Ne hoc cogitetis, irrationalem animam invocare Deum; non novit anima invocare Deum, nisi sola rationalis. In figura accipite dictum, ne putetis, sicut impii quidam dicunt, revolvi animas humanas ad pecora, ad canes, ad porcos, ad corvos. Hoc a cordibus vestris excludite, et a fide vestra. Anima humana facta est ad imaginem Dei (Gen 1,26); non dabit imaginem suam cani et porco. Quid est ergo, *Et pullis corvorum qui invocant eum?* Qui sunt pulli corvorum? Israelitae se solos iustos esse dicebant, quia Legem acceperant; caeteros omnes omnium gentium homines peccatores dicebant. Et vere omnes gentes in peccato, in idololatria, in adoratione lapidum atque lignorum erant; sed numquid sic remanserunt? Etsi non ipsi corvi patres nostri, tamen pulli corvorum nos ipsi invocamus Deum. *Dat pecoribus escam ipsorum,*

polluelos de los cuervos, le invocamos. *Da su alimento a las bestias, y a los pollos de los cuervos que le invocan.* Son polluelos de los cuervos aquellos de quienes dice San Pedro: *Sabéis que no fuisteis redimidos de vuestra vanísima costumbre, recibida de vuestros padres, con oro o plata corruptible.* Progresando, pues, los polluelos de los cuervos, que veían adorar los ídolos de sus padres, se volvieron a Dios. Por eso oyes ahora al polluelo del cuervo que invoca al único Dios. "¿Pues qué, abandonaste a tu padre?", preguntas al polluelo del cuervo. "Le abandoné por completo—te dice, pues el cuervo no invocó a Dios—; pero yo, polluelo del cuervo, le invoco." *Y alimenta a los polluelos de los cuervos que le invocan.*

19 [v.10]. *No se agradará en la fuerza del caballo.* La fuerza del caballo es la soberbia. El caballo parece acomodado para ser palco del hombre, a fin de que camine más alto. Y, a la verdad, él tiene cerviz, que simboliza la soberbia. No se engrían los hombres por sus dignidades, no se tengan por excelsos debido a los honores; cuiden de no ser precipitados por el indómito caballo. Ve lo que se dice en otro salmo: *Los potentados, unos confían en los carros, otros en los caballos; mas nosotros nos ensalzaremos en el nombre del Señor, Dios nuestro.* Es decir, ellos se ensalzarán con los honores temporales, nosotros nos ensalzaremos en el nombre del Señor, Dios nuestro. Por lo mismo, ¿qué les acontece? Ved lo que sigue: *A ellos les fueron atados los pies, y cayeron; nosotros nos levantamos y estamos en pie. No se agradará en la fuerza del caballo ni se complacerá en los tabernáculos*

et pullis corvorum qui invocant eum. Ipsi sunt pulli corvorum, quibus dicit Petrus: *Quia non corruptibili argento vel auro redempti estis de supervacua vestra consuetudine a parentibus vestris tradita* (1 Petr 1,18). Proficientes enim pulli corvorum qui simulacra colere videbantur parentum suorum, conversi sunt ad Deum. Et audis modo pullum corvi invocantem unum Deum. Quid ergo? dimisisti patrem tuum, dicit pullo corvi? Dimisi plane: ille enim corvus non invocans Deum, ego pullus corvi invoco Deum. *Et pullis corvorum qui invocant eum.*

19 [v.10]. *Non in potentatu equi voluntatem habebit.* Potentatus equi est superbia. Videtur enim equus veluti ad suggestum hominis accommodatus, ut altior incedat. Et revera est in eo cervix, indicans quamdam superbiam. Non se extollant homines in suis dignitatibus, non se sublimes putent honoribus; caveant ne equo indomito praecipitentur. Vide enim quid dictum est in alio psalmo: *Hi in curribus, et hi in equis; nos autem in nomine Domini Dei nostri magnificabimur.* Hoc est, illi in honoribus temporalibus, nos in nomine Domini Dei nostri magnificabimur. Propterea illis quid accidit? Videte quid sequitur: *Illis obligati sunt pedes, et ceciderunt; nos vero surreximus, et erecti sumus* (Ps 19,8-9). *Non in potentatu equi voluntatem habebit; nec in tabernaculis viri bene sentiet. In tabernaculis,* inquit, *viri.* Est enim tabernaculum Domini, ipsa sancta Ecclesia toto orbe diffusa. Haeretici dividentes se ab Ecclesiae

del hombre. Dice en los tabernáculos o tiendas del hombre, pues existe el tabernáculo del Señor, el cual es la santa Iglesia difundida por el orbe. Los herejes, al separarse de los tabernáculos de la Iglesia, establecieron tabernáculos para sí; Dios no se complacerá en estos tabernáculos o tiendas de los hombres. Oye, pues, al polluelo de los cuervos decir: *Elegí hallarme abatido en la casa del Señor antes que habitar en los tabernáculos de los pecadores.* Efectivamente, si quizá acontece carecer de honor temporal en la Iglesia a algún polluelo de cuervo bueno, piadoso, que confiesa su flaqueza e invoca a Dios, no va fuera de la Iglesia, no se constituye tabernáculo fuera de ella, en el que Dios no se complace. ¿Qué dice entonces? *Elegí hallarme abatido en la casa del Señor antes que morar en los tabernáculos de los pecadores. Dios no se complacerá en los tabernáculos del hombre.*

20 [v.11]. ¿Qué más añade? *El Señor se complacerá en los que le temen y en los que confían en su misericordia.* El Señor se complacerá en los que le temen; pero ¿se teme a Dios como al ladrón? Es cierto que se teme al ladrón, a la bestia; se teme en gran manera al hombre injusto y poderoso. *El Señor se complacerá en los que le temen;* pero en los que le temen, ¿de qué manera? *Y en los que confían en su misericordia.* Ved cómo Judas, que entregó a Cristo, le temió; pero no confió en su misericordia, pues más tarde se arrepintió de haber entregado al Señor, y dijo: *Pequé entregando la sangre del Justo.* Ciertamente hubieras temido bien si hubieses confiado en la misericordia de Aquel a quien entregaste, ya que, desesperado, se apartó y se ahorcó. Luego teme a Dios de modo que confíes en su miseri-

tabernaculis, sibi tabernacula posuerunt: non in ipsis tabernaculis viri bene sentiet Deus. Sed pullum corvorum attende dicentem: *Elegi abiici in domo Domini, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum* (Ps 83,11). Etenim si alicui bono, pio, confitenti infirmitatem suam, pullo corvi invocanti Deum, contingit forte in Ecclesia carere honore temporali; non it extra Ecclesiam, non sibi facit extra Ecclesiam tabernaculum, in quo non bene sentiat Deus: sed quid dicit? *Elegi abiici in domo Domini, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum. Nec in tabernaculis viri bene sentiet.*

20 [v.11]. Sed quid adiungit? *Bene sentiet Dominus in timentibus eum, et in his qui sperant in misericordia eius.* Bene sentit Dominus in timentibus eum: sed numquid sic timetur Deus, quomodo et latro? Nam et latro timetur, et bestia timetur, et homo iniustus et potens multum timetur. *Bene sentiet Dominus in timentibus eum:* sed quomodo timentibus eum? *Et in his qui sperant in misericordia eius.* Ecce timuit eum Iudas traditor Christi, sed non speravit in misericordia ipsius. Postea enim poenituit eum quod tradiderit Dominum, et dixit: *Peccavi, quia tradidi sanguinem iustum.* Bene quidem timuisti; sed si sperares in misericordia eius quem timuisti. Ille desperando abiit, et laqueo se suspendit (Mt 27, 4-5). Ergo sic time Dominum, ut speres in misericordia eius. Si times la-

cordia. Pues, temiendo al ladrón, esperas socorro, no de aquel a quien temes, puesto que pides auxilio a aquel a quien no temes contra aquel a quien temes. Si de este modo temes a Dios, y le temes, porque eres pecador, ¿de quién vas a recibir auxilio contra Dios? ¿Adónde irás? ¿Qué has de hacer? ¿Quieres huir de El? Refúgiate en El. ¿Quieres huir de El airado? Refúgiate en El aplacado. Le aplacarás si esperas en su misericordia. Evita pecar en adelante y pide perdón de los pecados pasados para que te los perdone el Señor, que tiene el poder y la gloria con el Padre y el Espíritu Santo por los siglos de los siglos. Amén.

SALMO 147

[ALABANZAS A DIOS POR LA RESTAURACIÓN DE SIÓN]

SERMÓN AL PUEBLO

10. Virgines enim illae animas significant. Non enim vere quinque erant, sed in quinque illis millia sunt. In numero illo quinario millia intelliguntur, non feminarum tantum, sed et virorum: quia uterque sexus dicitur femina, quia Ecclesia; et uterque sexus, hoc est Ecclesia, dicitur virgo. *Desponsavi vos uni viro, virginem castam exhibere Christo* (2 Cor 11,2). Paucorum est virginitas in carne, omnium debet esse in corde. Virginitas carnis, corpus intactum; virginitas cordis, fides incorrupta. Ergo dicitur virgo tota Ecclesia, et masculino genere appellatur populus Dei: uterque sexus populus Dei, et unus populus, et unicus populus; et una Ecclesia, et unica columba: atque in hac virginitate millia sanctorum. Ergo quinque virgines omnes animas intraturas in regnum Dei significant; non sine causa quinario numero, quoniam quinque sunt corporis sensus notissimi omnibus. Per quinque enim ianuas intrat aliquid per corpus ad animam: aut per oculos intrat quod concupiscas male, aut per aures, aut per olfactum, aut per gustum, aut per contactum. Per has quinque ianuas quisquis non admiserit corruptionem, inter quinque virgines computatur. Admittuntur autem corruptiones per illicita desideria. Quid autem liceat et non liceat, pleni sunt libri Scripturarum. Ergo opus est ut sis in illis

genes. Así no temerás lo que se dice: "Nadie entrará." Se dice esto, y así acontecerá, pero una vez que hayas entrado. Nadie cerrará, dejándote fuera; pero, una vez que hayas entrado, se cerrarán las puertas de Jerusalén y se asegurarán los cerrojos de sus puertas. Pero, si tú no quieres ser virgen de corazón o pretendes ser virgen del número de las necias, quedarás fuera y en vano llamarás.

11. ¿Quiénes son las vírgenes necias, pues ellas son cinco también? Las almas que conservan la continencia de la carne, evitando la depravación proveniente de todos los sentidos, que ya conmemoré. Estas evitan ciertamente la corrupción que dimana de cualquier parte, pero no llevan su bien en la conciencia ante los ojos de Dios, sino que pretenden agradar con él a los hombres siguiendo el parecer ajeno. Van a caza de la aclamación del populacho, y, por lo mismo, se hacen viles al querer ser estimadas de los espectadores no bastándoles su conciencia. Con razón no llevan óleo consigo. El óleo es el acto de gloriarse debido al brillo y al esplendor. ¿Pero qué dice el Apóstol? Atiende tú a las vírgenes sabias, que llevan el óleo consigo, (y ve lo que dice): *Cada uno pruebe su propia obra, y entonces tendrá gloria en sí mismo y no en otro.* Estas son las vírgenes sabias. Las necias encienden ciertamente sus lámparas, parece que lucen sus obras, pero decaen y se apagan, porque no se alimentan con el óleo interior. Tardando el Esposo, todas se duermen, porque ambos géneros mueren. Al retrasarse la venida del Señor, tanto a las necias como a las sabias les sobreviene la muerte de la vida

quinque virginibus. Non timebis quod dictum est, Nemo intret. Dicitur enim hoc, et fiet hoc; sed cum intraveris: nemo contra te claudet; sed te ingresso, claudentur portae Ierusalem, et firmabuntur vectes portarum eius. Nam tu si esse volueris aut non virgo corde, aut, etsi virgo, inter fatuas virgines; foris remanebis, et frustra pulsabis.

11. Quae sunt fatuae virgines? Et ipsae quinque sunt: quae, nisi animae quae habent istam continentiam carnis, ut vitent corruptelas ab omnibus sensibus venientes, quos sensus iam enumeravi? Vitant veluti corruptiones venientes undique, et non in conscientia gerunt bonum suum coram oculis Dei: sed placere inde volunt hominibus, et iudicium sequuntur alienum. Favores vulgi aucupantur; viles sibi sunt, cum spectatoribus esse charae volunt; non eis sufficit conscientia. Merito non portant oleum secum. Oleum autem est ipsa gloriatio, propter nitorem et splendorem. Sed quid dicit Apostolus? Vide virgines sapientes portantes oleum secum: *Opus autem suum probet unusquisque, et tunc in semetipso habebit gloriam, et non in altero* (Gal 6,4). Hae sunt ergo virgines sapientes. Stultae autem accendunt quidem lampades; videntur quidem lucere opera earum: sed deficient, et exstinguentur; quia non de oleo interiore pascuntur. Et dormiunt omnes tardante sponso: quia ex utroque genere hominum obdormiscunt in mortem; et de illis fatuis, et de his sapientibus, tardante adventu Domini, itur in mortem istam

corporal y visible, a la cual llama la Escritura sueño, conforme es sabido por todos los cristianos. Al decir el Apóstol sobre los enfermos: *Porque hay entre vosotros muchos enfermos y sin salud, y muchos duermen pesadamente,* dijo *duermen* por "mueren". Ved que el Esposo ha de venir, y todos se levantarán, pero no todos entrarán, pues faltarán las obras a las vírgenes necias al carecer del óleo en la conciencia, y no encontrarán a quiénes compren lo que solían venderles los aduladores. Las que se mofan, no las que envidian, dice: *Id, compradlo para vosotras.* Se lo habían pedido las necias a las prudentes, diciéndoles: *Dadnos aceite, pues nuestras teas nupciales se apagan.* ¿Y qué les dijeron las sabias? *Id más bien a los que lo venden y compradlo para vosotras, no sea que no haya bastante para nosotras y vosotras.* Esto era lo que había de amonestarse: "¿De qué os aprovechan ahora aquellos de quienes acostumbrabáis a comprar la adulación?" *Y mientras ellas fueron a comprarlo, entraron las prudentes y se cerró la puerta.* Cuando se alejan con el corazón, cuando se ejecutan tales cosas, cuando se apartan de la recta intención y, volviéndose atrás, recuerdan las cosas pasadas, se encaminan a los vendedores; pero entonces no encuentran a los protectores, no encuentran a sus loadores, por quienes acostumbraban a ser alabados y como a ser excitados a las buenas obras, no por la solidez de la buena conciencia, sino por el incentivo de la lengua ajena.

12. Lo que se consignó: *No sea que no tengamos bastante nosotras,* se dijo con gran reconocimiento de humildad, pues el óleo que llevamos en nuestra conciencia es el juicio que tenemos

corporalem et visibilem, quam somni loco Scripturas ponere notum est omnibus Christianis. Cum diceret de aegrotantibus Apostolus, *Propterea in vobis,* inquit, *multi infirmi et aegri, et dormiunt sufficienter* (1 Cor 11,30): Dormiunt, inquit, moriuntur. Sed ecce venturus est sponsus, et omnes surgent, sed non omnes intrabunt. Deficient opera stultarum virginum, non habentium oleum conscientiae; non invenient a quibus emant quod illis solebant vendere adulatores. Ab irridentibus enim dicitur, non ab invidentibus: *Ite, emite vobis.* Petierant enim stultae a sapientibus, et dixerant eis: *Date nobis oleum, quia faces nostrae exstinguuntur.* Quid illae sapientes? *Ne forte non sufficiat nobis et vobis, ite potius ad vendentes, et emite vobis.* Hoc admonere erat, Quid vobis modo prosunt a quibus emere soletis adulationem? *Et cum eunt,* inquit, *intrarunt illae, et clausum est ostium* (Mt 25,1-13). Cum eunt corde, cum talia cogitant, dum se ab illa intentione alienant, et retro praeterita sua recordantur, eunt quasi ad vendentes: et non inveniunt tunc faventes, non inveniunt tunc laudantes, a quibus solebant laudari, et quasi excitari ad bona opera, non robore bonae conscientiae, sed incitamento linguae alienae.

12. Et illud quod dictum est, *Ne forte non sufficiat nobis,* magna consideratione humilitatis dictum est. Oleum enim quod gestamus in conscientia, iudicium est nostrum de nobis ipsis, quales simus; et dif-

de nosotros, y es difícil que alguno juzgue perfectamente de sí mismo. Hermanos míos, por mucho que aproveche el hombre, *por más que se encamine a lo de adelante y se olvide de lo de atrás,* si se dice ya a sí mismo: "Está bien", debemos decir que avanza con la regla sacada de los tesoros de Dios y que examina hasta poner en claro su modo de ser. Pero ¿quién se gloriará de tener puro el corazón? ¿Quién se gloriará de estar limpio de pecado? Pues ¿qué dice la Escritura? *Se hará juicio sin misericordia a quien no hizo misericordia.* Por tanto, por mucho que progreses, has de esperar en la misericordia. Pues, si se aplica la justicia sin misericordia, en cualquiera parte encontrarás algo que condenar. ¿Con qué nos consuela la Escritura? Con lo que nos exhorta a hacer misericordia, para que crezcamos dando lo que nos sobra. Tenemos muchas cosas superfluas si las tenemos como innecesarias, puesto que, si buscamos las frívolas, nada nos basta. Hermanos, reclamad, pedid lo suficiente para la obra de Dios, no lo que llene vuestra codicia. Vuestra codicia no es obra de Dios. Vuestra hermosura, vuestro cuerpo, vuestra alma, todo esto es obra de Dios. Pedid las cosas que bastan, y veréis qué pocas son. A la viuda le bastaron dos ochavos para obrar la misericordia; le bastaron dos ochavos para comprar el reino de Dios. Para equipar tantas veces a los gladiadores, ¿qué le basta al empresario? Ved que no sólo son pocas las cosas que os bastan, sino que ni el mismo Dios exige muchas de vosotros. Reclama cuanto te dio, y de ello toma cuanto te basta; las demás cosas que como superfluas tienes arrinconadas, son necesarias para otros. Las cosas superfluas de los ricos son las necesarias

ficile est ut de se quisque perfecte iudicet. Fratres mei, quantumlibet homo proficiat, quantumlibet se ad anteriora extendat, et praeterita obliviscatur (Phil 3,13); si iam dicit sibi, Bene est: procedit regula de thesauris Dei, examinat ad liquidum: et quis gloriabitur castum se habere cor? et quis gloriabitur mundum se esse a peccato? (Prov 20-9). Sed quid dixit Scriptura? *Iudicium sine misericordia illi qui non fecit misericordiam* (Iac 2,13). Quantumcumque proficias, sperabis in misericordiam. Nam si iustitia sine misericordia prolata fuerit, in quolibet quod damnet inveniet. Quae nos consolatur Scriptura? Quae hortatur ad misericordiam faciendam, ut omnino crebrescamus in erogando quod amplius habemus. Multa autem superflua habemus, si nonnisi necessaria teneamus: nam si inania quaeramus, nihil sufficit. Fratres, quaerite quod sufficit operi Dei, non quod sufficit cupiditati vestrae. Cupiditas vestra non est opus Dei. Forma vestra, corpus vestrum, anima vestra, hoc totum opus Dei. Quaere quae sufficiant, et videbis quam pauca sint. Viduae suffecerunt duo nummi ad faciendam misericordiam (Mc 12,42), suffecerunt duo nummi ad emendum regnum Dei. Ad vestiendos toties venatores quid sufficit editori? Videte quia non solum pauca sunt quae vobis sufficiant; sed nec ipse Deus multa a vobis quaerit. Quaere quantum tibi dederit, et ex eo tolle quod sufficit: caetera quae superflua

de los pobres. Se poseen bienes ajenos cuando se poseen bienes superfluos.

13. Luego, ejecutando la misericordia de este modo, y principalmente aquella que se hace sin gravamen, como, por ejemplo: *Perdona, como perdonamos,* por la que das la caridad, la cual crece cuando la das; ejecutando, repito, y ardiendo en estas obras buenas de misericordia, las que, como dijimos, entonces ya no serán necesarias, porque no habrá necesitado en quien deba hacerse la misericordia, esperarás seguro el juicio; no tan seguro de tu justicia como de la misericordia de Dios, ya que tú también la diste. *Se hará juicio sin misericordia a quien no hizo misericordia.* La misericordia, añade, *se sobrepone al juicio.* No penséis, hermanos, que no es justo o que se aparta de la norma de su justicia cuando se compadece de nosotros. Es justo cuando condena y justo cuando se compadece. ¿Qué cosa más justa que devolver la misericordia al que la dio? ¿Qué cosa más justa que *con la misma medida que midiereis seréis medidos?* Da al hermano necesitado. ¿A qué hermano? A Cristo. Si das al hermano, das a Cristo; si das a Cristo, das a Dios, que es sobre todas las cosas digno de ser bendecido por los siglos. Dios quiso necesitar de ti, ¿y tú esconderás la mano? Tú alargas la mano y pides a Dios; pues bien, oye la Escritura: *No se alargue tu mano para recibir y se encoja para dar.* Dios quiere que se le dé de lo que dio. ¿Qué das que El no te haya dado? ¿Qué tienes que no hayas recibido? Y no digo a Dios, sino a cualquiera que des: ¿Das algo de lo tuyo? Das de lo de Dios, que manda que des,

iacent, aliorum sunt necessaria. Superflua divitum, necessaria sunt pauperum. Res alienae possidentur, cum superflua possidentur.

13. Faciens ergo huiusmodi misericordias, et illam praecipue quae gratis constat, *Dimitte, sicut dimittimus* (Mt 6,12); quo nonnisi charitatem erogas, quae crescit cum erogas: faciens ergo et fervens in ipsis bonis operibus misericordiae, quae iam bona opera, ut iam diximus, tunc non erunt necessaria, quia nullus erit miser in quem facienda sit misericordia; exspectabis securus iudicium, non tam securus de iustitia tua, quam securus de misericordia Dei, quia et tu misericordiam praerogasti. *Iudicium enim sine misericordia illi qui non fecit misericordiam: superexaltat autem,* inquit, *misericordia iudicio.* Ne putetis, fratres, quia tunc non est iustus, quando nostri miseretur, aut recedit a regula iustitiae suae. Et cum damnat, iustus est; et cum miseretur, iustus est. Quid enim tam iustum, quam reddere misericordiam praeroganti? Quid tam iustum, quam ut in qua mensura mensi fueritis, in ea remetiatur vobis? (ib. 7,2). Da egenti fratri. Cui fratri? Christo. Si ergo quia fratri, Christo; et quia Christo, Deo, qui est super omnia benedictus in saecula (Rom 9,5): Deus egere a te voluit; et tu manus retrahis? Certe tu porrigis manum, et petis a Deo: audi Scripturam, *Non sit manus tua porrecta ad accipiendum, et ad dandum collecta* (Eccli 4,36). Erogari sibi vult Deus ex illo quod dedit. Quid enim das quod ille non dedit? quid

Sé dispensador, no usurpador. Haciendo estas cosas, si con verdadera humildad dices de aquel óleo espiritual: *No sea que me falte,* entras y se cierra. Oye al Apóstol decir esto mismo: *Para mí lo menos es ser juzgado por vosotros.* ¿Cuándo podréis discernir mi conciencia? ¿Cuándo escudriñar con qué intención hago lo que hago? ¿Hasta qué punto podrán los hombres juzgar de otros hombres? El hombre, sin duda, juzga mejor de sí mismo, pero Dios juzga mejor del hombre que el hombre de sí mismo. Luego, si fueses tal, entrarás, te hallarás entre aquellas vírgenes prudentes; pero las demás necias serán excluidas. Pues esto lees en el evangelio, se cerrará la puerta, estarán ante ella y clamarán: *Abrenos,* y no se abrirá, *porque aseguró los cerrojos de las puertas. Afianzó, aseguró*—dice—, *los cerrojos de las puertas.* Estate segura, alaba segura, alaba sin fin. Firmemente se cerraron tus puertas; no sale el amigo, no entra el enemigo: *Aseguró los cerrojos de tus puertas.*

14. *Bendijo a tus hijos en tu recinto.* No vagan fuera, no peregrinan; se gozan dentro, dentro alaban, dentro son bendecidos; no paren dentro, porque no engendran ya a nadie. Son hijos, son santos. Estos hijos santos, alabando y gozándose, son engendrados y dados a la luz por la madre caridad, y son encerrados, habiéndolos congregado la caridad. Oye a la caridad que los engendra. Dotado de ella el apóstol San Pablo, mostrando no sólo un corazón paterno, sino materno también para con los hijos, dice: *Hijuelos míos, a los que de nuevo doy el ser.* Cuan-

enim habes quod non accepisti? (1 Cor 4,7). Aut vero, non dico, Deo, sed cuilibet de tuo das aliquid? De illius das, qui iubet ut des. Praerogator esto, non invasor. Haec ergo faciens, et si bona humilitate dicis de illo oleo, *Ne forte non sufficiat nobis,* intras et clauditur. Audi Apostolum hoc dicentem: *Mihi autem minimum est ut a vobis diiudicer* (ib. 3). Quando enim potestis diiudicare conscientiam meam? quando examinare quo animo facio, quidquid facio? quantum possunt homines de alio iudicare? Plus homo utique ipse de se; sed Deus plus de homine, quam homo de se. Ergo si talis fueris, intrabis; in quinque illis virginibus eris: caeterae fatuae excludentur. Nam hoc habes in Evangelio, Claudetur ostium, et stabunt et clamabunt, *Aperi nobis;* et non aperietur: *Quoniam confirmavit vectes portarum tuarum. Confirmavit,* inquit, *vectes portarum tuarum:* secura sta, secura lauda, sine fine lauda. Fortiter clausae sunt portae tuae; non exit amicus, non intrat inimicus: *Confirmavit vectes portarum tuarum.*

14. *Benedixit filios tuos in te.* Non vagantur foris, non peregrinantur; intus gaudent, intus laudant, intus benedicuntur; intus non parturiunt, quia iam neminem pariunt. Filii sunt, sancti sunt: isti filii sancti iam laudantes et gaudentes, parturiti et parti sunt matre charitate, inclusi sunt colligente charitate. Audi charitatem parturientem illos: qua praeditus Paulus apostolus, non solum paternum, sed et maternum cor gerens in filios, *Filii mei,* inquit, *quos iterum parturio* (Gal 4,19). Cum Paulus

do Pablo les daba el ser, se lo daba la caridad; cuando la caridad les daba el ser, se lo daba el Espíritu de Dios, pues la caridad de Dios se difundió en nuestros corazones por el Espíritu Santo que nos ha sido dado. Luego congregue a los que engendró y dio a luz. Ahora los hijos ya están dentro, están seguros, volaron del nido del temor, volaron al cielo, volaron a lo eterno; ya no temen nada temporal.

15 [v.14]. *Bendijo a tus hijos en tu recinto.* ¿Quién? *El que puso tus fronteras en paz.* ¡Cómo os alborozáis todos! Hermanos míos, amadla. Sobremanera me deleito cuando se deja oír en vuestros corazones el amor de la paz. ¡Cómo os deleitó! Nada había dicho, nada había expuesto yo; recité únicamente el versillo y clamasteis. ¿Qué cosa clamó de vosotros? El amor de la paz. ¿Qué mostré a vuestros ojos? ¿Cómo clamáis, si no amáis? ¿Cómo clamáis, si no veis? La paz es invisible. ¿Qué ojo la vio para ser amada? No sería aclamada si no se amase. Estos son los espectáculos que ofrece Dios de las cosas invisibles. ¡Con cuánta belleza hirió el conocimiento de la paz vuestros corazones! ¿Qué hablaré yo ya de la paz o en alabanza de la paz? Vuestro afecto se anticipó a todas mis palabras; no lo lleno, no puedo, soy incapaz. Difiramos todas estas alabanzas de la paz para la patria de la paz. Allí la alabaremos cumplidamente cuando la poseamos por completo. Si ahora, incoada en nosotros, la amamos de este modo, ¡cómo la amaremos cuando la poseamos por completo! Ved lo que digo, hijos del amado, hijos del reino, ciudadanos de Jerusalén: que en Jerusalén hay visión de

eos parturiebat, charitas parturiebat; cum charitas eos parturiebat, Dei Spiritus parturiebat: charitas enim Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis (Rom 5,6). Ergo colligat quos parturivit et peperit. Modo iam intus filii sunt, securi sunt: volarunt de nido timoris, volarunt in caelestia, volarunt in aeterna; iam nihil metuunt temporale.

15 [v.14]. *Benedixit filios tuos in te.* Quis? *Qui posuit fines tuos pacem.* Quomodo exsultastis omnes? Hanc amate, fratres mei. Multum delectamur, quando clamat de cordibus vestris pacis dilectio. Quomodo vos delectavit? Nihil dixeram, nihil exposueram; versum pronuntiavi, et exclamastis. Quid de vobis clamavit? Dilectio pacis. Quid ostendi oculis vestris? Unde clamatis, si non amatis? unde amatis, si non videtis? Invisibilis est pax. Quis est oculus quo visa est, ut amaretur? Neque enim acclamaretur, nisi amaretur. Haec sunt spectacula quae exhibet Deus rerum invisibilium. Quanta pulchritudine intellectus pacis corda vestra percussit? Quid iam ego loquar de pace, aut de laude pacis? Praevenit omnia verba mea vester affectus: non impleo; non possum, infirmus sum. Differamus omnes laudes pacis ad illam patriam pacis. Ibi eam plenius laudabimus, ubi eam plenius habebimus. Inchoatam in nobis si sic amamus, perfectam quomodo laudabimus? Ecce hoc dico, o filii dilecti, o filii regni, o cives Ierusalem, quoniam in Ierusalem visio pacis

paz; y todos los que aman la paz serán bendecidos en ella, y, entrando ellos, se cerrarán las puertas y se afianzarán los cerrojos. Desead, id en busca de la que al ser nombrada honráis y amáis de esta manera. Amadla en la casa, en las ocupaciones, en las esposas, en los hijos, en los siervos, en los amigos y en los enemigos.

16. Esta es la paz que no tienen los herejes. ¿Qué hace la paz en los aún inseguros de esta región, en la peregrinación de nuestra mortalidad, en donde nadie sobresale por encima de otro, en donde nadie ve el corazón ajeno? ¿Qué hace la paz? De lo incierto no juzga, de lo desconocido no afirma; se inclina más a juzgar bien del hombre que a sospechar mal de él. No se duele de equivocarse cuando cree bien del malo, pues sabe que es pernicioso sentir mal del bueno. No sé cuál sea; pues bien, ¿qué pierdo si creo que es bueno? Si es incierto, conviene pasarlo por alto, no acontezca que tal vez sea verdad; no condenes como si fuese cierto. Esto lo impone la paz. *Busca la paz*—dice el salmista— *y síguela.* ¿Qué hace el hereje? Condena a los desconocidos, condena a todo el mundo, pues dice: "Pereció todo el mundo, no hay cristiano en él; únicamente se salvó Africa." ¡Qué bien juzgaste! ¿Desde qué tribunal decretaste sentencia contra todo el orbe? ¿En qué juzgado se presentó ante ti el mundo? No se me crea, pero tampoco a ti; se crea a Cristo, se crea al Espíritu de Dios, que habló por los profetas; se crea a la ley de Moisés. ¿Qué dice Moisés de estos tiempos actuales? *A Abrahán se dijo: "En tu linaje serán bendecidas todas las na-*

est; et omnes qui amant pacem, benedicuntur in ea, et ipsi intrant cum clauduntur portae, et firmantur vectes. Hanc quam nominatam sic amatis et diligitis, ipsam sectamini, ipsam desiderate; ipsam in domo, ipsam in negotio, ipsam in uxoribus, ipsam in filiis, ipsam in servis, ipsam in amicis, ipsam in inimicis diligite.

16. Ipsa est pax quam non habent haeretici. Quid agit pax in huius adhuc regionis incertis, in ista peregrinatione mortalitatis nostrae; cum adhuc nemo est alteri conspicuus, nemo videt cor alterius? quid agit pax? De incertis non iudicat, incognita non confirmat; proclivior est ad bene credendum de homine, quam ad male suspicandum. Non se multum dolet errare, cum bene credit etiam de malo; perniciose autem, cum male sentit forte de bono. Nescio qualis sit: quid perdo, si credo quia bonus est? Si incertum est, licet ut caveas, ne forte verum sit; non tamen damnes, tanquam verum sit. Hoc pax iubet. *Quaere pacem,* ait, *et sequere eam* (Ps 33,15). Haeresis quid monet? Damnat incognitos, damnat totum mundum: Perit totus mundus, nullus est Christianus, Africa remansit. Bene iudicasti. De quo tribunali dicis tu sententiam in orbem terrarum? in quo foro ante te mundus stetit? Nolo mihi credatur, sed nec tibi: Christo credatur, Spiritui Dei per Prophetas credatur, Legi Moysi credatur. Quid dixit Moyses de futuris his temporibus? Ad Abraham dictum est: *In semine tuo benedicentur omnes gentes* (Gen 22,18). An

ciones." ¿Dudas cuál es el linaje de Abrahán? Pienso que, si lo dijere el Apóstol, no dudarás; pero si dudas del Apóstol, ¿por qué dices: "Paz, paz", y no hay paz? ¿Qué dice el Apóstol? *A Abrahán le fueron hechas las promesas, y a su linaje. No dice "y a los linajes", como hablando de muchos, sino "y a tu linaje", que es Cristo, como hablando de uno.* Ved cómo ya hace mil años que se dijo a Abrahán: *En tu linaje serán bendecidas todas las naciones.* Lo que se dijo ya hace más de mil años y se creyó por uno, lo vemos ahora ya cumplido. Leemos esto, lo vemos, ¿y tú, saliendo al encuentro, te opones? ¿Qué has de decir? "No creas." "¿A quién? ¿Al Espíritu de Dios? ¿A Dios, que habla a Abrahán? Entonces, ¿a quién creo? ¿A ti?" "No digo esto", dices. "¿No dices esto? ¿Pues no dices: 'Créeme a mí antes que al Espíritu de Dios, y a Dios, que habló a Abrahán'? Entonces, ¿qué me dices?" "El cristiano entregó, entregó (los libros santos), traicionó a la Escritura." ¿Lees esto en el Evangelio, en el Apóstol, en los profetas? Registra toda la Escritura, léeme esto en ella, a la cual creo; a ti no te creo. ¿En dónde lees? "Esto —dices—me lo dijo mi padre, mi abuelo, mi hermano, mi obispo." Pero Dios dijo esto a Abrahán: *En tu linaje serán bendecidas todas las naciones.* Oye un hombre y cree, y se cumple en muchos después de mucho tiempo. Cuando se dijo, se creyó; y, cuando se cumplió, ¿ha de dudarse? Esto lo dijo Moisés; díganlo también los profetas. Ve la negociación de nuestra compra: Cristo pende en el leño; ve por cuánto compra, y así verás lo que compra. Ha de comprar algo. Aún no sabes qué. Ve, ve de

dubitas quid sit semen Abrahae? Puto quia cum Apostolus dixerit, non dubitabis: aut si et de Apostolo dubitabis, quare, Pax, pax; et non est pax? (Ier 6,14). Quid dicit Apostolus? *Abrahae dictae sunt promissiones, et semini eius. Non dicit, Et seminibus, tanquam in multis; sed tanquam in uno, Et semini tuo, quod est Christus* (Gal 3,16). Ecce ante millia annorum dictum est Abrahae, *In semine tuo benedicentur omnes gentes:* quod ante millia annorum dictum est, et ab uno creditum, modo iam videmus impletum. Hac legimus, hac intuemur, et tu resistis de transverso veniens? Quid dicturus? Noli credere. Cui? Spiritui Dei? Deo loquenti ad Abraham? Et cui credo? Tibi? Non hoc dico, inquies. Non hoc dicis? non dicis: Mihi potius crede, quam Spiritui Dei et Deo loquenti ad Abraham? Quid ergo mihi dicis? Ille tradidit, et ille tradidit. De Evangelio recitas hoc, de Apostolo, de Prophetis? Discute omnes Scripturas, lege mihi hoc ex eis quibus credo; tibi enim non credo. Unde lecturus es? Hoc mihi pater meus, ait, hoc mihi avus meus, hoc mihi frater meus, hoc mihi episcopus meus. Sed hoc Abrahae Deus: *In semine tuo benedicentur omnes gentes.* Audit unus homo et credit, et fit in multis post multa tempora. Quando dictum est, creditur: quando impletum est, dubitatur? Hoc ergo dixit Moyses, dicant et Prophetae. Vide commercium emptionis nostrae. Christus pendet in ligno; vide quanto emit, et sic videbis quid emit. Empturus est aliquid; ipsum

cuánto valor es, y verás qué. Derramó la sangre, con su sangre compra, compra con la sangre del Cordero inmaculado, compra con la sangre del único Hijo de Dios. ¿Qué compró con la sangre del único Hijo de Dios? Aún ve de cuánto valor fue. El profeta dijo mucho antes de acontecer: *Taladraron mis pies y mis manos y contaron todos mis huesos.* Veo un gran precio, ¡oh Cristo! Vea también lo que compraste: *Recordarán, y se convertirán al Señor todos los confines de la tierra.* En uno y en el mismo salmo veo al comprador, el precio y la mercancía. El comprador es Cristo; el precio, la sangre; la mercancía, el orbe de la tierra. Oigamos las voces proféticas que contradicen a los litigantes herejes: he aquí la mercancía que compró mi Señor. En el salmo leo los títulos de posesión: *Recordarán, y se convertirán al Señor todos los confines de la tierra y se postrarán en su presencia todos los linajes de las gentes.* Ve al que pleitea, ve al que defiende el derecho: *Porque de El es el reino y El dominará las naciones:* el mismo Cristo, que compró, no Donato, que apostató. *Adorarán rectamente todas las naciones de gentiles ante su presencia.* ¿Por qué rectamente? *Porque de El es el reino, y El dominará a las naciones.* Esto lo dice Moisés, esto lo dicen los profetas y esto lo atestiguan miles de testimonios. ¿Quién enumerará los testimonios de la Iglesia difundida por todo el orbe? ¿Quién los enumerará? No hay tantos herejes que se opongan a la Iglesia como testimonios hay de la ley en favor de la Iglesia. ¿Qué página no dice esto? ¿Qué versillo no habla de esto? Todos levantan la voz en favor de la unidad del Señor, porque

aliquid nondum scis. Vide, vide quanti, et videbis quid. Sanguinem fudit, sanguine suo emit, sanguine Agni immaculati emit, sanguine unici Filii Dei emit. Quid emptum est sanguine unici Filii Dei? Adhuc vide quanti. Propheta dixit longe antequam fieret: *Foderunt manus meas et pedes meos, dinumeraverunt omnia ossa mea.* Magnum pretium video, Christe; videam quid emisti: *Commemorabuntur, et convertentur ad Dominum universi fines terrae.* In uno eodemque psalmo emptorem video, et pretium, et possesionem. Emptor Christus est, pretium sanguis, possessio orbis terrarum. Voces ipsas propheticas audiamus, contradicentes litigatoribus haereticis. Ecce possessio Domini mei. Ius lego in psalmo, *Commemorabuntur, et convertentur ad Dominum universi fines terrae, et adorabunt in conspectu eius universae patriae gentium.* Et vide iurgantem, vide ius defendentem: *Quoniam ipsius est regnum, et ipse dominabitur gentium* (Ps 21,17-18.28-29). Ipse qui emit Christus, non qui apostatavit Donatus. *Adorabunt:* recte, *adorabunt omnes patriae gentium in conspectu eius.* Quare recte? *Quoniam Domini est regnum, et ipse dominabitur gentium.* Illud Moyses, hoc Prophetae, et alia multa millia. Quis numerat testimonia de Ecclesia toto terrarum orbe diffusa? quis numerat? Non sunt tot haereses contra Ecclesiam, quot sunt testimonia Legis pro Ecclesia. Quae pagina non hoc sonat? quis versus non hoc loquitur? Omnia clamant pro unitate dominica, quia posuit fines Ieru-

puso la paz en las fronteras de Jerusalén. Tú, ¡oh hereje!, ladras contra estos testimonios. Con razón se dice en aquella ciudad lo que se consignó en el Apocalipsis: *¡Fuera los perros!* Tú ladras contra estos testimonios. ¿Desde dónde juzgaste al orbe terráqueo, según comencé a decir? ¿En qué tribunal? En el de la presunción de tu corazón. Elevado es el tribunal, pero ruinoso. Esto lo dijo Moisés, lo dijeron los profetas. ¡Y todavía no creen los que quieren ser tenidos por cristianos!

17. Cierto rico, al ser atormentado en los infiernos, deseó, porque se abrasaba entre las llamas, una gota de agua del dedo del pobre despreciado ante su puerta. Al no dársela, porque *se hará juicio sin misericordia al que no hizo misericordia;* al no dársela, dijo a Abrahán: *Padre Abrahán, envía a Lázaro a la tierra. Allí tengo cinco hermanos; les anuncie lo que aquí padezco, para que no vengan también ellos a este lugar de tormentos.* Pero ¿qué le contestó Abrahán? *Allí tienen a Moisés y a los profetas.* Mas él le replicó: *No, padre Abrahán; si alguno de los muertos resucita, le creerán.* Abrahán le contestó: *Si no oyen a Moisés y a los proetas, ni aun cuando alguno de los muertos resucite, le creerán.* ¿Para quiénes dijo: *Allí tienen a Moisés y a los profetas?* Para los que aún vivían, para los que aún contaban con un tiempo prolongado para corregirse, los cuales todavía no habían ido a aquellos lugares de tormento. *Tienen*—dice—*allí a quiénes oír: a Moisés y a los profetas.* No los creen; *mas creerán si alguno de los muertos resucita. Si no oyen a Moisés y los profetas, ni aun cuando alguno de los muertos resucite,*

salem pacem. Tu contra ista latras, haeretice! Unde merito dicitur in illa civitate, quod scriptum est in Apocalypsi, *Canes foras* (Apoc 22,15). Tu contra ista latras. Unde iudicasti de orbe terrarum, ut dicere coeperam? quo tribunali? Praesumptione videlicet cordis tui. Altum tribunal, sed ruinosum. Dixit hoc Moyses, dixerunt hoc Prophetae; et nondum credunt, qui se christianos videri volunt!

17. Torquebatur quidam dives apud inferos, desideravit aquae stillam de digito contempti ante ianuam suam pauperis, quoniam urebatur in flammis. Et cum ei non daretur, quia *iudicium sine misericordia illi qui non fecit misericordiam;* cum ergo ei non daretur, dixit ad Abraham: *Pater Abraham, mitte Lazarum. Habeo ibi quinque fratres; annuntiet eis quae hic patior, ne et ipsi veniant in locum hunc tormentorum.* Et quid illi Abraham? *Habent illic Moysen et Prophetas.* Et ille: *Non, pater Abraham; sed si quis ex mortuis resurrexerit, credent.* Et Abraham: *Si Moysen,* inquit, *et Prophetas non audiunt, nec si quis a mortuis resurrexerit, credent* (Lc 16,19.31). De quibus dixit, *Habent ibi Moysen et Prophetas?* De his utique qui adhuc vivebant, quibus adhuc tempus correctionis largum erat, qui nondum venerant in loca illa tormentorum. *Habent ibi,* inquit, *quos audiant, Moysen et Prophetas.* Non credunt his, *sed si quis a mortuis resurrexerit, credent. Si Moysen et Prophetas non audiunt, nec si quis a mortuis resurrexerit, credent.* Sententia Abra-

le creerán. Es máxima de Abrahán, sentencia proferida por Abrahán. ¿En dónde y desde dónde? Desde cierto lugar sublime y lleno de paz y felicidad visto al elevar los ojos por aquel que era atormentado entre las llamas cuando vio en su seno, es decir, en su lugar secreto, al pobre gozando felizmente; por lo que se profirió esta sentencia. Ve desde qué tribunal. Allí mora Dios, porque Dios mora en sus santos. Por esto suspira el Apóstol y dice: *Deseo morir y estar con Cristo; esto es mucho más ventajoso.* Y el Señor dice al ladrón: *Hoy estarás conmigo en el paraíso.* Luego Dios con Abrahán y morando en Abrahán pronunció esta sentencia: *Allí tienen a Moisés y a los profetas; si no les oyen a ellos, tampoco creerán a alguno que resucite de entre los muertos.* ¡Oh herejes!, tenéis aquí a Moisés y a los profetas. Aún vivís, aún podéis oír; aún se os concede la corrección y deponer la animosidad. Se os otorga aún poseer la verdad. Debatid con vosotros si deben ser oídos Moisés y los profetas, que ofrecieron tantos testimonios de fe, pues veis que transcurren los acontecimientos humanos como fueron predichos por ellos. ¿Por qué dudáis creer todavía a Moisés y a los profetas? ¿Por qué dudáis oírles? ¿O por ventura pedís que se levante El de entre los muertos y os hable de su Iglesia? El rico pidió, estando en los infiernos, que fuese enviado a sus hermanos algún resucitado de entre los muertos; y fue censurado por tal petición, puesto que debían contentarse con Moisés y los profetas. El pidió en vano, amonestándoos con el ejemplo a que no pidáis inútil y tardíamente y seáis atormentados como él. Oíd

hae est. Abrahae sententia ubi, et unde? De quodam excelso loco, et pleno quietis et felicitatis, quem vidit ille, qui cruciabatur in flamma, levatis oculis suis; quando in eius gremio, id est in eius secreto, vidit pauperem feliciter exsultantem: inde prolata est ista sententia. Vide de quo tribunali. Ibi enim habitat Deus, quia in sanctis habitat Deus. Unde optat Apostolus et dicit, *Dissolvi et esse cum Christo, multo magis optimum* (Phil 1,23): et latroni illi dicitur, *Hodie mecum eris in paradiso* (Lc 23,43). Ergo Dominus cum Abraham et in Abraham manens dixit istam sententiam: *Habent ibi Moysen et Prophetas; si* illos *non audiunt, neque si aliquis a mortuis resurrexerit, credent ei.* O haeretici!, habetis hic Moysen et Prophetas: adhuc vivitis, adhuc potestis audire, adhuc licet corrigi, animositatem frenare; veritatem tenere adhuc conceditur: disceptate vobiscum utrum audiendus sit Moyses et Prophetae, qui fidei suae testimonia tanta exhibuerunt; cum videamus sic currere res humanas, ut ab ipsis praedictae sunt. Quid dubitatis adhuc credere Moysi et Prophetis? quid dubitatis audire? An forte quaeritis resurgentem a mortuis, utrum et ipse vobis dicat de Ecclesia sua? Quaesivit hoc dives apud inferos, aliquem mitti ex mortuis ad fratres suos: reprehensus est quia hoc quaesivit: sufficere debuerunt fratribus eius Moyses et Prophetae. Ad hoc ille frustra quaesivit, ut vos iam exemplo admoniti, ne frustra et sero quaerentes, sicut ille torqueamini. Audiatis Moysen et Prophetas.

a Moisés y a los profetas. ¿Qué dijo Moisés? *En tu linaje serán bendecidas todas las gentes.* ¿Qué dijeron los profetas? *Recordarán, y se convertirán al Señor todos los confines de la tierra.* ¿Aún me dirás: "Resucite alguno de entre los muertos; yo no creeré si no viniere alguno de allí que me hable"? ¡Oh Señor!, gracias por tu misericordia, pues quisiste morir para que se levantase alguno del sepulcro; y el mismo alguno no fue cualquiera, sino la Verdad. Esta, al levantarse del sepulcro, diría la verdad, y la hubiera dicho aunque no hubiera bajado al infierno. Sin embargo, por los gritos de los perversos indoctos, he aquí que murió y se levantó del sepulcro. ¿Qué dices, hereje? ¿Qué dices? "Ahora te oiré." Ya no hay lugar a ninguna de tus excusas. Pues, si pronuncias las palabras del rico que se hallaba en los infiernos, Cristo resucitó de entre los muertos. ¿Te dignarás, con todo, oírle? Ve que, haciéndote semejante al rico muerto, tú, viviendo, le deseabas; pues bien, resucitó de entre los muertos; no tu padre, no tu abuelo, no aquellos que infamaron a no sé quiénes con el nombre de traidores. Pero supongamos que no les infamaron, que dijeron verdad. ¿Quieres ver lo poco que me importa todo esto? Oigamos juntos lo que dijo el que resucitó de entre los muertos. ¿A qué me detengo en más explicaciones? Oigamos, se abra ya el Evangelio, se lea lo que se hizo como si ahora se hiciese; pongamos ante nuestros ojos los hechos pasados para seguridad de los futuros. Ved que Cristo resucitó de entre los muertos y se presentó a sus discípulos. Ved su casamiento; El es el Esposo, la esposa es la Iglesia. Ved al Esposo, que se creía muerto, perecido, destruido; he aquí que re-

Quid dixit Moyses? *In semine tuo benedicentur omnes gentes.* Quid dixerunt Prophetae? *Commemorabuntur, et convertentur ad Dominum universi fines terrae.* Adhuc mihi dicturus es: Surgat aliquis ex mortuis; ego non credo, nisi aliquis inde venerit, et dixerit? O Domine!, gratias misericordiae tuae: voluisti mori, ut aliquis ab inferis surgeret; et ipse aliquis, non quicumque, sed Veritas surrexit ab inferis. Qui verum de inferis diceret, etsi ad inferos non veniret; tamen propter voces imperitorum malorum, ecce ipse mortuus est, ecce resurrexit ab inferis. Quid dicis, haeretice? quid dicis? Modo te audiam, finitae sunt omnes excusationes tuae; etsi verba diceres, divitis apud inferos constituti, surrexit a mortuis Christus: dignaris vel ipsum audire? Ecce quod forte similis diviti mortuo vivus desiderabas, surrexit ab inferis: non pater tuus, non avus tuus, non illi surrexerunt qui nescio quos nomine traditionis infamaverunt. Sed ecce non infamaverunt, verum dixerunt; vis nosse quam nihil ad me? Audiamus simul quid dixerit qui surrexit ab inferis. Quid pluribus immorer? Audiamus, iam aperiatur Evangelium, legatur quod factum est tanquam fiat: ponantur ante oculos nostros gesta praeterita, propter cavenda futura. Ecce Christus surgens a mortuis, ostendit se discipulis suis. Nuptiae ipsius; ipse sponsus, Ecclesia sponsa. Ecce sponsus qui dicebatur mortuus, absumptus, finitus; ecce integer resurrexit, ecce ostenditur oculis discipulorum, ecce praebetur contrectan-

sucitó íntegro; ved que se mostró a los ojos de sus discípulos; ved que se ofrece a ser tocado con las manos; ved que palparon las cicatrices, las cuales, perdida la esperanza, se convirtieron en heridas de amor. Se presentó a sus ojos para que le viesen, y a sus manos para que le palpasen; con todo, piensan que es espíritu; dudaron, pues, de su salud. Los exhorta, los confirma en la fe, diciéndoles: *Palpad y ved, que el espíritu no tiene carne ni huesos, conforme me veis a mí que los tengo.* Tocan, se gozan, se azoran, y *aún dudaban de gozo,* pues así está escrito. Las cosas que causan demasiado deleite, aunque sean ciertas, apenas se creen. La duda de un remiso creyente engendra el deseo de poseer. Es preciso que el hombre se alegre sobremanera cuando se presenta aquello de lo que desconfiaba. Para engendrar y aumentar este gozo no quiso que se le reconociera al instante. Veló los ojos de dos discípulos suyos, de los que encontró en el camino conversando entre sí desconfiadamente y diciendo: *Nosotros esperábamos que El fuese el redentor de Israel.* Habían creído esto, mas ya no lo creían. Ya habían perdido la esperanza, y, sin embargo, Cristo estaba con ellos; pero el que se les juntó les devolvió la esperanza. Más tarde, después de haberle conocido en la fracción del pan y de haberse aparecido a otros discípulos suyos, dijo cuando creían que era un espíritu: *Palpad y ved, porque el espíritu no tiene ni carne ni huesos, como me veis a mí que los tengo.* Y como todavía dudasen en fuerza del gozo, les dice: *¿Tenéis aquí algo de comer?* Lo tomó, lo bendijo, lo comió y se lo dio a ellos. Ha quedado patente la realidad de su cuerpo y destruida toda sospecha de falsedad. ¿Qué dice después? *¿Igno-*

tibus manibus, ecce tetigerunt cicatrices, quae desperatae sunt vulnera. Exhibuit se oculis eorum videndum, manibus contrectandum: putant spiritum esse; desperaverunt enim de salute sua. Exhortatur eos, confirmat in fide: *Palpate, et videte, quia spiritus carnem et ossa non habet, sicut me videtis habere.* Tangunt, gaudent, trepidant. *Et cum adhuc trepidarent prae gaudio;* sic habes scriptum. Etsi certa sunt, quae multum laeta sunt vix creduntur. Dubitatio quaedam veluti tardius credentis, condit voluntatem tenentis. Necesse est ut plus homo gaudeat, cum venerit quod desperaverat. Nam ad ipsum gaudium condiendum et augendum, noluit se statim cognosci. Tenuit visus discipulorum suorum, illorum duorum quos invenit in via colloquentes iam in desperatione, et dicentes: *Nos autem sperabamus quia ipse esset redempturus Israel.* Putaverant hoc, iam non putabant. Iam spes cum eis non erat, et Christus cum eis erat: sed qui se reddidit, et spem reduxit. Postea ergo dixit, posteaquam eum illi in panis fractione cognoverunt, et obtulit se aliis discipulis suis, cum putarent spiritum esse, *Palpate et videte, quia spiritus carnem et ossa non habet, sicut me videtis habere.* Et cum adhuc prae gaudio trepidarent: *Habetis hic,* ait, *quod manducetur?* Accepit, benedixit, manducavit, et dedit eis. Expressa est veritas corporis, ablata est omnis suspicio falsitatis. Quid deinde? *Non sciebatis quia oportebat impleri omnia quae scripta sunt in Lege Moysi et Prophetis*

rabais que convenía se cumpliesen todas las cosas que se escribieron sobre mí en la ley de Moisés, en los profetas y en los salmos? Y como ellos creían a Moisés y a los profetas, era cierto lo que dijo Abrahán: *Si no oyen a Moisés y a los profetas, no creerán a ninguno que se levante de entre los muertos.* Luego porque creían a Moisés y a los profetas y no eran de aquellos que reprendió Abrahán, oyeron lo que dice el Señor: *¿Ignorabais que convenía se cumpliesen todas las cosas que se escribieron de mí en la ley de Moisés, en los profetas y en los salmos?* Ved que quienes creyeron a Moisés y a los profetas, por el testimonio de éstos creen a Aquel que resucitó de entre los muertos. *Entonces les esclareció la mente para que entendiesen las Escrituras; y les dijo que así se escribió, y así convenía que Cristo padeciese y resucitase de entre los muertos al tercer día.*

18. Ya tienes al Esposo de la Iglesia. Con todo, no dejaron de decir Moisés y los profetas que Cristo resucitaría al tercer día de entre los muertos, que padecería y resucitaría. Se nos describió al Esposo para que no nos equivocásemos. Hay algunos que, como no erramos sobre el Esposo y a ellos les parecen ciertas las cosas que creemos de El, sin embargo, para apartarnos de los miembros de El, nos dicen: "Ciertamente el Esposo en quien creéis es el mismo en quien nosotros creemos, pero la esposa no es la Iglesia que tenéis." "¿Cuál es entonces?" "El partido o la porción de Donato." "Esto es lo que tú dices. ¿Pero lo dices tú o el Esposo? ¿Lo dices tú o Dios por Moisés?" "Ve que yo tengo la Iglesia descrita por Moisés, puesto que se dijo por El: *En tu linaje serán ben-*

et Psalmis de me? Et quia illi credebant Moysi et Prophetis: verum enim erat quod dixit Abraham, *Si Moysen et Prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent:* quia ergo credebant Moysi et Prophetis, et non erant de ipsis quos reprehendit Abraham, audierunt quod ait Dominus, *Non sciebatis quia oportebat impleri omnia quae scripta sunt in Lege Moysi et Prophetis et Psalmis de me?* Ecce qui crediderunt Moysi et Prophetis, videte quemadmodum ex ipsorum testimonio credunt ei qui surrexit a mortuis: *Tunc aperuit illis sensum, ut intelligerent Scripturas; et dixit eis, Quoniam sic scriptum est, et sic oportebat Christum pati, et a mortuis resurgere tertia die.*

18. Habes iam sponsum Ecclesiae. Et non hinc tacuit Moyses, non hinc tacuerunt Prophetae, Christum resurrecturum a mortuis tertia die; passurum, resurrecturum. Descriptus est nobis sponsus, ut non erremus. Sed nescio qui existunt, et quia non erramus in sponso, et ipsi videntur ea quae et nos credere de sponso, ut a membris sponsi nos avocent, dicunt nobis: Ipse est quidem sponsus quem creditis, quem et nos credimus: sed sponsa non est ipsa Ecclesia quam tenetis. Et quae illa est? Pars Donati. Et hoc est quod tu dicis: hoc tu dicis, an sponsus? Tu dicis, an Deus per Moysen? Ecce per Moysen Ecclesiam teneo: dictum est a Moyse, *In semine tuo benedicentur omnes gentes.* Tu dicis, an Spiritus Dei per Prophetas? Ecce per Prophetas Ecclesiam teneo:

decidas todas las gentes." "¿Lo dices tú o el Espíritu de Dios por los profetas?" Ve que tengo la Iglesia descrita por los profetas: *Recordarán, y se convertirán al Señor todos los confines de la tierra.* He aquí que ya tengo el testimonio de la ley y el de los profetas. Oigamos también a Aquel que resucitó de entre los muertos. Se declaró esposo, le tenemos por tal. Lo confirmó demostrándolo, aduciendo testimonios. Esto dijeron Moisés y los profetas de mí: *Convenía que Cristo padeciese y resucitase al tercer día.* Luego como ambos tenemos al Esposo debido a estas palabras, y, por tanto, creo que ya comienzas a creer conmigo por las palabras de Moisés y los profetas, creamos también al que resucitó de entre los muertos. Prosiga y hable. ¡Oh Señor!, ya veo a Cristo esposo; es un hecho. Pero para que no me aparte alguno de los miembros de tu Esposa, no siendo tú mi Cabeza si yo no me encuentro entre tus miembros, dime algo también de la Iglesia, puesto que ya no dudo de su Esposo. Oye también algo de la Iglesia, pues prosigue y dice que *sea predicada en su nombre la penitencia y el perdón de los pecados.* Ninguna cosa más cierta que el haber sido predicada en su nombre la penitencia y el perdón de los pecados. Pero ¿en dónde? Unos dicen: *Ved aquí;* otros: *Ved allí.* Pero El, ¿qué dice? *No lo creáis; se levantarán falsos cristianos y falsos profetas, y dirán: "Ved que está aquí, ved que está allí."* No dirán de la Cabeza: "Ved que está aquí, ved que está allí", pues es sabido que Cristo está en el cielo, sino de la Iglesia, en donde está Cristo, que dice: *Yo estaré con vosotros hasta la consumación de los siglos.* El Señor dice: *No lo creáis.* Luego el que dice: "Ved, aquí está;

tentis omnia ista, quae perturbato aere concitantur, hic fieri in ista mundi parte infima. Propterea ad ista caliginosa, id est ad hunc aerem, tanquam ad carcerem, damnatus est diabolus, de apparatu superiorum Angelorum lapsus cum angelis suis: nam Apostolus hoc de illo dicit, *Secundum principem potestatis aeris huius, qui nunc operatur in filiis diffidentiae* (Eph 2,2). Et alius apostolus dicit, *Si enim Deus angelis peccantibus, non pepercit, sed carceribus caliginis inferni retrudens, tradidit iudicio puniendos servari* (2 Petr 2,4): infernum hoc appellans, quod inferior pars mundi sit. Noli enim cogitare quid accepit diabolus, sed quid perdidit. Omnia ergo ista videtis qualia sunt, mutabilia, turbata, terribilia, corruptibilia: tamen habent locum suum, habent ordinem suum, implent et ipsa universi pulchritudinem pro modo suo, et ideo laudant Dominum. Conversus ergo ad illa, tanquam exhortans et ipsa; imo exhortans nos, ut eorum consideratione laudemus Dominum (sic enim laudant Deum, cum considerata pariunt laudem Dei), coepit dicere, *Laudate Dominum de terra, dracones et omnes abyssi.* Dracones circa aquam versantur, de speluncis procedunt, feruntur in aera; concitatur propter eos aer: magna quaedam sunt animantia dracones, maiora non sunt super terram. Propterea inde coepit dicere, *Dracones et omnes abyssi.* Sunt autem speluncae aquarum latentium, unde fontes, unde flumina procedunt; et alia procedunt, ut fluant super terram, alia occulte

para correr sobre la tierra, otras corren ocultamente debajo de ella; pues bien, todo esto y toda esta naturaleza húmeda de las aguas, junto con el mar y este aire bajo, en donde viven los dragones y alaban a Dios, se llama abismo o abismos. Pero ¿qué? ¿Acaso pensamos que los dragones forman coros y alaban a Dios? No hay tal cosa. Sino que, pensando vosotros en los dragones y atendiendo a su Artífice, a su Creador, cuando os admiráis de los dragones y decís: "Grande es Dios, que hizo estos seres", los dragones, por medio de vuestras palabras, alaban a Dios. *Los dragones y todos los abismos.*

10 [v.8]. *El fuego, el granizo, la nieve, la helada, la tempestad, que ejecutan su palabra.* ¿Por qué se añadió aquí *que ejecutan su palabra?* Muchos necios, incapaces de contemplar y discernir la criatura, que, bajo la voluntad y mandato de Dios, ejecuta sus propios movimientos en sus propios lugares y estado, juzgaron que Dios gobierna los seres superiores, pero que desdeña, desecha, abandona a los inferiores, de suerte que no se preocupa de ellos ni los gobierna ni rige; sino que se rigen por el acaso, como pueden y por donde pueden. Por lo mismo, les inquieta lo que a sí mismos se dicen; pero que no te lo digan a ti, no sea que oyendo consientas cuando dicen estas cosas, que son blasfemias execrables hechas a Dios; por ejemplo: "Si Dios lloviese, ¿llovería sobre el mar? ¿En dónde está?—dicen—su providencia. En Getulia no llueve, y llueve sobre el mar." Estos creen que exponen con el mayor ingenio; pero ha de decírseles: "Getulia siente sed, y tú no la sientes." Bueno sería que

subter eunt: et totum hoc, atque omnis ista humida natura aquarum, simul cum mari et isto infimo aere, abyssus vel abyssi vocantur, ubi vivunt dracones et laudant Deum. Quid? putamus quia choros faciunt dracones, et laudant Deum? Absit. Sed vos considerantes dracones, attendite artificem draconum, creatorem draconum; et cum miramini dracones, et dicitis, Magnus Deus qui haec fecit, dracones laudant Deum de vocibus vestris: *Dracones et omnes abyssi.*

10 [v.8]. *Ignis, grando, nix, glacies, spiritus tempestatis, quae faciunt verbum eius.* Quare hic addidit, *quae faciunt verbum eius?* Multi stulti non valentes contemplari et discernere creaturam locis suis et ordine suo, sub nutu et iussu Dei agentem motus suos, visum est illis quia superiora omnia Deus gubernat, inferiora vero despicit, abiicit, deserit, ut nec curet ista, nec gubernet, nec regat; sed casibus regantur, quomodo posunt, qua possunt: et movent illos quae dicunt aliquando sibi (sed non dicant tibi, id est, ne audiendo consentias quando ista dicunt; blasphema enim sunt et exsecrabilia Deo), Si Deus plueret, numquid plueret in mare? Qualis, inquiunt, providentia? Getulia sitit, et mare compluitur. Acute sibi videntur tractare: quibus dicendum est hoc, Getulia vel sitit; tu, nec sitis. Bonum enim erat ut diceres Deo: *Anima mea velut terra sine aqua tibi* (Ps 142,6). Quod alio loco aperte dicitur: *Sitivit tibi anima mea, quam multipliciter tibi et caro mea* (Ps 62,2).

dijese a Dios: *Mi alma para ti como tierra sedienta,* lo que en otro lugar se dice clarísimamente: *Mi alma tiene sed de ti y mi carne (te desea) de muchas maneras;* y el Señor en el Evangelio dice también: *Bienaventurados los que tienen hambre y sed de justicia, porque ellos serán saciados.* Pero el que pone en tela de juicio estas cosas, ya se encuentra saciado, y, juzgándose docto, no quiere aprender, y, por lo mismo, no siente sed. Porque, si sintiese sed, querría aprender, y vería que por la providencia de Dios se hace todo en la tierra, y se admiraría de la ordenación de los miembros de la pulga. Atienda vuestra caridad. ¿Quién ordenó los miembros de la pulga y del mosquito en tal disposición, con vida y movimiento propio? Contempla al animal más pequeño y menudísimo que quieras, y considera la disposición de sus miembros y la vida que tiene, por la cual se mueve: por sí mismo huye de la muerte, ama la vida, anhela el placer, evita las molestias, ejercita diversas facultades y se vigoriza con un adecuado movimiento. ¿Quién dio el aguijón al mosquito, con el que chupa la sangre? ¡Qué trompa más fina es aquella por la que sorbe! ¿Quién ordenó, quién hizo estas cosas? Te admiras ante los seres pequeñísimos; alaba al Grande. Retened esto, hermanos míos; nadie os arranque la fe, la sana doctrina. El que hizo en el cielo al ángel, hizo en la tierra al gusanillo; al ángel en el cielo, apto para la morada celeste; al gusanillo en la tierra, para la morada terrestre. ¿Por ventura hizo al ángel andar en el cieno, y al gusanillo en el cielo? Distribuyó los habitantes en adecuadas moradas: dio incorrupción a las moradas incorruptibles, y seres corruptibles a las moradas corruptibles. Atiende a

Et Dominus in Evangelio: *Beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur* (Mt 5,6). Iste enim iam saturatus est, qui talia disputat; quasi sibi doctus videtur, nec vult discere, ideo non sitit. Nam si sitiret, vellet discere; et inveniret quia totum Dei providentia fit in terra; et miraretur disposita etiam membra pulicis. Attendat Charitas vestra. Quis disposuit membra pulicis et culicis, ut habeant ordinem suum, habeant vitam suam, habeant motum suum? Unam bestiolam brevem, minutissimam considera, quam volueris. Si consideres ordinem membrorum ipsius, et animationem vitae qua movetur; ut pro se fugit mortem, amat vitam, appetit voluptates, devitat molestias, exserit sensus diversos, viget in motu congruo sibi! Quis dedit aculeum culici, quo sanguinem sugat? Quam tenuis fistula est qua sorbet! Quis disposuit ista? quis fecit ista? Expavescis in minimis; lauda magnum. Hoc itaque tenete, fratres mei; nemo vos de fide excutiat, et de sana doctrina. Qui fecit in caelo angelum, ipse fecit in terra vermiculum: sed angelum in caelo pro habitatione caelesti, vermiculum in terra pro habitatione, terrestri. Numquid angelum fecit repere in caeno, et vermiculum in caelo? Distribuit sedibus habitatores; incorruptionem incorruptis sedibus dedit, corruptibilia corruptibilibus locis. Totum attende, totum lauda. Qui ergo disposuit membra vermiculi, non gubernat nubes? Et quare in mare

todo, alaba a todo. El que ordenó los miembros de los gusanillos, ¿no gobierna las nubes? ¿Por qué llueve en el mar? ¿Acaso no hay en el mar seres que se alimentan de la lluvia? ¿No hizo allí peces, no hizo allí otros animales? Considerad que los peces van en busca de agua dulce. "¿Por qué—dice—llueve para los peces, y para mí no llueve algunas veces?" Para que pienses que estás en la región del desierto y en la peregrinación de la vida, y así te produzca amargura la vida presente para que anheles la futura, o para que seas castigado, y te corrijas y te reformes. ¿Cómo distribuye las cosas propias de cada región? Ved que hemos hablado de la provincia de Getulia; pues bien, aquí llueve y se da el trigo casi durante todo el año, aquí no puede conservarse el trigo, pronto se corrompe, pero se da durante todo el año; allí se da con menos frecuencia, pero en gran cantidad, y se conserva por mucho tiempo. ¿Piensas acaso que allí Dios no se preocupa de los hombres, o que allí, según su regocijo, no alaban y glorifican a Dios? Toma a un gétulo, establécele en esta amena arboleda, y verás que quiere huir de aquí y volver a la desierta Getulia. Luego Dios ordenó y distribuyó a todos los lugares, regiones y tiempos sus propias cosas. Prolijo es enumerar la gran sabiduría que contienen todas las cosas. ¿Quién podrá ponerla de manifiesto? Sin embargo, los que tienen ojos ven en ella muchas cosas, y cuando las ven se complacen; cuando se complacen alaban, no a ellas, sino a Aquel que hizo el cielo y la tierra; y así, todas las cosas alaban a Dios.

11. Considerando estas cosas, el espíritu del profeta, después de haber nombrado el fuego, el granizo, la nieve, la helada

pluit? Quasi non sint in mari, quae alantur pluvia; quasi non ibi fecit pisces, quasi non ibi fecit animalia. Attendite quomodo currunt pisces ad aquam dulcem. Et quare, inquit, pisci pluit, et mihi aliquando non pluit? Ut cogites te in regione esse deserti, et in peregrinatione vitae; et amarescat tibi vita praesens, ut futuram desideres; aut ut flagelleris, et corripiaris, et corrigaris. Quomodo autem distribuit propria regionum? Ecce, quia de Getulia locuti sumus, pluit hic prope omni anno, et omni anno dat frumentum: servari hic frumentum non potest, cito corrumpitur; quia omni anno datur: ibi, quia raro, et multum datur, et diu servatur. Sed forte putas quia ibi deserit Deus homines, aut non ibi secundum iucunditatem suam et laudant et glorificant Deum? Apprehende inde Getulum, pone inter istas arbores amoenas; fugere hinc vult, et redire ad nudam Getuliam. Omnibus ergo Deus locis, regionibus, temporibus, sua quaeque distribuit et ordinavit. Et longum est commemorare diligentiorem considerationem omnium rerum. Quis illam explicat? Tamen qui oculos habent, multa ibi vident: cum viderint, placent; cum placuerint, laudantur, non tanquam ipsa, sed ille qui fecit: ita omnia laudabunt Deum.

11. Haec considerans spiritus Prophetae, cum dixisset, *Ignis, grando, nix, glacies, spiritus tempestatis,* quae omnia turbata videntur quibusdam

y la tempestad, cosas que a ciertos necios les parecen desordenadas y como suscitadas por el acaso, añadió *que ejecutan su palabra.* No te parezca que se suscitan por el acaso las cosas que obedecen en todos sus movimientos a la palabra de Dios. En donde Dios quiere se producen las nubes y el fuego, ya lleven consigo lluvia, nieve o granizo. Pero ¿por qué hieren los rayos algunas veces los montes y no matan a los ladrones? Todo lo que puedo decir, explicando por qué Dios hiera a los montes y no mate al ladrón, según la capacidad de mi mente y en cuanto Dios me conceda, y los de mayor capacidad conocerán cosas más sublimes y entenderán más ampliamente, y ojalá os conceda Dios percibir más de lo que digo, pero con templanza y sin soberbia, puedo decir, según mi capacidad, que acontece porque quizá espera aún la conversión del pecador. Y, por lo tanto, hiere al monte que no teme a fin de que se cambie el hombre que teme, pues también tú alguna vez, cuando castigas, hieres la tierra para que se atemorice el niño. Otras veces hiere al hombre que quiere. Pero me dice: "Ve que hiere al inocente y deja libre al perverso." No te extrañes; la muerte, de cualquier parte que provenga, es buena para el piadoso. ¿Cómo sabes la pena que se reserva a aquel criminal en el secreto de Dios si no quisiere cambiar de vida? ¿No hubieran preferido ser abrasados por el rayo aquellos a quienes se les dirá al fin: *Id al fuego eterno?* Lo interesante es ser inocente. Pues ¿qué? ¿Es un mal morir en un naufragio, y un bien morir por la fiebre? Ya se muera por esta o la otra causa, investiga quién fue el que murió

stultis, et quasi casibus agitari, addidit, *Quae faciunt verbum eius.* Non tibi ergo videantur casibus moveri, quae verbo Dei in omni motu suo deserviunt. Quo vult Deus, illuc ignis, illuc fertur nubes, sive pluviam, sive nivem, sive grandinem portet. Et quare aliquando percutiunt montem fulmina, et non pecutiunt latronem? Quodcumque possum dicere pro captu mentis meae, quantum Deus donare dignatur: maiores maiora noverint, et amplius intelligant; et det vobis Deus plus sapere quam dico, tamen cum temperantia, sine superbia: possum ergo pro modulo meo dicere quare percutiant montem, et non percutiant latronem: quia forte adhuc latronis, conversionem quaerit; et ideo percutitur mons qui non timet, ut mutetur homo qui timet. Aliquando et tu, cum das disciplinam, terram feris, ut infans expavescat. Et aliquando ferit et quem vult hominem. Sed dicis mihi: Ecce ferit innocentiorem, et dimittit sceleratiorem. Noli mirari: undecumque mors pio bona est. Unde autem scis illi sceleratiori, si se mutare noluerit, quid poenarum in occulto servetur? Nonne mallent fulmine incendi, quibus in fine dicetur: *Ite in ignem aeternum?* (Mt 25,41). Opus est innocens sis. Quid enim? malum est mori naufragio, et bonum est mori febre? Sive inde, sive inde moriatur, quaere qualis sit qui moritur; quo post mortem iturus est, non unde de vita exiturus. Quacumque occasione, hinc exituri sumus, Quibus exitibus martyres exire meruerunt? numquid febribus, quomodo multi optant ut

y a dónde ha de ir después de la muerte, no por qué causa murió. Cualquiera que sea el motivo, hemos de morir. ¿Con qué clase de muerte merecieron morir los mártires? ¿Acaso con la muerte debida a la fiebre, conforme desean muchos morir? Unos murieron a golpe de espada, otros por el fuego, otros por las bestias. Las bestias devoraron los cuerpos de los mártires; ellos no temieron que pereciesen sus cuerpos. Dios, para quien están contados nuestros cabellos, devolverá de cualquier parte a la vida los cuerpos de sus santos. Cuando quiso libró del fuego a los tres jóvenes. Pero ¿acaso abandonó en el fuego a los Macabeos? A los primeros los libró claramente, a los segundos los coronó ocultamente. Dios sabe lo que hace. Tú teme y sé bueno. De donde El quiera sacarte del mundo, te encuentre preparado. Eres inquilino, no dueño de la casa. Se te arrendó la casa. Esta casa se te alquiló, no se te donó. Aunque no quieras, saldrás de ella, pues no la recibiste en arriendo con tal condición que fijases tú el tiempo. ¿Qué dijo tu Señor? Cuando quisiere El decir: "Emigra, estate preparado. Te echo de la hospedería, pero te doy la casa; en la tierra eres inquilino, en el cielo dueño."

12. Luego todo lo que acontece aquí contra nuestra voluntad, debéis saber que acontece por voluntad de Dios, por su providencia, por su disposición, por su querer, por su ordenación; y, si nosotros no entendemos por qué haga esto o aquello, lo atribuyamos a su providencia, que no hace nada sin causa, y no blasfememos. Pues cuando comenzáremos a discutir sobre las obras de Dios y a decir: "¿Por qué hace esto o aquello?; no debió obrar así; hizo esto mal", ¿en dónde está la alabanza de

febre solvantur? Alii uno ictu gladii, alii ignibus, alii bestiis. Et devoraverunt bestiae corpora martyrum, et non timuerunt ne perirent corpora ipsorum. Undique enim Deus reducet corpora sanctorum suorum, cui capilli nostri numerati sunt (ib. 10,30). Et quando voluit, tres pueros ab igne liberabit (Dan 3,24.93): numquid ideo Machabaeos in igne deseruit? (2 Mach 7). Illos aperte liberavit, istos occulte coronavit. Novit igitur Deus quid agat. Tu time, et bonus esto. Undecumque voluerit ut exeas hinc, paratum te inveniat. Inquilinus enim es (Ps 118,19), non possessor domus. Locata est enim tibi domus; domus ista tibi locata est, non donata; etsi nolis, migrabis: et non eam tali conditione, accepisti, ut quasi tempora certa tibi sint. Quid dixit Dominus tuus? Quando voluero, cum dixero, Migra; paratus esto. Expello te de hospitio, sed dabo domum: inquilinus es in terra, eris possessor in caelo.

12. Quidquid ergo hic accidit contra voluntatem nostram, noveritis non accidere, nisi de voluntate Dei, de providentia ipsius, de ordine ipsius, de nutu ipsius, de legibus ipsius: et si nos non intelligimus quid quare fiat, demus hoc providentiae ipsius, quia non fit sine causa, et non blasphemabimus. Cum enim coeperimus disputare de operibus Dei, Quare hoc, quare illud; et, Non debuit sic facere, male fecit hoc: ubi est laus Dei? Perdidisti Alleluia. Omnia sic considera, quomodo placeas Deo, et

Dios? Desapareció el *aleluya.* Considera en todas las cosas cómo agrades a Dios y alabes al Creador. Si tú entras por casualidad en una fragua, quizá no te atrevas a vituperar los fuelles, los yunques, los martillos. Sin embargo, preséntame un hombre ignorante que desconoce en absoluto para qué sirve aquello, y todo lo vitupera. Mas, si carece de la pericia del herrero, pero tiene a lo menos prudencia de hombre, ¿qué se dice? "Los fuelles no están colocados en este lugar sin motivo; el artífice lo sabe, aunque yo lo ignoro." No se atreve a censurar en la fragua al herrero, ¿y se atreverá a vituperar en el mundo a Dios? Luego así como el fuego, el granizo, la nieve, la helada y la tempestad ejecutan su palabra, del mismo modo todas las cosas que parecen a los vanos que se hacen inconsideradamente en la naturaleza de las cosas, ejecutan únicamente la palabra de Dios, porque sólo obran por su mandato.

13 [v.9-12]. Después dice que alaben al Señor *los montes y todos los collados, los árboles frutales y todos los cedros, las bestias y todos los animales del campo, los reptiles y las aves aladas.* A continuación se dirige a los hombres y añade: (Le alaban) *los reyes de la tierra y todos los pueblos, los próceres y todos los jueces del orbe, los jóvenes y las vírgenes, los ancianos junto con los niños alaben el nombre del Señor.* Ya se expuso y explicó la alabanza del cielo y de la tierra.

14 [v.13]. *Porque sólo su nombre es excelso.* Ningún hombre intente ensalzar su propio nombre. ¿Quieres ser ensalzado? Sométete a Aquel que no puede ser humillado. *Sólo su nombre es excelso.*

laudes artificem. Quia si intrares forte in officinam fabri ferrarii, non auderes reprehendere folles, incudes, malleos. Et da imperitum hominem nescientem quid quare sit, et omnia reprehendit. Sed si non habeat peritiam artificis, et habeat saltem considerationem hominis, quid sibi dicit? Non sine causa hoc loco folles positi sunt; artifex movit quare, etsi ergo non novi. In officina non audet vituperare fabrum; et audet reprehendere in hoc mundo Deum! Ergo, quemadmodum *ignis, grando, nix, glacies, spiritus tempestatis, quae faciunt verbum eius;* sic omnia quae vanis videntur in rerum natura temere fieri, non faciunt nisi verbum eius, quia non fiunt nisi iussu eius.

13 [v.9-12]. Deinde dicit, ut Dominum laudent: *Montes et omnes colles, ligna fructifera et omnes cedri; bestiae et omnia pecora, reptilia et volatilia pennata.* Deinde ad homines: *Reges terrae et omnes populi, principes et omnes iudices terrae; iuvenes et virgines, seniores cum iunioribus laudent nomen Domini.* Explicata est laus de caelo, explicata est laus de terra.

14 [v.13]. *Quia exaltatum est nomen eius solius.* Nemo hominum quaerat exaltare nomen suum. Vis exaltari? Illi te subde, qui non potest humiliari: *Exaltatum est nomen eius solius.*

15 [v.14]. *Su confesión (tiene lugar) en el cielo y en la tierra.* ¿Qué significa *su confesión tiene lugar en el cielo y en la tierra?* ¿Aquella por la que El confiesa? No, sino aquella por la que todas las cosas le confiesan y claman. La hermosura de todos los seres que confiesan a Dios es, en cierto modo, su voz. El cielo dice a Dios: "Tú me hiciste, no yo." La tierra dice: "Tú me creaste, no yo." ¿Cómo claman estos seres? Cuando se consideran y se percibe esta belleza en ellos, pues por tu consideración claman, y claman por tu voz. *Su confesión (tiene lugar) en el cielo y en la tierra.* Atiende al cielo, es hermoso; atiende a la tierra, es bella; ambos juntos son sobremanera hermosos. El hizo, El dirige, El gobierna a propia voluntad, El ordena los tiempos y El por sí mismo distribuye el movimiento. Luego todas las cosas le alaban, ya en el reposo, ya en el movimiento; ya abajo, en la tierra; ya arriba, en el cielo; ya en la vejez, ya en la renovación. Cuando contemplas estas cosas, y te alegras, y te elevas al Artífice, y percibes las cosas invisibles por las visibles, tiene lugar *su confesión en el cielo y en la tierra,* es decir, le confiesas por las cosas terrestres y celestes. Pero como El hizo todas las cosas, y no hay cosa mejor que El, todo lo que hizo está debajo de El y todo lo que te agrada en estas cosas es inferior a El. Luego no te agrade de tal modo lo que hizo, que por ello te apartes de quien lo hizo. Si amas lo que hizo, ama mucho más a quien lo hizo. Si son hermosas las cosas que creó, ¡cuánto más hermoso es el Creador! *Su confesión (tiene lugar) en el cielo y en la tierra.*

15 [v.14]. *Confessio eius in terra et caelo.* Quid est, *Confessio eius in terra et caelo?* qua ipse confitetur? Non; sed qua illum omnia confitentur, omnia clamant: omnium pulchritudo quodam modo vox eorum est, confitentium Deum. Clamat caelum Deo: Tu me fecisti, non ego. Clamat terra: Tu me condidisti, non ego. Quomodo clamant ista? Quando considerantur, et hoc invenitur; ex tua consideratione clamant, ex voce tua clamant. *Confessio eius in terra et caelo.* Attende caelum, pluchrum est; attende terram, pulchra est: utrumque simul valde pulchrum est. Ipse fecit, ipse regit, ipsius nutu gubernantur, ipse traiicit tempora, momenta ipse instaurat, per seipsum instaurat. Omnia ergo ista laudant illum, sive in statu, sive in motu, sive de terra deorsum, sive de caelo sursum, sive in vetustate, sive in renovatione. Cum vides haec et gaudes, et attolleris in artificem, et invisibilia eius, per ea quae facta sunt, intellecta contueris (Rom 1,20), *Confessio eius in terra et caelo;* id est, confiteris ei de rebus terrenis, confiteris ei de rebus caelestibus. Et quia ipse fecit omnia, et melius illo non est aliquid, quidquid fecit, intra illum est; et quidquid in his tibi placet, minus est quam ipse. Non ergo ita tibi placeat quod fecit, ut recedas ab eo qui fecit; sed si amas quod fecit, multo magis eum qui fecit. Si pulchra sunt quae fecit, quanto pulchrior est qui fecit? *Confessio eius in terra et caelo.*

16. *Y ensalzará el poder de su pueblo.* Ved lo que profetizaban Ageo y Zacarías. Ahora el poder de su pueblo se halla abatido por las aflicciones, las tribulaciones, las tentaciones, los golpes de pecho. ¿Cuándo ensalzará su poder? Cuando venga el mismo Señor y aparezca nuestro Sol; no este que ven nuestros ojos carnales y sale para buenos y malos, sino Aquel del que se dice: *A vosotros que teméis a Dios os nacerá el sol de justicia, y la salud bajo sus alas,* y del que han de decir los soberbios e impíos: *No lució para nosotros la luz de justicia, y el sol no nació para nosotros.* Este será nuestro verano. Ahora, durante el invierno, no aparece el fruto que está en la raíz; miras los árboles, y los ves durante el invierno como secos. El que no sabe ver, piensa que la vid está seca; y quizá junto a ella hay otra que verdaderamente lo está, pues durante el invierno aparecen iguales: una está viva, otra muerta, pero la vida de una y la muerte de otra se hallan ocultas; se presenta el verano, y se manifiesta la vida de una y la muerte de otra; brota el ornato de las hojas y la fecundidad del fruto; la vid se viste externamente de aquello que tiene en la raíz. Luego, hermanos, ahora somos iguales a los demás hombres. Como ellos nacen, comen, beben, se visten, pasan esta vida, así también los santos. Algunas veces los acontecimientos engañan a los hombres, y éstos dicen: "¿Por qué comenzó a ser cristiano? ¿Por ventura no se trastornó? ¿Acaso porque es cristiano tiene algo más que yo?" ¡Oh vid seca! Junto a ti ves desnuda la vid en el invierno, pero no está seca. Llegará el verano, se presentará el Señor, nuestra her-

16. *Et exaltabit cornu populi sui.* Ecce quod prophetabant Aggaeus et Zacharias. Modo cornu populi ipsius humile est in trituris, in tribulationibus, in tentationibus, in tunsione pectorum: quando *exaltabit cornu populi sui?* Quando venerit ipse Dominus, et ortus fuerit sol noster: non iste qui oculis videtur, et oritur super bonos et malos (Mt 5,45); sed de quo dicitur, *Vobis qui timetis Deum, orietur sol iustitiae, et sanitas in pennis eius* (Mal 4,2); et de quo dicturi sunt superbi et impii, *Iustitiae lumen non luxit nobis, et sol non est ortus nobis* (Sap 5,6). Ipsa erit aestas nostra. Modo fructus per hibernum in radice non apparent; attendis quasi aridas arbores per hiemen. Qui non novit videre, aridam putat vitem: et forte iuxta est quae vere aruit; similes sunt ambae per hiemem; illa vivit, illa mortua est; sed illius vita et illius mors in abscondito est: aestas procedit, vita illius clarificatur, mors illius manifestatur; procedit honor foliorum, fecunditas fructuum; vestitur vitis in facie, ex eo quod habet in radice. Ergo modo, fratres, tales sumus, quales sunt alii homines: quomodo nascuntur, manducant, bibunt, vestiuntur, transigunt vitam istam; sic et sancti. Aliquando ipsa res decipit homines, et dicunt: Ecce quia coepit esse christianus, numquid non ei dolet caput? aut quia christianus est, quid habet plus a me? O vitis arida, attendis iuxta te vitem nudam in hiberno, sed non aridam. Aestas veniet, veniet Dominus, honor noster, qui latebat in radice; et tunc

mosura, que se hallaba en la raíz, y entonces *ensalzará el poder de su pueblo,* después de la cautividad, en la que mortalmente vivimos. De quí que dice el Apóstol: *No juzguéis nada antes de tiempo hasta que venga el Señor, que iluminará lo escondido de las tinieblas; y entonces se hará a cada uno el elogio por Dios.* Pero me dices: "¿En dónde está mi raíz, en dónde se halla mi fruto?" Si crees, sabrás en dónde está tu raíz. Está en donde se halla tu fe, tu esperanza y tu caridad. Oye al Apóstol: (Ahora) *estáis muertos.* Aparecían como muertos durante el invierno; pero oye que viven: *Y vuestra vida se halla escondida con Cristo en Dios.* Ve en dónde tienes la raíz. Luego ¿cuándo serás embellecido con el adorno? ¿Cuándo serás fértil con el fruto? Oye al mismo Apóstol decir: *Cuando Cristo, vuestra vida, se manifieste, entonces vosotros también apareceréis con El en gloria. Y ensalzará el poder de su pueblo.*

17. *Canten himno todos sus santos.* ¿Sabéis qué es un himno? Un cántico que alaba a Dios. Si alabas a Dios y no cantas, no profieres himno; si cantas y no alabas a Dios, tampoco profieres himno. Si alabas algo que no pertenece a la alabanza de Dios, aunque cantando alabes, no profieres himno. Luego el himno lleva consigo estas tres cosas: cántico, alabanza, y ésta de Dios. Luego la alabanza de Dios en el cántico se llama himno. Por tanto, ¿qué significa *canten himno todos los santos?* Entonen sus santos himno, canten sus santos himno, porque esto es lo que han de entonar al fin, un himno eterno. Por eso dice el salmista en otro lugar: *Sacrificio de alabanza me glorificará y*

exaltabit cornu populi sui, post capitivitatem in qua mortaliter vivimus. Unde dicit Apostolus: *Nolite ante tempus quidquam iudicare, donec veniat Dominus, et illuminabit abscondita tenebrarum; et tunc laus erit unicuique a Deo* (1 Cor 4,5). Sed dicis mihi: Ubi est radix mea? ubi est fructus meus? Si credis, nosti ubi est radix tua. Ibi est enim, ubi est fides tua, ubi spes est et charitas tua. Audi Apostolum: *Mortui enim estis.* Quasi per hiemem mortui apparebant; audi quia vivunt: *Et vita vestra abscondita est cum Christo in Deo.* Ecce ubi habes radicem. Quando ergo honore ornaberis? quando fecundaberis fructu? Audi illum sequentem: *Cum Christus apparuerit, vita vestra, tunc et vos apparebitis cum ipso in gloria* (Col 3,3-4). *Et exaltabit cornu populi sui.*

17. *Hymnus omnibus sanctis eius.* Hymnus scitis quid est? Cantus est cum laude Dei. Si laudas Deum, et non cantas, non dicis hymnum: si cantas, et non laudas Deum, non dicis hymnum: si laudas aliud quod non pertinet ad laudem Dei, etsi cantando laudes, non dicis hymnum. Hymnus ergo tria ista habet, et cantum, et laudem, et Dei. Laus ergo Dei in cantico, hymnus dicitur. Quid est ergo, *Hymnus omnibus sanctis eius?* Accipiant sancti eius hymnum, dicant sancti eius hymnum; quia hoc est quod accepturi sunt in fine, hymnum sempiternum. Ideo alio loco dicit psalmus, *Sacrificium laudis glorificabit me; et ibi est via qua ostendam illi salutare meum* (Ps 49,23): et, *Beati qui habitant in domo*

aquí está el camino en el cual le mostraré a mi salud; y también: *Bienaventurados los que moran en tu casa; por los siglos de los siglos te alabarán.* Este es precisamente *el himno que se canta por sus santos.* ¿Quiénes son sus santos? *Los hijos de Israel, el pueblo allegado a El.* Nadie diga: "Yo no soy hijo de Israel." Pues no penséis que los judíos son hijos de Israel y nosotros no lo somos; me atrevo a deciros, hermanos míos, que ellos no son y nosotros somos. Oíd por qué: porque es mayor el nacido según el espíritu que el nacido según la carne. ¿De quién procede Israel? De Abrahán. Israel nació de Isaac, e Isaac de Abrahán. ¿Y cómo agradó a Dios Abrahán? *Creyó Abrahán a Dios, y se le imputó a justicia.* Luego el que imita a Abrahán es hijo de Abrahán; el que degenera de la fe de Abrahán, pierde el linaje de Abrahán. Los judíos degeneraron, perdieron su estirpe. Nosotros imitamos a Abrahán, hemos encontrado su linaje. Oye cómo ellos lo perdieron. ¿Qué les respondió el Señor cuando le decían: *Somos hijos de Abrahán? Si fueseis hijos de Abrahán, haríais las obras de Abrahán.* Luego, si los judíos perdieron el linaje de Abrahán, nosotros lo conseguimos. Nosotros encontramos creyendo lo que ellos no creyendo perdieron; pues *creyó Abrahán a Dios, y se le imputó a justicia.* Además, Cristo es linaje de Abrahán, y nosotros estamos en Cristo, pues del pueblo de Israel procede María, de la cual nació Cristo, y nosotros nos hallamos en Cristo; luego somos hijos de Israel. Todavía más: para señalarnos añadió el salmista: *Se cante por los hijos de Israel, "por el pueblo allegado a El".* Atended a los judíos; si se acercan,

tua; in saecula saeculorum laudabunt te (Ps 83,5). Hoc est, *Hymnus omnibus sanctis eius.* Qui sunt sancti eius? *Filiis Israel, populo appropinquanti sibi.* Nemo dicat: Non sum filius Israel. Ne putetis Iudaeos filios Israel esse, et nos non esse filios Israel: audeo vobis dicere, fratres mei; illi non sunt, et nos sumus. Audite quare: quia maior est natus secundum spiritum, quam natus secundum carnem. Unde Israel? Ex Abraham; quia Isaac ex Abraham, Israel ex Isaac. Quomodo placuit Deo Abraham? *Credidit autem Abraham Deo, et deputatum est illi ad iustitiam* (Rom 4,3). Quisquis imitatus fuerit Abraham, filius est Abrahae: quisquis degeneraverit a fide Abraham, perdidit progeniem Abrahae. Iudaei degeneraverunt; perdiderunt: imitati sumus nos; invenimus. Audi quia illi perdiderunt: quid illis dicit Dominus dicentibus, *Filii sumus Abrahae?* Ausi sunt ostentare se, et erigere cervicem de nobilitate generis iusti; et quid illis Dominus? *Si filii Abrahae essetis, facta Abrahae fecissetis* (Io 8,33.39). Si ergo perdiderunt ipsi quod filii sunt Abrahae, invenimus nos ut filii simus Abrahae. Credendo quippe invenimus quod illi non credendo amiserunt: quia *credidit Abraham Deo, et deputatum est illi ad iustitiam.* Et semen Abrahae Christus (Gal 3,16), et in Christo nos sumus; et ex Israel populus, de quo populo Maria, de qua Maria Christus, in quo Christo nos: ergo filii Israel nos. Et quomodo addidit, ut discerneret nos? *Filiis Israel, populo appropinquanti sibi.* Attendite Iudaeos: si propinquant, ipsi sunt. Et forte propinquant, dicit mihi

son este pueblo. "¿Quizá se acercan—me dice alguno—, pues todos los días cantan los salmos y cantan los himnos de Dios." ¿Pero no oísteis que les dijo el profeta: *Este pueblo me honra con los labios, pero su corazón está lejos de mí?* Si su corazón está lejos de Dios, el nuestro está cerca, porque creemos, porque esperamos, porque amamos, porque estamos unidos a Cristo, porque fuimos hechos sus miembros. ¿Por ventura los miembros están separados de la cabeza? Si estuviesen separados y lejos, no diría el Señor: *Ved que yo estoy con vosotros hasta la consumación de los siglos.* Si hubieran estado separados de El, no hubiera dicho: *Saulo, Saulo, ¿por qué me persigues?* Si no estuviese en nosotros, no diría: *Tuve hambre, y me disteis de comer;* y al replicarle: *¿Cuándo te vimos hambriento?,* no hubiera respondido: *Cuando lo hicisteis con uno de mis pequeñuelos, conmigo lo hicisteis.* He aquí el pueblo, he aquí el Israel que se acerca: ahora esperándole, después poseyéndole.

SALMO 149

[CANTANDO A DIOS Y A SU PUEBLO, EJECUTOR DE SUS DESIGNIOS]

SERMÓN AL PUEBLO

1 [v.1]. Alabemos al Señor con la palabra, la mente y las buenas obras; y le cantemos, conforme nos exhorta este salmo, un cántico nuevo. Pues así comienza: *Cantad al Señor un cántico nuevo.* El hombre viejo canta cántico viejo; el nuevo, cántico

aliquis: quotidie et ipsi cantant psalmum, et cantant hymnos Dei. Non auditis quid eis dixit propheta? *Populus hic labiis me honorat; cor autem eorum longe est a me* (Is 29,13). Si illorum cor longe est, nostrum autem cor proximum est; quia credimus, quia speramus, quia diligimus, quia Christo adiuncti sumus, quia membra ipsius facti sumus: numquid membra longe sunt a capite? Si essent longe, et divisa essent, non diceret: *Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem saeculi* (Mt 28,20). Si separata essent, non de caelo diceret: *Saule, Saule, quid me persequeris?* (Act 9,4). Si non in nobis esset, non diceret, *Esurivi, et dedistis mihi manducare:* et cum dicerent illi, *Quando te vidimus esurientem?* respondit, *Cum uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis* (Mt 25,35. 37.45). Ecce populus, ecce appropinquans Israel; et cum illo modo spe, postea re.

PSALMUS 149

SERMO AD POPULUM

1 [v.1]. Laudemus Dominum et in voce, et in intellectu, et in opere bono; et sicut nos hortatur iste psalmus, cantemus ei canticum novum. Sic enim coepit: *Cantate Domino canticum novum.* Vetus homo, vetus canticum; novus homo, novum canticum. Vetus Testamentum, vetus

nuevo. El Viejo Testamento canta cántico viejo; el Nuevo, cántico nuevo. En el Viejo Testamento se hallan las promesas temporales y terrenas. Todo el que ama las cosas terrenas, canta cántico viejo. El que quiera cantar cántico nuevo, ame las cosas eternas. El mismo amor es nuevo y eterno; es siempre nuevo, porque jamás envejece. Pero, si atentamente lo consideras, esto es antiguo. ¿Cómo es nuevo? ¿Por ventura, hermanos míos, se constituyó ahora la vida eterna? Cristo es la Vida eterna, y en cuanto a la divinidad, no nació ahora, porque *en el principio existía el Verbo, y el Verbo estaba en Dios, y el Verbo era Dios. Este existía en el principio en Dios. Todas las cosas fueron hechas por El, y sin El nada fue hecho.* Si las cosas que por El fueron hechas son viejas, ¿cuánto no lo será Aquel por el cual fueron hechas? El es eterno y coeterno al Padre. Nosotros, al caer en el pecado, llegamos a la vejez. Voz nuestra es aquella del salmo en el que se dice gimiendo: *Envejecí en medio de todos mis enemigos.* El hombre envejeció por el pecado, pero se renovó por la gracia. Todos los que se renuevan en Cristo con el fin de comenzar a pertenecer a la vida eterna, cantan el cántico nuevo.

2. Este cántico es cántico de paz, es cántico de caridad. Todo el que se aparta de la congregación de los santos, no canta cántico nuevo, pues sigue las huellas de la vieja enemistad, no las de la nueva caridad. ¿Qué hay en la nueva caridad? La paz, el vínculo de la santa hermandad, la trabazón espiritual, el edificio construido de piedras vivas. ¿En dónde está éste? En todo el

canticum: Novum Testamentum, novum canticum. In Veteri Testamento promissiones sunt temporales et terrenae. Quisquis terrena diligit, vetus canticum cantat: qui vult cantare canticum novum, diligat aeterna. Ipsa dilectio nova est et aeterna: ideo semper nova, quia numquam veterascit. Nam si bene consideres, antiquum est hoc: quomodo ergo est novum? Numquid, fratres mei, vita aeterna modo nata est? Vita aeterna ipse Christus est, et secundum divinitatem non modo natus est: quia, *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum: hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil* (Io 1,1-3). Si quae per ipsum facta sunt, antiqua sunt; quid est ipse, per quem facta sunt? Quid, nisi aeternus, et Patri coaeternus? Sed nos delapsi in peccatum, pervenimus ad vetustatem. Nostra enim vox est in illo psalmo ubi dicitur cum gemitu: *Inveteravi in omnibus inimicis meis* (Ps 6,8). Inveteravit homo per peccatum, innovatur per gratiam. Omnes ergo qui innovantur in Christo, ut ad vitam aeternam incipiant pertinere, canticum novum cantant.

2. Et hoc canticum pacis est, canticum hoc charitatis est. Quisquis se a coniunctione sanctorum separat, non cantat canticum novum. Secutus est enim veterem animositatem, non novam chritatem. In nova charitate quid est? Pax, vinculum sanctae societatis, compago spiritualis, aedificium de lapidibus vivis. Ubi est hoc? Non in uno loco, sed per universum orbem terrarum. Audi hoc de alio psalmo: sic dicit, *Cantate Do-*

orbe terráqueo, no en un determinado lugar. Oye esto de otro salmo que dice así: *Cantad al Señor un cántico nuevo; cantad al Señor toda la tierra.* De aquí se deduce que quien no canta con toda la tierra, canta el cántico viejo por más que salgan de su boca cualesquiera palabras. ¿A qué atiendo a lo que suena, cuando veo lo que piensa? Pero tú me dirás: "¿Ves lo que piensa?" Lo demuestran los hechos. Ciertamente que el ojo no penetra en la conciencia. Pero veo lo que hace, y por esto entiendo en lo que piensa. Si alguno, por ejemplo, sorprendiese a un hombre en hurto, en homicidio, en adulterio, no ve ciertamente los pensamientos de su corazón, pero tiene delante los hechos. Hay ciertas cosas que permanecen ocultas en el corazón, pero hay otras muchas que se manifiestan en las obras y se hacen patentes también a los hombres. Pues bien, cuando hay algunos que se apartan de la trabazón de la caridad y de la sociedad de la santa Iglesia siendo malos dentro de sí, únicamente lo conoce Dios; pero, al presentarse la tentación y separarlos, ésta hace patente a los hombres lo que sólo Dios conocía. Los frutos únicamente se muestran en las obras; por esto se dijo: *Por los frutos los conoceréis.* Hablaba el Señor de ciertos individuos que se visten con pieles de ovejas, e interiormente son lobos rapaces; y para que no sucediese que la debilidad humana fuese incapaz de conocer al lobo vestido con la piel de la oveja, dijo: *Por sus frutos los conoceréis.* Buscamos el fruto de la caridad, y encontramos las espinas de la disensión. *Por sus frutos los conoceréis.* Luego su cántico es viejo. Nosotros cantemos el cántico nuevo. Ya dije, hermanos, que toda la tierra canta cántico nuevo. El que con

mino canticum novum; cantate Domino, omnis terra (Ps 95,1). Ex hoc intelligitur quia qui non cum omni terra cantat, canticum vetus cantat, quaelibet verba de ore eius procedant. Quid enim attendo quid sonet, cum video quid cogitet? Et tu, inquis, vides quid cogitet? Facta indicant. Nam oculus in conscientiam non penetrat. Attendo quid agat, et ibi intelligo quid cogitet. Neque enim si quisque, verbi gratia, comprehenderit hominem in furto, in homicidio, in adulterio, cogitationes ipsius in corde videt, sed in factis. Sunt quaedam quae intus latent; sed sunt et multa quae procedunt in opera, et manifesta fiunt etiam hominibus. Cum ergo essent illi qui se a compage Christi charitatis et societate sanctae Ecclesiae separarunt, mali intus apud se, non noverat nisi Deus. Venit tentatio; separavit illos, et patefecit hominibus quod noverat Deus. Non enim fructus ostenditur nisi in factis. Unde dictum est: *Ex fructibus eorum cognoscetis eos* (Mt 7,16). Dixit enim Dominus ad quosdam, qui ovium vestitu se induunt, intus autem sunt lupi rapaces; et ne forte fragilitas humana dignoscere non posset lupum sub ovina pelle, ait: *Ex fructibus eorum cognoscetis eos.* Quaerimus fructus charitatis, invenimus spinas dissensionis. *Ex fructibus eorum cognoscetis eos.* Ergo canticum eorum vetus est: cantemus nos canticum novum. Iam diximus, fratres, omnis terra cantat canticum novum. Qui cum omni terra non

toda la tierra no canta cántico nuevo, cante lo que quiera, profiera la lengua el Aleluya, cante todo el día, cante toda la noche; con todo, no me arrastrará demasiado el oído la voz del que canta, pues atiendo a las costumbres del que obra. Le pregunto y le digo: "¿Qué es lo que cantas?" Me responde: *Aleluya.* ¿Qué significa *aleluya?* Alabad al Señor. Pues ven, alabemos a una al Señor. ¿Por qué discordamos? La caridad alaba al Señor, la discordia le ultraja.

3. ¿Queréis saber ya en dónde debéis cantar el cántico nuevo? Ved en dónde y cómo tengan lugar las cosas que ha de decir el salmo. Ved si se llevan a cabo en todas las naciones o en una parte determinada del orbe, y por esto entenderéis perfectísimamente a quién pertenezca el cántico nuevo. Ya se declaró lo que conmemoré de otro salmo: *Cantad al Señor un cántico nuevo;* pues bien, para manifestar que en el cántico nuevo hay fruto de caridad y de unidad, añadió aquel salmo 95: *Y cantad al Señor toda la tierra.* Nadie se aparte, nadie se separe; eres trigo, soporta la paja hasta la bielda. ¿Quieres salir de la era? Dado caso que seas trigo fuera de la era, *te encontrarán las aves y te comerán.* Añade a esto que, por lo mismo que te alejas y vuelas, demuestras que eres paja, ya que por ser tenue vino el viento y te arrebató de debajo de los pies de los bueyes. Quienes son trigo soportan el trillo; se alegran, y porque son granos gimen entre la paja, esperan al bieldador, a quien conocen por Redentor. *Cantad al Señor un cántico nuevo; su alabanza en la Iglesia de los santos.* La Iglesia de los santos es la Iglesia de trigo

cantat canticum novum, dicat quod vult, linguis sonet Alleluia, dicat tota die, dicat tota nocte; non valde aures meae inclinantur ad vocem cantantis, sed quaero mores operantis. Interrogo enim, et dico: Quid est, quod cantas? Respondet: Alleluia. Quid est, Alleluia? Laudate Dominum. Veni, simul laudemus Dominum. Si tu laudas Dominum et ego laudo Dominum; quare in discordia sumus? Charitas laudat Dominum, discordia blasphemat Dominum.

3. Et vultis iam nosse ubi cantetis canticum novum? Quae dicturus est in ipso Psalmo, videte quomodo fiant, et ubi fiant; utrum per omnes gentes fiant ista, an in una aliqua parte terrarum: et hinc plenius intelligetis ad quem pertineat canticum novum. Iam quidem manifestum est illud quod de alio psalmo commemoravi, *Cantate Domino canticum novum:* Et ut ostenderet in cantico novo esse fructum charitatis et unitatis, addidit, *Cantate Domino, omnis terra.* Nemo se separet, nemo se disiungat: triticum es, ferto paleam quousque ventiletur. De area vis excuti? Et si triticum esses foris ab area, invenirent te volatilia, et colligerent te (ib. 3,12). Adde quia eo ipso quo discedis et volas, paleam te esse indicas: et quia levis erat, venit ventus, et de sub pedibus boum ablatus es. Qui autem triticum sunt, ferunt trituram; gaudent, quia grana sunt, gemunt inter paleam, exspectant ventilatorem, quem cognoscunt redemptorem. *Cantate Domino canticum novum: laus eius in Ecclesia sanctorum.*

difundido por todo el orbe terráqueo, sembrado en el campo del Señor, el cual es este mundo, según lo expuso el mismo Señor cuando, al hablar del sembrador, dijo que *un hombre sembró buena semilla en su campo, y que, viniendo el enemigo, sembró encima cizaña; entonces le dijeron sus servidores: "¿No sembraste buena semilla en tu campo? ¿Cómo es que tiene cizaña?" Y él les respondió: "El enemigo hombre hizo esto."* Queriendo ellos arrancar la cizaña, se lo impidió, diciendo: *Dejadla crecer junto con el trigo hasta la siega. En este tiempo diré a mis segadores: "Recoged primero la cizaña y atadla en haces para echarla al fuego, y colocad mi trigo en el granero."* Más tarde le dijeron sus discípulos: *Explícanos la parábola de la cizaña.* El Señor expone todas estas cosas para que ningún hombre exponga a su capricho lo que allí hubiere entendido, sino conforme a lo expuesto por el Maestro celestial. Nadie diga: "Lo expuso como quiso." Si el Señor expusiera las parábolas de los profetas, siendo así que El hablaba por ellos lo que ellos mismo decían, ¿quién se atrevería a decir que no debería explicarlas así? ¿Cuánto menos se atreverá a contradecir alguno la verdad patente cuando *El explicó* lo que *El mismo dijo?* Al exponer el Señor esta parábola, dijo: *El que siembra la buena semilla es el Hijo del hombre,* demostrándose a sí mismo. *La buena semilla son los hijos del reino,* es decir, la Iglesia de los santos. *La cizaña son los hijos del malo, y el campo, el mundo.* Ved, hermanos, cómo se sembró tanto la buena semilla como la cizaña por todo el mundo. ¿Por ventura se sembró en parte de él el trigo y en

Haec est Ecclesia sanctorum, Ecclesia frumentorum toto terrarum orbe diffusorum; per agrum Domini seminata, quod est hic mundus, ipso Domino exponente, cum de seminante diceret: Quia «homo seminavit bonum semen in agro suo, et venit inimicus, et superseminavit zizania; et dixerunt servi patrifamilias, Nonne bonum semen seminasti in agro tuo? unde hic sunt zizania? Respondit ille, Inimicus homo hoc fecit». Voluerunt colligere zizania, et compescuit illos dicens: «Sinite utraque crescere usque ad messem; et in tempore messis dicam messoribus, Colligite primum zizania, et alligate fasciculos ad comburendum ea; triticum autem meum reponite in horreo». Postea interrogaverunt eum discipuli dicentes: *Narra nobis parabolam zizaniorum.* Et ipse exponit omnia, ut nullus homo cordi suo tribuat quod ibi intellexerit, sed Magistro caeli exponenti. Nemo dicat: Exposuit sibi quomodo voluit. Si parabolam prophetae exponeret Dominus, quando ipse per eos loquebatur quod dicebant; quis auderet dicere, non sic debere exponere? Multo magis, quando ipse exposuit quod proposuit ipse, quis audet contradicere manifestae veritati? Cum ergo hanc parabolam Dominus exponeret, ait, *Qui autem seminat bonum semen, est Filius hominis:* se utique demonstrans. *Bonum vero semen, filii sunt regni:* ipsa est Ecclesia sanctorum. *Zizania autem, filii sunt maligni. Ager est hic mundus* (Mt 13,24-30.36-38). Iam videte, fratres, quia per mundum seminatum est bonum semen, et per

parte la cizaña? Por todo el mundo se sembró el trigo y por todo él la cizaña. El campo del Señor es el mundo, no Africa. No es el campo del Señor el de esta tierra, pues Getulia produce un sesenta o un ciento por uno, y Numidia un diez por uno. El del Señor produce fruto en todas partes del ciento, del sesenta y del treinta por uno. Tú ve cuál quieres ser si piensas pertenecer al fruto del Señor. Luego la Iglesia de los santos es la Católica. La Iglesia de los santos no es la de los herejes. La Iglesia de los santos es aquella que predijo Dios antes que apareciese, pues la presentó para que se conociera. La Iglesia de los santos se hallaba antes en los códices, pero ahora se encuentra entre las gentes. La Iglesia de los santos antes sólo se leía, ahora se lee y se ve. ¡Cuando sólo se leía, se creía, y cuando ya se ve, se impugna! *Su alabanza se halla en la Iglesia de los santos.*

4 [v.2]. *Alégrese Israel en su Hacedor.* ¿Qué quiere decir *Israel?* El que ve a Dios. Esto significa *Israel.* El que ve a Dios se alegre en Aquel por quien fue hecho. Pero, hermanos: ¿acaso porque dije que nosotros pertenecemos a la Iglesia de los santos ya vemos a Dios? Entonces, ¿cómo somos Israel si no vemos a Dios? Hay una visión adecuada a este tiempo y habrá otra al venidero. La visión actual se da por medio de la fe; la futura, por la realidad. Ahora, si creemos, vemos; si amamos, vemos. ¿Qué vemos? A Dios. ¿En dónde está Dios? Pregunta a San Juan. *Dios es caridad.* Bendigamos su santo nombre; y nos gozaremos en Dios si nos gozamos en la caridad. ¿A qué enviamos

mundum seminata sunt zizania. Numquid in parte triticum, et in parte zizania? Per totum triticum, et per totum zizania. Ager Domini mundus est, non Africa. Non quomodo terrae istae: Getulia fert sexagenum aut centenum, et Numidia fert denum: non sic est Deo ager suus. Ubique illi fertur fructus, et centenus, et sexagenus, et tricenus: tu tantum vide quid velis esse, si cogitas ad Domini fructum pertinere. Ergo Ecclesia sanctorum, Ecclesia catholica est. Ecclesia sanctorum non est Ecclesia haereticorum. Ecclesia sanctorum illa est quam praesignavit Deus antequam videretur; et exhibuit, ut videretur. Ecclesia sanctorum erat antea in codicibus, modo in gentibus: Ecclesia sanctorum antea tantummodo legebatur, nunc et legitur, et videtur. Quando solum legebatur, credebatur: modo videtur, et contradicitur! *Laus eius in Ecclesia sanctorum.*

4 [v.2]. *Laetetur Israel in eo qui fecit eum.* Quid est Israel? Videns Deum: hoc enim interpretatur nomen Israel. Qui videt Deum, in ipso laetetur, a quo factus est. Quid est ergo, fratres? quia diximus nos ad Ecclesiam pertinere sanctorum, numquid iam videmus Deum? Quomodo sumus Israel, si non videmus? Est quaedam visio huius temporis; erit altera visio futuri temporis: visio quae modo est, per fidem est; visio quae futura est, per speciem erit. Si credimus, videmus; si amamus, videmus. Quid videmus? Deum. Ubi est ipse Deus? Interroga Ioannem: *Deus charitas est* (1 Io 4,16). Benedicamus nomen eius sanctum; et gaudeamus in Deo, si gaudemus in charitate. Quisquis habet charitatem, utquid illum mittimus longe, ut videat Deum? Conscientiam suam atten-

lejos, para ver a Dios, al que tiene caridad? Dirija la mirada a su conciencia, y allí verá a Dios. Si no tiene caridad, Dios no mora allí; si mora en él la caridad, también habita Dios en él. Quiere quizá verle sentado en el cielo; tenga caridad, y en él habitará como en el cielo. Luego seamos Israel y nos alegremos en nuestro Hacedor. *Alégrese Israel en su Hacedor.* Se alegre en su Hacedor, no en Arrio, no en Donato, no en Ceciliano, no en Proculiano, no en Agustín. *Se alegre en su Hacedor.* Yo, hermanos, no me recomiendo a vosotros, sino que os recomiendo a Dios, porque os encomiendo a El. ¿Para qué os recomiendo a Dios? Para que le améis por vuestro bien, no por el bien suyo; porque, si no le amáis, para vuestro mal no le amáis, no para mal suyo. Dios no disminuirá en su divinidad porque el hombre no le ame. Tú creces por Dios; El no crece por ti; y, sin embargo, de tal modo nos amó antes de amarle nosotros, que envió a su único Hijo a morir por nosotros. El que nos hizo, se hizo entre nosotros. ¿Cómo nos hizo? *Todas las cosas fueron hechas por El, y sin El nada fue hecho.* ¿Cómo se hizo entre nosotros? *Y el Verbo se hizo carne y habitó entre nosotros.* Luego El es en quien debemos alegrarnos, de El procede la alegría que nos hace bienaventurados. *Se alegre Israel en su Hacedor.*

5. *Y los hijos de Sión se alboroten en su Rey.* Israel son los hijos de la Iglesia. Como Sión fue una ciudad ya destruida, en sus ruinas habitan temporalmente los santos; pero la verdadera Sión y la verdadera Jerusalén, porque Sión es Jerusalén, se halla

dat, et ibi videt Deum. Si charitas ibi non habitat, non ibi habitat Deus: si autem charitas ibi habitat, Deus ibi habitat. Vult illum forte videre sedentem in caelo; habeat charitatem, et in eo habitat sicut in caelo. Ergo simus Israel, et laetemur in eo qui fecit nos: *Laetetur Israel in eo qui fecit eum.* In eo qui fecit cum laetetur, non in Ario, non in Donato, non in Caeciliano; non in Proculiano, non in Augustino: *In eo laetetur qui fecit eum.* Nos, fratres, non vobis commendamus; sed commendamus vobis Deum, quia commendamus vos Deo. Quomodo vobis Deum commendamus? Ut diligatis eum bono vestro, non bono ipsius: quia malo vestro eum non diligitis, non malo ipsius. Non enim minus habebit Deus divinitatem, si homo in illum non habeat charitatem. Tu crescis ex Deo, non ille ex te: et tamen tantum nos dilexit prior (1 Io 4,19), antequam eum diligeremus, ut Filium suum unicum mitteret mori pro nobis (Io 3,16). Qui fecit nos, factus est inter nos. Quomodo nos ipse fecit? *Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil.* Quomodo factus est inter nos? *Et Verbum caro factum est, et habitavit in nobis* (ib. 1,3.14). Ergo ipse est in quo debemus laetari. Nemo homo sibi arroget partes ipsius; ab ipso est laetitia quae nos facit felices: *Laetetur Israel in eo qui fecit eum.*

5. *Et filii Sion exsultent in rege suo.* Ipse Israel, filii Ecclesiae sunt. Quia Sion fuit quidem una civitas, quae cecidit: in eius reliquiis habitabant quidem sancti temporaliter; sed Sion vera et Ierusalem vera (quia ipsa Sion, quae Ierusalem), aeterna est in caelis, quae est mater nostra

en los cielos, la cual es nuestra madre. Ella nos engendró, ella es la Iglesia de los santos, ella nos alimentó; en parte peregrina y en mayor parte radica en los cielos. La parte que se halla en el cielo la constituyen los bienaventurados ángeles, y la parte que peregrina en el mundo, los santos esperanzados. De la primera se dijo: *Gloria a Dios en las alturas;* de la segunda: *y en la tierra paz a los hombres de buena voluntad.* Los que gimen en esta vida y anhelan aquella patria, corran con amor, no con los pies corporales; no busquen naves, sino alas; tomen las dos alas de la caridad. ¿Cuáles son estas dos alas? El amor de Dios y del prójimo. Peregrinamos, suspiramos, gemimos; pero nos llegaron cartas de nuestra patria; os las leemos.

6. *Alégrese Israel en su Hacedor y los hijos de Sión se alborocen en su Rey.* Lo mismo es *en su Hacedor* que *en su Rey.* También *Israel* es lo mismo que *los hijos de Sión.* El Hijo de Dios, que nos hizo, fue hecho entre nosotros y nos rige siendo nuestro Rey, porque nos hizo siendo nuestro Creador. El que nos hizo es el mismo que nos gobierna; de aquí que somos cristianos, porque El es Cristo. Cristo se deriva de "crisma", es decir, de "unción". Antiguamente se ungía a los reyes y a los sacerdotes. El fue ungido rey y sacerdote. Como rey luchó por nosotros; como sacerdote se ofreció por nosotros. Cuando luchó por nosotros apareció como vencido, pero venció. Fue crucificado, y desde su cruz, en la cual fue elevado, mató al diablo; de aquí que es nuestro Rey. ¿Cómo es sacerdote? Porque se ofreció por nosotros. Dad al sacerdote lo que debe ofrecer. ¿Qué encontrará el hombre

(Gal 4,26). Ipsa nos genuit, ipsa est Ecclesia sanctorum, ipsa nos nutrivit; ex parte peregrina, ex magna parte immanens in caelo. Ex parte qua immanet in caelo, beatitudo Angelorum est: ex parte qua peregrinatur in hoc saeculo, spes est iustorum. De illa dictum est, *Gloria in excelsis Deo:* de hac dictum est, *Et in terra pax hominibus bonae voluntatis* (Lc 2,14). Qui ergo in hac vita gemunt, et desiderant illam patriam, currant dilectione, non pedibus corporis: non quaerant naves, sed pennas; duas alas charitatis apprehendant. Quae sunt duae alae charitatis? Dilectio Dei, et proximi. Peregrinamur enim, suspiramus, gemimus. Venerunt ad nos Litterae de patria nostra, ipsas vobis recitamus.

6. *Laetetur Israel in eo qui fecit eum, et filii Sion exsultent in rege suo.* Quod dixit, *qui fecit eum;* hoc dixit, *in rege suo.* Quod audistis, *Israel;* id sunt, *filii Sion:* et quod audistis, *in eo qui fecit eum;* hoc est, *in rege suo.* Filius Dei qui fecit nos, factus est inter nos: et Rex noster regit nos, quia Creator noster fecit nos. Ipse est tamen per quem facti sumus, qui est per quem nos regimur: et ideo Christiani, quia ille Christus. Christus a chismate dictus est, id est, ab unctione. Reges autem ungebantur (1 Reg 10,1; et 16,13) et sacerdotes (Ex 30,30): ille vero unctus est et Rex et Sacerdos. Rex pugnavit pro nobis, Sacerdos obtulit se pro nobis. Quando pro nobis pugnavit, quasi victus est; vere autem vicit. Crucifixus est enim, et de cruce sua, in qua erat fixus, diabolum

que pueda entregar como víctima pura? ¿Qué víctima hallará? ¿Qué cosa pura podrá el pecador presentar? ¡Oh inicuo, oh impío! Inmundo es cuanto aportes, y, no obstante, ha de ofrecerse por ti algo puro. Busca en ti lo que debes ofrecer; no lo hallarás. Busca entre tus bienes lo que debes inmolar: no le agradan carneros, ni machos cabríos, ni toros. De El es todo esto aunque tú no se lo ofrezcas. Ofrécele sacrificio puro. Pero eres pecador, eres impío, tienes la conciencia manchada. Podrás quizá ofrecerle algo puro si estás purificado; mas para estarlo se debe ofrecer algo por ti. ¿Qué has de ofrecer tú por ti para que te purifiques? Si eres puro, podrás ofrecer lo que es puro. Luego se ofrezca a sí mismo el sacerdote puro y purifique. Pues bien, esto es lo que hizo Cristo. No encontró nada puro en los hombres que pudiera ofrecer por los hombres; entonces se ofreció El mismo, víctima purísima. ¡Oh feliz víctima, víctima verdadera, víctima inmaculada! Luego no ofreció lo que nosotros le dimos. ¿Qué digo? Ofreció lo que tomó de nosotros y lo ofreció puro. Tomó de nosotros la carne y la ofreció. ¡Pero de dónde la tomó? Del vientre de la Virgen María para ofrecerla pura por los impuros. El es Rey, es Sacerdote; nos alborocemos en El.

7 [v.3]. *Alaben su nombre en coro.* ¿Qué es un coro? Muchos saben lo que es; precisamente, como hablo en la ciudad, sin duda, casi todos lo saben. Coro es un grupo de cantores que cantan a una. Si cantamos en coro, cantemos armónicamente. Todo el que discrepa con la voz en el coro de cantores, ofende al

occidit: et inde Rex noster. Unde autem Sacerdos? Quia se pro nobis obtulit. Date Sacerdoti quod offerat. Quid inveniret homo quod daret mundam victimam? Quam victimam? Quid mundum potest efferre peccator? O inique, o impie! quidquid attuleris immundum est, et aliquid mundum pro te offerendum est. Quaere apud te quid offeras; non invenies. Quaere ex te quod offeras; non delectatur arietibus, nec hircis, nec tauris. Omnia ipsius sunt, etsi non offeras. Offer ergo illi mundum sacrificium. Sed peccator es, impius es, sed inquinatam conscientiam habes. Poteris forte aliquid mundum offerre, purgatus; sed ut purgeris, aliquid pro te offerendum est. Quid ergo pro te oblaturus es, ut munderis? Si mundatus es, poteris offerre quod mundum est. Offerat ergo seipsum mundus sacerdos, et mundet. Hoc est quod fecit Christus. Nihil mundum invenit in hominibus, quod offerret pro hominibus; seipsum obtulit mundam victiman. Felix victima, vera victima, hostia immaculata! Non ergo hoc obtulit quod nos illi dedimus: imo hoc obtulit quod a nobis accepit, et mundum obtulit. Carnem enim a nobis accepit, hanc obtulit. Sed unde illam accepit? De utero virginis Mariae, ut mundam offerret pro immundis. Ipse Rex, ipse Sacerdos; in eo laetemur.

7 [v.3]. *Laudent nomen eius in choro.* Et chorus quid significat? Multi noverunt chorum; et quia in civitate loquimur, prope omnes norunt. Chorus est consensio cantantium. Si in choro cantamus, concorditer cantemus. In choro cantantium quisquis voce discrepuerit, offen-

oído y perturba el coro. Si la voz del que canta, desafinando, perturba el cántico armónico, ¿cómo no perturbará la herejía disonante la armonía de quienes alaban? El coro de Cristo ya lo constituye todo el mundo. El coro de Cristo resuena desde el oriente hasta el occidente. Pues otro salmo dice: *Desde el nacimiento del sol hasta el ocaso, alabad el nombre del Señor. Alaben su nombre en coro.*

8. *Con tímpano y salterio le salmeen.* ¿Por qué echa mano del tímpano y del salterio? Para que no alabe sólo la voz, sino también la obra. Cuando se toman el salterio y el tímpano, las manos acompañan a la voz. Esto te sucederá si, cuando cantas el *aleluya,* alargas el pan al hambriento, vistes al desnudo y recibes al peregrino, pues entonces no sólo sonará la voz, sino que la acompañarán las manos, porque las obras concuerdan con las voces. Tomaste el instrumento músico, y los dedos acompañan a la lengua. Tampoco ha de callarse el misterio que encierran el salterio y el tímpano. En el tímpano o tambor se extiende el cuero y en el salterio se tienden las cuerdas; en ambos instrumentos se crucifica, pues, la carne. ¡Qué bien salmeaba con el salterio y el tímpano el que decía: *El mundo está crucificado para mí, y yo para el mundo!* Quiere que tomes el salterio junto con el timbal el que ama el cántico nuevo, el que te enseña cuando dice: *El que quiera ser mi discípulo, niéguese a sí mismo, tome su cruz y sígame.* No abandone su salterio, no abandone su tímpano o tambor; se extienda en el leño y se seque en cuanto a la concupiscencia de la carne, pues cuanto más se estiran los nervios,

dit auditum, et perturbat chorum. Si vox inconvenienter cantantis disturbat concentum cantantium, quomodo disturbat haeresis dissonans concentum laudantium? Chorus Christi iam totus mundus est. Chorus Christi ab oriente in occidentem consonat. Videamus si tantum extenditur chorus Christi. Dicit psalmus alius: *A solis ortu usque ad occasum laudate nomen Domini* (Ps 112,3). *Laudent nomen eius in choro.*

8. *In tympano et psalterio psallant ei.* Quare assumit tympanum et psalterium? Ut non sola vox laudet, sed et opera. Quando assumitur tympanum et psalterium, manus concinunt voci. Sic et tu, si quando Alleluia cantas, porrigas et panem esurienti, vestias nudum, suscipias peregrinum; non sola vox sonat, sed et manus consonat, quia verbis facta concordant. Assumpsisti organum, et consentiunt digiti linguae. Et ipsum mysterium tympani et psalterii non est tacendum. In tympano corium extenditur, in psalterio chordae extenduntur: in utroque organo caro crucifigitur. Quam bene psallebat in tympano et psalterio, qui dicebat: *Mihi mundus crucifixus est, et ego mundo!* (Gal 6,14). Ipsum psalterium, velut tympanum tollere te vult, qui amat canticum novum, qui te docet quando tibi dicit: *Qui vult esse meus discipulus, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me* (Mt 16,24). Non dimittat psalterium suum, non dimittat tympanum: extendatur in ligno, et siccetur a concupiscentia carnis. Nervi quanto plus fuerint ex-

tanto más agudamente suenan. Para que el salterio del apóstol San Pablo sonase agudamente, ¿qué dijo? *Olvidándome de lo de atrás y extendiéndome a lo de adelante, sigo corriendo hacia la meta de la suprema vocación.* El se extendió; le tocó Cristo, y resonó la dulzura de la verdad. *Con el tímpano y el salterio le salmeen.*

9 [v.4]. *Porque el Señor benefició a su pueblo.* ¿Qué mayor beneficio que morir por los impíos? ¿Qué mayor beneficio pudo hacer que borrar con la sangre del Justo el decreto de condenación del pecador? ¿Qué mayor beneficio que decir: "No me interesa lo que fuisteis; sed lo que no fuisteis?" *El Señor benefició a su pueblo* perdonándole los pecados y prometiéndole la vida eterna. Hace un bien convirtiendo al apartado, ayudando al combatiente, coronando al vencedor. *El Señor benefició a su pueblo. Y exaltará a los mansos para salud.* También los soberbios son ensalzados, pero no para salud. Los mansos lo son para salud; los soberbios, para muerte; es decir, los soberbios se ensalzan a sí mismos, pero el Señor los humilla; los mansos, por el contrario, se humillan a sí mismos, mas Dios los ensalza. *Y ensalzará a los mansos para salud.*

10 [v.5-6]. *Y se regocijarán los santos en la gloria.* Os quiero decir algo. Oíd atentamente acerca de la gloria de los santos. Nadie hay que no ame la gloria. Pero la gloria de los necios, la que se llama popular o mundana, lleva consigo el atractivo del engaño; de suerte que, conmovido un individuo ante las alabanzas de los hombres vanos, quiere vivir de tal modo, que se

tenti, tanto acutius sonant. Ut ergo acute sonaret Pauli apostoli psalterium, quid dixit? *Quae retro oblitus, in ea quae ante sunt extentus, sequor ad palmam supernae vocationis* (Phil 3,13-14). Extendit se ipse; tetigit Christus, et sonavit dulcedo veritatis. *In tympano et psalterio psallant ei.*

9 [v.4]. *Quoniam benefecit Dominus in populo suo.* Quid tam beneficum, quam mori pro impiis? quid tam beneficum, quam sanguine iusto delere chirographum peccatoris? quid tam beneficum, quam dicere: Non ad me pertinet quod fuistis; estote quod non fuistis? *Benefecit Dominus in populo suo,* dimittendo peccata, promittendo vitam aeternam. Benefacit aversum convertere, pugnantem adiuvare, vincentem coronare: *Benefecit Dominus in populo suo. Et exaltabit mansuetos in salute.* Exaltantur enim et superbi, sed non in salute. Mansueti in salute, superbi in morte: id est, superbi ipsi se exaltant, et Dominus eos humiliat; mansueti autem ipsi se humiliant, et Deus eos exaltat. *Et exaltabit mansuetos in salute.*

10 [v.5.6]. *Exsultabunt sancti in gloria.* Aliquid volo dicere; audite attentius de gloria sanctorum. Nemo est enim qui non amet gloriam. Sed gloria stultorum, popularis illa quae dicitur, habet illecebram deceptionis, ut ad laudes vanorum hominum quisque commotus, velit sic vivere, ut praedicetur ab hominibus quibuscumque, quomodocumque.

hable de él de cualquier forma y por cualquier clase de hombres. De aquí que, hechos los hombres insensatos e inflados con la vanidad, vacíos dentro e hinchados fuera, se animan a perder sus bienes, dándoselos a los cómicos, a los comediantes, a los gladiadores, a los aurigas. ¡Cuántos bienes donan, cuántos bienes gastan! Derrochan sus haberes, no tanto los patrimoniales como los espirituales. Estos desprecian al pobre, porque el populacho no grita que reciba el pobre; sin embargo, el populacho grita que reciba el gladiador. Estos, pues, cuando no se grita por los pobres, no quieren dar; y, cuando se grita por los insensatos, se enloquecen, y de este modo se hacen todos insensatos: el gladiador, el espectador y el que da. El Señor vitupera esta gloria loca; se reprueba ante la presencia del Omnipotente. Con todo, hermanos míos, Cristo, aduciendo la semejanza de este hecho, de tal suerte reprocha a los suyos, que les dice: "No recibí de vosotros tanto cuanto recibieron los gladiadores, a pesar de que para recompensarles les disteis de lo mío; mas yo *estaba desnudo, y no me vestisteis.*" Ellos le dirán: *¿Cuándo te vimos desnudo y no te vestimos?* Y El les contestará: *Cuando no hicisteis esto con mis pequeñuelos, no lo hicisteis conmigo.* Tú quieres vestir al que te agrada. ¿En quién te desagrada Cristo? ¿Quieres vestir al gladiador, por el que quizá, vencido, te avergüences? Cristo jamás es vencido; vence al diablo; y le vence por ti, para ti y en ti. ¿No quieres vestir a tal vencedor? ¿Por qué? Porque apenas se grita, apenas se vuelven locos por El. Por esto, los que se deleitan en tal gloria no tienen nada en su conciencia. Así como

Hinc homines insani effecti, et inflati typho, inanes intus, foris tumidi, etiam res suas perdere volunt, donando scenicis, histrionibus, venatoribus, aurigis. Quanta donant! quanta impendunt! Effundunt vires, non patrimonii tantum, sed etiam animi sui. Isti fastidiunt pauperem, quia non clamat populus, ut pauper accipiat; clamat autem populus, ut venator accipiat. Illi ergo ubi eis non clamatur, nolunt erogare: ubi clamatur ab insanis, insaniunt; et fiunt omnes insani, et qui spectatur, et qui spectat, et qui donat. Insana ista gloria reprehenditur a Domino, improbatur ante oculos Omnipotentis. Et tamen, fratres mei, Christus sic improperat suis, et dicit: Non a vobis accepi tantum, quantum acceperunt venatores; et illis ut donaretis, de meo donastis: ego autem *nudus eram, et non vestistis me.* Et illi: *Et quando te vidimus nudum, et non vestimus te?* Et ille: *Cum uni ex minimis meis non fecistis, nec mihi fecistis* (Mt 25,43-45). Sed eum vis vestire, qui tibi placet: in quo tibi Christus displicet? Vestire vis venatorem, quo forte victo erubescas: Christus nunquam vincitur; et diabolum vicit, et pro te vicit, et tibi vicit, et in te vicit. Talem victorem vestire non vis. Quare? Quia minus clamatur, quia minus insanitur. Propterea isti qui tali gloria delectantur, in conscientia sua nihil habent. Quomodo exhauriunt arcas, ut vestes

dejan vacías las arcas para entregar los vestidos, así dejan exhausta la conciencia, de suerte que en ella no hay nada que valga.

11. No es necesario que diga cómo se regocijen los santos que se regocijan en la gloria. Oíd el versillo siguiente del salmo: *Se regocijarán los santos en la gloria; se alegrarán en sus moradas.* No en los teatros o anfiteatros, no en los circos, en las frivolidades, en el foro, sino *en sus moradas.* ¿Qué significa *en sus moradas?* En sus corazones. Oye al apóstol San Pablo regocijarse en su morada: *Nuestra gloria consiste en el testimonio de nuestra conciencia.* Por otra parte, ha de temerse que alguno se complazca en sí mismo, y, como envanecido de su conciencia, se gloríe. Por eso cada uno debe regocijarse con temor, puesto que se debe al don de Dios, no a su merecimiento, regocijarse. Efectivamente hay muchos que se agradan a sí mismos y que se tienen por justos. A éstos les sale al encuentro otro pasaje de la Escritura, diciendo: *¿Quién se gloriará de tener puro el corazón o quién se gloriará de estar limpio de pecado?* Existe cierta norma para gloriarse de la conciencia. Consiste en que conozcas que tu fe es sincera; tu esperanza, cierta, y tu caridad, sin ficción. Pero, como todavía hay muchas cosas que quizá pueden ofender a los ojos de Dios, alaba a Dios, que te dio estas cosas, y entonces perfeccionarás lo que te dio. Por eso, después de haber dicho: *Se regocijarán en sus moradas,* para que no pensasen algunos que se agradaban a sí mismos, añadió a seguida: *Los regocijos de Dios (están) en su boca.* De tal modo se regocijan en sus moradas, que no se atribuyen a sí el ser buenos, sino que

mittant; sic exinaniunt ipsam conscientiam, ut nihil ibi habeant pretiosum.

11. Sancti autem qui exsultant in gloria, quomodo exsultent, non opus est ut nos dicamus; ipsius Psalmi audite sequentem versum: *Exsultabunt sancti in gloria: laetabuntur in cubilibus suis.* Non in theatris, non in amphitheatris, non in circis, non in nugis, non in foris; sed, *in cubilibus suis.* Quid est, *in cubilibus suis?* In cordibus suis. Audi apostolum Paulum exsultantem in cubili suo: *Nam gloria nostra haec est, testimonium conscientiae nostrae* (2 Cor 1,12). Rursum timendum est ne quisque apud seipsum fiat sibi placens, et quasi superbus de conscientia sua glorietur. Debet enim quisque cum tremore exsultare (Ps 2,11); quia donum Dei est unde exsultat, non meritum suum. Etenim sunt multi sibi placentes, et iustos se esse arbitrantes; et procedit adversus illos alia pagina dicens: *Quis gloriabitur castum se habere cor; aut quis gloriabitur mundum se esse a peccato?* (Prov 20,9). Est ergo quidam modus in conscientia gloriandi, ut noveris fidem tuam esse sinceram, noveris esse spem tuam certam, noveris charitatem tuam esse sine simulatione. Sed quoniam multa sunt adhuc forte quae possunt offendere oculos Dei, lauda Deum qui tibi ista donavit; tunc perficiet quod donavit. Propterea cum dixisset, *Laetabuntur in cubilibus suis;* ne quasi sibi placentes viderentur, adiunxit statim, *Exsultationes Dei*

alaban a Aquel de quien recibieron lo que son; a Aquel por quien son llamados para que consigan lo que todavía no son y de quien esperan la perfección, al cual dan gracias porque incoó (esta perfección). *Los regocijos de Dios (están) en su boca.* Ved ya, pues, a los santos; ved su gloria por todo el mundo; ved, en fin, que *los regocijos de Dios están en su boca.*

12. *Y espada de dos filos en sus manos.* Se llama espada de dos filos a lo que el vulgo llama estoque. Hay espadas de un solo filo; éstas son los sables. Pero la espada de dos filos es también la lanza, es el estoque. Esta clase de armas que por ambas partes tienen filo encierran un gran misterio. Esta *espada de dos filos se halla en sus manos.* La palabra del Señor es espada de dos filos. Es una sola espada, pero al mismo tiempo son muchas espadas, porque muchas son las bocas y las lenguas de los santos. La palabra de Dios, dice San Pablo, es espada de dos filos. ¿Cómo es espada de dos filos? Porque habla de cosas temporales y de eternas, y en ambos casos prueba lo que dice; y al que hiere le aparta del mundo. ¿Por ventura es esta espada de la que el Señor dice: *No vine a traer paz, sino espada?* Ve cómo vino a apartar, a separar. Aparta a los santos, aparta a los impíos, aleja de ti lo que te embaraza. El hijo quiere servir a Dios, no quiere el padre: vino la espada, vino la palabra de Dios, y separó al hijo del padre. La hija anhela amar a Dios, la madre no quiere: la espada separa a las dos. La nuera quiere servir a Dios, la suegra no quiere. En fin, se acerque la espada de dos filos y ofrezca la promesa de la vida presente y futura, el consuelo de

in faucibus eorum. Sic laetabuntur in cubilibus suis, ut non sibi tribuant quod boni sunt, sed illum laudent a quo acceperunt quod sunt, a quo vocantur ut perveniant ad id quod nondum sunt, et a quo sperant perfectionem; cui gratias agunt, quia inchoavit: *Exsultationes Dei in faucibus eorum.* Iam videte sanctos, videte gloriam eorum, videte per universum mundum, videte quod *exsultationes Dei* sint *in faucibus eorum.*

12. *Et frameae bis acutae in manibus eorum.* Framea appellatur, quam vulgo spatham dicunt. Sunt enim gladii ex una parte acuti, ipsae sunt machaereae. Ipsae autem frameae, ipsae et romphaeae, ipsae etiam spathae appellantur. Magnum mysterium habet hoc genus ferramenti, quod ex utraque parte acutum est. Ipsae *frameae* sunt *bis acutae in manibus eorum.* Frameas bis acutas intelligimus sermonem Domini: et una framea est; sed ideo multae dicuntur, quia multa ora sunt, et multae linguae sanctorum. Sermo ergo Dei, gladius bis acutus (Hebr 4,12). Unde bis acutus? Dicit de temporalibus, dicit de aeternis. In utroque probat quod dicit, et eum quem ferit, separat a mundo. Nonne ipse est gladius, de quo Dominus dicit: *Non veni pacem mittere in terram sed gladium?* (Mt 10,34). Attende quomodo venit disiungere, quomodo venit separare. Disiungit sanctos, disiungit impios, separat a te quod te impedit. Filius vult servire Deo, pater non vult: venit gladius, sermo Dei; dividit filium a patre. Filia vult, mater non vult;

las cosas temporales, y el gozo de las eternas: aquí tenéis la espada de dos filos prometiendo lo temporal y lo eterno. ¿En qué nos engañó? ¿Por ventura no se halla la Iglesia de Dios extendida por todo el mundo? Ved que así es. Antes se leía y no se veía; ahora, como se lee, se ve. Todo lo temporal que se nos prometió pertenece a un filo de la espada, y todo lo eterno al otro. Tienes, pues, la esperanza de las cosas futuras y el consuelo de las presentes; no te dejes seducir por aquel que quiere apartarte. Ya sea el padre, la madre, la suegra, la esposa y o el amigo el que desee apartarte, tú no te apartes, y te servirá de provecho la espada de dos filos. Ella te separa útilmente; tú te unes malamente. Luego el Señor vino trayendo la espada de dos filos: prometiendo las cosas eternas y cumpliendo las temporales. Por eso también hay dos Testamentos. ¿Qué simboliza también *la espada de dos filos en sus manos?* Los dos Testamentos. A ellos pertenece la espada de dos filos. El Viejo promete las cosas terrenas, y el Nuevo las eternas. En ambos la palabra de Dios se mostró veraz, como espada de dos filos. ¿Por qué *en las manos* y no en las lenguas, pues dice: *y espada de dos filos en sus manos?* Dijo *en las manos* como si hubiera dicho *en poder.* Luego recibieron la palabra de Dios en poderío para que en donde quisieran y a quienes quisieran hablasen sin temer a las potestades humanas, sin despreciar al desvalido. En sus manos, pues, tenían la espada con la cual preparaban, agitaban, conducían y herían, pues todo esto estaba en poder de los predicadores. Si no hubiera estado la palabra en su poder, ¿no diría quizá alguno:

dividuntur ab invicem. Nurus vult, socrus non vult; veniat gladius bis acutus, afferat promissionem vitae praesentis et futurae, consolationem temporalium, aeternorum perfruitionem. Ecce gladius ex utraque parte acutus, promittens temporalia et aeterna. In quo nos fefellit? Nonne Ecclesia Dei per totum mundum non erat? Ecce est. Antea legebatur, et non videbatur: modo sicut legitur, ita cernitur. Quidquid temporaliter nobis promissum est, ad unam partem gladii pertinet: quidquid in sempiternum, ad alteram partem gladii pertinet. Habes spem futurarum rerum, habes consolationem praesentium; noli retrahi ab eo qui vult retrahere: pater, mater, soror, uxor sit, amicus sit, non te retrahat; et utilis tibi erit gladius bis acutus. Utiliter te ille separat, male te tu conglutinas. Venit ergo Dominus noster ferens gladium bis acutum, promittens aeterna, implens temporalia. Nam ideo et duo Testamenta dicuntur. Quae erant ergo *frameae bis acutae in manibus eorum?* Duo Testamenta ad gladium bis acutum pertinent: Vetus Testamentum terrena promittit, Novum aeterna. In utroque sermo Dei verax inventus est, ut gladius bis acutus. Quare ergo in manibus, et non in linguis? *Et frameae bis acutae,* inquit, *in manibus eorum. In manibus* dixit, in potestate. Acceperunt ergo sermonem Dei in potestate, ut ubi vellent dicerent, cui vellent dicerent; non timerent potestatem, non contemnerent paupertatem. In manibus enim habebant gladium, qua volebant, vibrabant, versabant, percutiebant: et hoc totum erat in potestate praedi-

"Cómo la palabra es espada de dos filos y cómo se halla en la mano"? Si no hubiera estado la palabra en las manos, ¿por qué se escribió: *Se hizo palabra del Señor en las manos de Ageo profeta?* ¿Por ventura, hermanos míos, colocó Dios su palabra *en las manos* de Ageo? ¿Qué significa *hizo palabra en sus manos?* Que se le dio poder de predicar la palabra del Señor. En fin, también podemos entender estas manos de otro modo; a saber: los que hablaron tuvieron en la lengua la palabra del Señor, y los que escribieron la tuvieron en las manos. *Y la espada de dos filos (se halla) en sus manos.*

13 [v.7]. Ya veis, hermanos, armados a los santos; ved la carnicería, ved las gloriosas batallas. Si hay emperador, hay también soldados; si hay soldados, también hay enemigos; y, si hay guerra, hay también victoria. ¿Por qué pelean estos que tienen en sus manos espadas de dos filos? *Para vengar a las naciones.* Ved si no se hizo venganza en las naciones. Todos los días tiene lugar esto; esto hago yo también hablando. Ved cómo son destruidas las gentes de Babilonia y se le da el duplo, pues así se escribió de esta Babilonia: *Y se le dio el duplo, conforme a sus obras.* ¿Cómo se le da el duplo? Pelean los santos, manejan sus espadas de dos filos, y llevan a cabo la ruina, la muerte, la separación. ¿Cómo se le dio? Ella perseguía a los cristianos, mataba la carne, pero no abatía a Dios. Ahora ellos le devuelven el duplo, puesto que dan muerte a los paganos y quiebran los ídolos. "¿Cómo—dirás—mueren los paganos?" Haciéndose cristianos. Busco al pagano y no le encuentro; ya es cristiano. Luego

cantium. Nam si non est in manibus sermo: ne forte aliquis dicat, Quomodo sermo est gladius bis acutus, et quomodo in manibus? si ergo sermo non est in manibus, quare scriptum est, *Factus est sermo Domini in manu Aggaei prophetae?* (Agg 1,1). Numquid, fratres, sermonem suum Deus in digitis ipsius fecit? Quid est, *in manu* ipsius *factus est?* In potestate illi datum est praedicare sermonem Domini. Postremo possumus etiam has manus aliter intelligere. Nam qui locuti sunt, in lingua habuerunt sermonem Dei; qui scripserunt, in manibus: *Et frameae bis acutae in manibus eorum.*

13 [v.7]. Iam, fratres, videtis sanctos armatos; attendite strages, attendite gloriosa praelia. Si enim imperator, et miles; si miles, et hostis; si bellum, et victoria. Quid fecerunt isti habentes in manibus frameas bis acutas? *Ad faciendam vindictam in gentibus.* Videte si non est vindicta facta in gentibus. Quotidie ipsa fit; hoc agimus et nos loquendo. Attendite quomodo caesae sunt gentes Babyloniae. Illi redditur duplum: sic enim de illa scriptum est, *Reddite illi duplum, ad quod fecit* (Apoc 18,6). Quomodo redditur duplum? Bellant sancti, educunt frameas bis acutas; fiunt strages, fiunt occisiones, separationes: quomodo illi duplum redditur? Illa quando poterat persequi Christianos, carnem occidebat, Deum non confringebat: modo illi duplum redditur; et Pagani exstinguuntur, et idola franguntur. Quomodo, inquies, Pagani occiduntur? Quomodo, nisi cum Christiani fiunt? Quaero paganum, non invenio;

murió el pagano. Si no se matasen, ¿cómo es que dijo a San Pedro: *Mata y come?* De aquí que Saulo fue matado en cuanto a perseguidor y fue levantado predicador. Busco a Saulo perseguidor y no le encuentro; fue matado. ¿Cómo? Con la espada de dos filos. Pero como fue matado en sí, en cuanto a lo que era, y fue vivificado en Cristo, por eso, lleno de confianza, dice: *Vivo, pero ya no yo, sino que Cristo vive en mí.* Como a él le aconteció, así se obrará por él. En efecto, al ser hecho predicador, recibió también en sus manos la espada de dos filos *para ejecutar venganza en las naciones.* Mas para que no pienses que los hombres fueron heridos por la espada, de tal modo que derramaron sangre y recibieron heridas en la carne, prosigue el salmista y dice: *Reprensiones en los pueblos.* ¿Qué es reprensión? Corrección. Blandid la espada de dos filos, no cejéis; Dios os la entregó según vuestra capacidad. ¿Qué hombre eres que adoras los ídolos? Di a tu amigo, si aún queda alguno a quien le digas: "¿Qué hombre eres que abandonaste a Aquel por quien fuiste creado y adoras lo que tú hiciste? Mejor es el artífice que lo que fabrica el artífice." Te avergüenzas de adorar al artífice, ¿y no te avergüenzas de adorar a lo que hizo el artífice? Cuando comience a ruborizarse, cuando comience a compungirse, entonces heriste con la espada; llegó al corazón, y morirá para vivir. *La espada de dos filos en sus manos, para vengar a las naciones y reprender a los pueblos.*

14 [v.8]. *Para aprisionar a sus reyes con grillos, y a sus nobles con esposas de hierro. A fin de que ejecuten con ellos el*

christianus est: ergo mortuus est paganus. Nam si non occiduntur, unde dictum est Petro: *Macta et manduca?* (Act 10,13). Unde ipse Saulus occisus est persecutor, et Paulus erectus est praedicator? Quaero Saulum persecutorem, et non invenio; occisus est. Unde? De framea bis acuta. Sed quia occisus est in se, et vivificatus est in Christo, ideo confidens dicit: *Vivo autem iam non ego; vivit autem in me Christus* (Gal 2,20). Quomodo illi fit, sic per illum. Etenim cum factus esset praedicator, accepit et ipse in manibus frameam bis acutam, *ad faciendam vindictam in gentibus.* Et ne vere tu putares homines ferro percuti, sanguinem fundi, vulnera in carne fieri, sequitur, et exponit: *Obiurgationes in populis.* Obiurgatio quae est? Correptio. Procedat ex vobis framea bis acuta, nolite cessare; dedit illam vobis Deus pro modulo vestro. Qualis homo es, qui idola colis? Dic amico tuo, si tamen remansit cui dicas: Qualis homo es, qui dimisisti eum a quo factus es, et adoras quod fecisti? Melior est faber, quam quod fabricat faber. Si fabrum adorare erubescis, quod faber fecit, non erubescis? Cum coeperit erubescere, cum coeperit compungi, fecisti vulnus de framea; pervenit ad cor, moriturus est ut vivat: *Frameae bis acutae in manibus eorum, ad faciendam vindictam in gentibus, obiurgationes in populis.*

14 [v.3]. *Ut alligent reges eorum in compedibus, et nobiles eorum in vinculis ferreis. Ut faciant in eis iudicium conscriptum.* Facile expo-

juicio decretado. Con facilidad expuse cómo con la espada de dos filos caen para levantarse, son separados para ser congregados, son heridos para sanar y se les da muerte para vivir. Pero ¿qué haré? ¿Cómo expondré: *Para aprisionar a sus reyes con grillos?* Los reyes de las gentes han de ser aprisionados con cadenas, *y sus nobles con esposas,* y además *de hierro.* Atended a fin de que entendáis lo que sabéis. Estos versillos que comencé a exponer son oscuros, pero lo que he de decir acerca de ellos no es cosa nueva; ya lo sabéis. Ahora no necesitáis aprender, sino solamente recordar. El Señor quiso presentar ciertos versillos oscuros, no con el fin de sacar algo nuevo de ellos, sino de innovar con una exposición oscura lo que ya era conocido. Sabemos que los reyes y los nobles gentiles se hicieron cristianos. Lo son hoy, lo fueron y lo serán, pues no decae la espada de dos filos de la mano de los santos. Pero ¿cómo entendemos que se hallan atados con grillos y esposas de hierro? Sabe vuestra caridad y erudición, puesto que habéis sido alimentados en la Iglesia y acostumbráis a oír la lección divina, que *Dios escogió lo flaco del mundo para confundir lo fuerte; y lo necio del mundo, para avergonzar a los sabios; y lo que no es, como si fuese, para destruir lo que es.* Pues así dice el Apóstol: *Ved, hermanos, vuestra vocación o llamamiento; no sois muchos sabios según la carne, ni muchos poderosos, ni muchos nobles; antes bien, Dios eligió lo necio y lo débil del mundo para confundir lo fuerte; y escogió también lo innoble y despreciable y lo que no es, como si fuese, para destruir lo que es.* Vino Cristo Dios para aprovechar a to-

suimus quomodo de frameis cadant ut exsurgant, separentur ut congregentur, vulnerentur ut sanentur, moriantur ut vivant: sed quid faciemus? quomodo exponemus, *Ad alligandos reges eorum in compedibus?* Reges gentium alligandi in compedibus; *et nobiles eorum in vinculis,* addidit *ferris.* Adestote, ut agnoscatis quod nostis. Isti enim versus quos coepimus exponere, obscuri sunt; sed illud quod ex illis dicturus sum, non est novum. Iam notum est vobis; modo non discere opus habetis, sed commemorari. Ad hoc autem voluit Deus obscure ponere quosdam versus suos, non ut aliquid novum de illis eruatur; sed ut quod iam usitatum erat, obscuris expositis innovetur. Novimus reges factos christianos, novimus nobiles gentium factos christianos. Sunt hodieque, et fuerunt, et erunt; et non cessant frameae bis acutae in manibus sanctorum. Quomodo ergo ligatos compedibus et vinculis ferreis intelligimus? Scit Charitas vestra et eruditio (quia in Ecclesia nutriti estis, et soletis audire divinas lectiones), quoniam *infirma mundi elegit Deus, ut confunderet fortia; et stulta mundi elegit Deus, ad confundendos sapientes; et ea quae non sunt tanquam ea quae sunt, ut quae sunt evacuentur.* Sic enim ait Apostolus: *Videre enim vocationem vestram, fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles; sed stulta mundi elegit Deus, et infirma mundi, ut confunderet fortia; et ignobilia et contemptibilia elegit Deus, et ea quae non sunt tanquam ea*

dos, pero eligió al Pescador para aprovechar al emperador, no al emperador para ser útil al Pescador; y así eligió a lo que se tenía por nada en el mundo. Y a éstos llenó de su Espíritu, les dio la espada de dos filos, les mandó predicar el Evangelio e ir por todo el mundo. Bramó el mundo, se enfrentó el león con el cordero, y se vio que fue más fuerte el cordero que el león. El león fue vencido ensañándose, y el cordero venció padeciendo; se convirtieron los corazones de los hombres al temor de Cristo, y comenzaron a conmoverse los reyes y nobles por los milagros, a turbarse por el cumplimiento de las profecías, al ver al género humano acudir en tropel hacia un solo nombre. ¿Y qué hicieron? Muchos eligieron la bajeza o humildad, y, abandonando sus casas y distribuyendo sus haciendas a los pobres, se encaminaron a la perfección. Pues a un cierto imperfecto le dijo el Señor: *Si quieres ser perfecto, vete, vende lo que tienes y dalo a los pobres; y ven y sígueme, y tendrás un tesoro en los cielos.* Muchos nobles hicieron esto; pero, por lo mismo, dejaron de ser nobles entre las gentes, pues eligieron la pobreza en el mundo y la nobleza en Cristo. Por el contrario, otros muchos retienen la nobleza, el poder regio, y, con todo, así son cristianos. Estos son los que se encuentran como atados con grillos y amarrados con esposas de hierro. ¿Y para qué esto? Para que, habiendo recibido los grillos de la sabiduría, los grillos de la palabra de Dios, no se encaminen a lo ilícito.

15. ¿Y por qué son amarrados con cadenas de hierro y no de oro? Son de hierro cuando temen; amen y serán de oro.

quae sunt, ut ea quae sunt evacuentur (1 Cor 1,26-28). Venit Deus Christus prodesse omnibus: sed elegit prodesse imperatori de piscatore, non piscatori de imperatore; et elegit ea quae nullius momenti erant in mundo. Ipsos implevit Spiritu suo, dedit eis frameas bis acutas, praedicare praecepit Evangelium, et ire per totum orbem terrarum (Mt 28,19). Fremuit mundus, erexit se leo adversus agnum: sed fortior leone inventus est agnus. Leo victus est saeviendo, agnus vicit patiendo. Conversa sunt corda hominum ad timorem Christi; coeperunt reges, coeperunt nobiles miraculis commoveri, prophetiae adimpletione turbari, videre in unum nomen concurrere genus humanum. Et quid facerent? Multi elegerunt ignobilitatem, et dimittentes domos suas, substantias suas distribuentes pauperibus, cucurrerunt ad perfectionem. Tali enim imperfecto dicitur a Domino: *Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quae habes, et da pauperibus; et veni, sequere me, et habebis thesarurum in caelis* (ib. 19,21). Multi ex nobilibus fecerunt hoc: sed cessaverunt isti nobiles esse gentium; elegerunt paupertatem in saeculo, nobilitatem in Christo. Multi autem tenent ipsam nobilitatem, tenent regias potestates, et sic sunt christiani. Ipsi sunt tanquam in compedibus, et tanquam in vinculis ferreis. Unde hoc? Ne progrederentur ad illicita, compedes acceperunt; compedes sapientiae, compedes verbi Dei.

15. Quare ergo vincula ferrea, et non vincula aurea? Ferrea sunt quamdiu timent; ament, et aurea erunt. Attendat Charitas vestra quid

Atienda vuestra caridad a lo que digo. Oísteis ha poco decir al apóstol San Juan: *No hay temor en el amor, porque la caridad perfecta arroja fuera el temor, puesto que el temor tiene su castigo.* Este temor es la cadena de hierro; y, sin embargo, a no ser que el hombre comience a reverenciar a Dios por el temor, no llegará al amor. Pues el comienzo de la sabiduría es el temor de Dios. Luego empieza con las cadenas de hierro y termina con el collar de oro. De la sabiduría se dijo que *es collar de oro alrededor de tu cerviz.* No te pongas collar de oro a no ser que primeramente te hubieses amarrado con grillos de hierro. Comenzaste por el temor, acabarás en la sabiduría. ¡Cuántos hay que no quieren obrar mal porque temen las llamas del infierno, porque temen los tormentos! Aún no aman la justicia. Puesto que, si se les prometiese la impunidad y se les dijese: "Haced lo que queráis seguros, pues no se os castigará", darían rienda suelta a su sensualidad en cualquier iniquidad; y principalmente, hermanos míos, los reyes y los nobles, a quienes no se les dice fácilmente: "¿Qué hicisteis?" El hombre desvalido, aunque no tema a Dios, puesto que se halla desprovisto de poder, de influencia y de haberes, cuando comienza a ser turbado, para no verse arrastrado al suplicio, deja de obrar el mal por el temor del hombre, aunque no por el de Dios. Mas los poderosos del mundo, los reyes y los nobles, si no temen a Dios, ¿a quién han de temer? Pero se les predica, y son heridos con la espada de dos filos. Se les dice que hay un ser que pondrá a unos a la derecha y a otros a la izquierda, diciendo a los que estén a la izquierda:

loquar. Audistis modo apostolum Ioannem: *Timor non est in charitate; sed perfecta charitas foras mittit timorem, quia timor tormentum habet* (1 Io 4,18). Hoc est vinculum ferreum. Et tamen nisi timore incipiat homo Deum colere, non perveniet ad amorem. Initium sapientiae timor Domini (Ps 110,10). Incipit ergo a vinculis ferreis, finitur ad torquem aureum. Dictum est enim de Sapientia, *Et torquem aureum circa tuam cervicem* (Eccli 6,25). Non tibi imponeret torquem aureum, nisi primo in compedibus ferreis te alligasset. Coepisti a timore, consummaris ad sapientiam. Quam multi sunt qui propterea nolunt male facere, quia gehennas timent, quia cruciatus timent? Nondum amant iustitiam. Si illis promitteretur impunitas, et diceretur eis, Facite quod vultis securi, impunitum vobis erit; emitterent progressus libidinum suarum in quaeque nequissima: et maxime, fratres mei, maxime reges et nobiles, quibus non facile dicitur, Quid fecisti? Nam pauper homo, etsi non timeat Deum; quia nullarum virium est, nullarum facultatum; ne cum se commoverit, in supplicium rapiatur, cessat timore hominis, etsi non Dei. Potentes autem mundi, reges, nobiles, nisi Deum timeant, quid timebunt? Sed praedicatur illis, et percutiuntur framea bis acuta. Dicitur illis quia est qui ponat alios ad dexteram, alios ad sinistram; ut dicat eis qui a sinistris sunt: *Ite in ignem aeternum, qui paratus est diabolo et angelis eius* (Mt 25,33.41). Nondum diligunt iustitiam, sed timent poenam; et

Id al fuego eterno, que está preparado para el diablo y sus ángeles. Aún no aman la justicia, pero temen ya el castigo, y, al temer el castigo, ya tomaron los grillos y son adoctrinados en las cadenas de hierro. Se me acerca un hombre poderoso del mundo, le desagrada su esposa, o quizá deseó la belleza de otra, o apeteció a otra más rica, y, por lo mismo, quiere abandonar a la que tiene; pero, con todo, no lo hace. Oye al siervo de Dios, oye al profeta, oye al apóstol, y no pone por obra su pensamiento; oye decir a aquel en cuyas manos se encuentra la espada de dos filos: "No obres; no te es lícito esto; Dios no te permite repudiar a tu esposa a no ser por haber fornicado"; oye esto, teme y no lo hace. El pie vacilante ya avanzaba hacia la ruina, pero fue contenido por los grillos; soporta cadenas de hierro y teme a Dios. Se le dice: "Si lo ejecutas, Dios te condenará; el juez está sobre todo; oye el gemido de tu mujer, ya que, si lo llevas a cabo, serás tenido por reo delante de él." Te halaga la concupiscencia, te aterra la pena. Te encaminabas derecho al consentimiento del depravado deseo si no te hubieran detenido las cadenas de hierro. Hay más todavía; si alguno dice: "Quiero contenerme; no quiero ya el uso de la mujer", no puedes hacerlo. Pues ¿qué acontece si tú quieres y ella no quiere? ¿Acaso por tu continencia debe ella hacerse deshonesta, ya que, si se une a otro varón viviendo tú, será adúltera? Dios no quiere recompensar tal daño con esta ganancia. Da el débito; y, si tú no lo exiges, dalo. Dios te computará por santificación perfecta si no exiges lo que te debe la esposa, pero da lo que a ella

timendo poenam, iam acceperunt compedes, et in vinculis ferreis erudiuntur. Venit ad nos homo de saeculo potens; offendit illum uxor sua, aut forte concupivit alterius pulchriorem, aut alteram ditiorem: vult dimittere eam quam habet, et non facit. Audit a servo Dei, audit a propheta, audit ab apostolo, et non facit; audit ab eo in cuius manibus est framea bis acuta, Non facies, non licet tibi, non permittit Deus dimittere uxorem, excepta causa fornicationis (ib. 5,32): audit hoc, timet, et non facit. Pedes leves iam progrediebantur in lapsum, compedibus tenentur; habet vincula ferrea, timet Deum. Dicitur illi: Damnabit te Deus, si feceris; iudex est supra omnes, audit gemitum uxoris tuae, reus teneberis in conspectu eius. Hac concupiscentia blanditur, hac poena deterret. Ibat ad consentiendum pravae cupiditati, nisi vincula ferrea retinerent. Quod plus est, si dicat, Continere iam volo, nolo iam uxorem: Non potes. Quid, si tu vis, et illa non vult? numquid per continentiam tuam debet illa fieri fornicaria? Si alii nupserit te vivo, adultera erit. Non vult tali lucro Deus compensare tale damnum. Redde debitum; etsi non exigis, redde. Pro sanctificatione perfecta Deus tibi computabit, si non quod debet exigis, sed reddis quod debetur uxori. Times, non facis; concutiuntur vincula tua. Audi quia vinculis ferreis constrictus es: *Alligatus es uxori? Ne quaesieris solutionem* (1 Cor 7,

se le debe. Temes, pero no lo haces: se rompieron tus cadenas. Oye cómo estás sujetado con cadenas de hierro: *¿Estás atado a mujer? No busques desatadura.* Es duro, es férreo. Cuando el Señor dijo esto: *Lo que Dios unió, no lo separe el hombre,* demostró que la atadura es de hierro. Por tanto, oíd, adolescentes: éstas son ataduras de hierro; no metáis los pies en ellas, pues al meterlos os encadenáis más fuertemente que con grillos. Tales grillos se os refuerzan por la mano del obispo. Pero ¿acaso los engrillados no se dirigen a la Iglesia y son soltados en ella? Ciertamente que vienen aquí los hombres queriendo desligarse de sus esposas; pero en esto se hallan ligados de manera irrompible. Nadie suelta estas cadenas. *Lo que Dios unió, no lo separe el hombre.* Entonces estas cadenas son duras. ¿Quién lo ignora? De esta dureza se quejaron los apóstoles, y dijeron: *Si así es el asunto del hombre con la mujer, no conviene casarse.* Si son cadenas de hierro, no conviene meter los pies en ellas. Pero el Señor les dice: *No todos comprenden estas palabras; quien puede entenderlas, que las entienda. ¿Estás atado a mujer? No busques desatadura,* porque estás amarrado con cadenas de hierro. *¿Estás libre de mujer? No busques mujer.* No te amarres con cadenas de hierro.

16 [v.9]. *A fin de que ejecuten con ellos el juicio decretado.* Este es el juicio que hacen los santos por todas las naciones. ¿Por qué (está) *decretado?* Porque anteriormente fueron escritas todas estas cosas y ahora se cumplen. Ved que ahora se ponen en práctica; en otro tiempo se leían, pero no se llevaban a cabo. *Esta es*—así concluye el salmo—*gloria de todos sus santos.* Por todo el mundo, por todas las naciones, ejecutan esto los santos;

39.3.27). Durum est, ferreum est. Nam quando Dominus hoc ait, ostendit quia vinculum est ferreum: (adolescentes audite: vincula ferrea sunt, nolite pedes mittere; cum miseritis, arctius constringemini compedibus. Tales compedes consolidant vobis et episcopi manus. Numquid non fugiunt in Ecclesiam compediti, et solvuntur hic? Viri fugiunt huc volentes dimittere uxores suas; hic arctius colligantur: nemo solvit has compedes). *Quod Deus coniunxit, homo non separet.* Sed dura sunt vincula. Quis nesciat? Ipsam duritiam doluerunt Apostoli, et dixerunt: *Si talis est causa cum uxore, non expedit nubere.* Si vincula ferrea sunt, non opus est ut illic pedes mittantur. Et Dominus: *Non omnes capiunt verbum istud; sed qui potest capere, capiat* (Mt 19,6.10-11). *Alligatus es uxori? Ne quaesieris solutionem;* quia alligatus es vinculis ferreis. *Solutus es ab uxore? ne quaesieris uxorem* (1 Cor 7,27); non te colliges vinculis ferreis.

16 [v.9]. *Ut faciant in eis iudicium conscriptum.* Hoc est iudicium quod faciunt sancti per omnes gentes. Quare, *conscriptum?* Quia ista antea conscripta sunt, et modo complentur. Ecce modo fiunt; aliquando legebantur, et non fiebant. Et conclusit ita: *Gloria haec est omnibus*

así son glorificados, así ensalzan a Dios con su boca, así se alegran en sus lechos, así se regocijan en su gloria, así se alborozan en la salud, así cantan el cántico nuevo, así dicen *aleluya* (alabad al Señor) de corazón, de palabra y de obra. Amén.

SALMO 150

[Doxología final del Salterio. Canto de alabanza]

1. Aunque todavía no me fue revelada la disposición de los salmos, la cual me parece que encierra el secreto de un gran sacramento; sin embargo, como todos ellos son 150, aunque aún no penetró la perspicacia de la mente la profundidad de todo su orden, nos insinúan algo de lo que sin petulancia, en cuanto Dios me ayude, podré hablar. Primeramente consideremos el número 15, del cual se forma el 150, puesto que lo que es número 15 en orden a los números simples, esto es el número 150 en orden a las decenas, porque lo constituyen quince veces 10; y esto es también el número 1.500 en el orden de las centenas, porque lo forman quince veces 100; y, asimismo, esto es el número 15.000 en orden a los millares, puesto que quince veces 1.000 son 15.000. El número 15 simboliza la conformidad de los dos Testamentos. En el Viejo se guarda el sábado, que significa el descanso; en el Nuevo, el día del Señor, que señala la resurrección. El sábado es el día séptimo de la semana, y el domingo, que sigue inmediatamente al séptimo, ¿cuál es sino el octavo?, el cual ha de te-

sanctis eius. Per totum mundum, per universas gentes hoc sancti agunt, sic glorificantur: sic exaltant Deum in faucibus suis, sic laetantur in cubilibus suis, sic exsultant in gloria sua, sic exaltantur in salute, sic cantant canticum novum, sic dicunt Alleluia, corde, ore, vita. Amen.

PSALMUS 150

1. Quamvis ordo Psalmorum, qui mihi magni sacramenti videtur continere secretum nondum mihi fuerit revelatus; tamen quia omnes centum quinquaginta numerantur, etiam nobis qui totius ordinis eorum altitudinem adhuc acie mentis non penetravimus, insinuant aliquid, unde non impudenter, quantum Dominus adiuvat, disputare possimus. Primum quindenarius numerus, ex quo iste multiplicatur (quod enim valent quindecim in ordine singulorum, hoc valent centum quinquaginta in ordine denariorum, quoniam quindecies deni eos faciunt; hoc valent mille quingenti in ordine centenariorum, quoniam quindecies centeni sunt; hoc valent quindecim millia in ordine millenariorum, quoniam quindecies mille sunt): quindenarius ergo numerus concordiam significat duum Testamentorum. In illo enim observatur sabbatum, quod significat quietem (Ex 20,10); in isto dominicus dies, qui significat resurrectionem. Sabbatum autem est dies septimus: dominicus vero post septimum, quid nisi octavus, idem qui primus habendus est? Ipse enim dicitur etiam

nerse también por primero, pues también se llama el día *primero del sábado;* y, a partir de él, el segundo, el tercero, el cuarto, y así hasta el séptimo, que es el sábado. Desde el domingo hasta el domingo se cuentan ocho días, y en ellos se hace patente la revelación del Nuevo Testamento, que en el Viejo se hallaba como velado bajo las promesas terrenas. Pues bien, 7 y 8 son 15. Y éste es también el número de salmos o cánticos que se llaman de grado (desde el 119 al 133), porque otros tantos eran los peldaños por los que se subía al templo. Asimismo, el número 50 encierra en sí un gran sacramento, pues consta de una semana de semanas con el aditamento de un día, como si fuese el octavo, para completar el número 50. Siete veces 7 constituyen el número 49, al cual se añade uno para formar el 50. Este número 50 encierra tan gran simbolismo, que, a contar desde el día de la resurrección del Señor tantos días completos, en el mismo día cincuenta vino sobre los que se hallaban congregados en Cristo el Espíritu Santo. Este Espíritu Santo se recomienda en la santa Escritura de modo especial por el número septenario, ya en Isaías, ya en el Apocalipsis, en donde clarísimamente se dan a conocer siete espíritus de Dios, atendiendo a la obra septenaria del único y mismo Espíritu. Esta obra septenaria se conmemora por el profeta Isaías así: *Y reposará sobre El (sobre Cristo) el Espíritu de Dios; Espíritu de sabiduría y de entendimiento, Espíritu de consejo y de fortaleza, Espíritu de ciencia y de piedad, Espíritu de temor de Dios.* Este temor debe entenderse por el temor puro del Señor, que permanece por los siglos de los siglos,

una sabbati (Mc 16,2), ut deinde sit secunda, tertia, quarta, et deinceps usque ad septimum sabbatum. A dominico autem usque ad dominicum octavus est dies: ubi Testamenti Novi revelatio declaratur, quod in Veteri tanquam sub terrenis promissionibus tegebatur. Septem porro et octo quindecim sunt. Tot sunt et cantica quae appellantur graduum, quoniam totidem fuerant etiam templi gradus. Deinde et quinquagenarius numerus magnum sacramentum per se gerit. Constat enim de septimana septimanarum, addito uno tanquam ipso octavo ad quinquagenarium numerum terminandum. Septies quippe septem quadraginta novem faciunt; quibus unus additur, ut fiant quinquaginta. Qui numerus quinquagenarius usque adeo magnae significationis est, ut ex Domini resurrectione tot diebus completis, ipso quinquagenario die venerit super eos qui in Christo fuerant congregati, Spiritus sanctus (Act 2,1-4). Qui Spiritus sanctus in Scripturis septenario praecipue numero commendatur, sive apud Isaiam, sive in Apocalypsi (Apoc 1,20); ubi apertissime septem Spiritus Dei perhibentur, propter operationem septenariam unius eiusdemque Spiritus. Quae operatio septenaria per Isaiam prophetam ita commemoratur: *Requiescet super eum Spiritus Dei; Spiritus sapientiae et intellectus, Spiritus consilii et fortitudinis, Spiritus scientiae et pietatis, Spiritus timoris Domini* (Is 11,2-3). Ipse debet intelligi timor Domini castus, permanens in saeculum saeculi (Ps 18,10). Servilem autem timo-

puesto que la caridad perfecta echa fuera el temor servil y nos liberta para que no ejecutemos las obras serviles, que se prohiben en el sábado. Mas la caridad de Dios se difundió en nuestros corazones por el Espíritu Santo que nos ha sido dado. De aquí que también se recomienda el Espíritu Santo en el número septenario. El número 50 lo distribuyó el Señor en 40 y en 10, ya que en el día cuadragésimo después de su resurrección subió al cielo y a los diez días de su ascensión envió el Espíritu Santo, recomendando en el número 40 la morada temporal en este mundo. El número 4 resalta en el 40, pues el mundo y el año están constituidos por cuatro partes; y, añadiéndoles el número 10 o el denario, como si se diese el galardón a las buenas obras por el cumplimiento de la ley, prefigura la misma eternidad. El número 150 contiene al 50 tres veces, como si lo hubiera multiplicado la Trinidad. De aquí que por este motivo no entendemos incongruentemente que éste debe ser el número de los salmos. Pues también en aquel número de peces que fue capturado después de la resurrección al arrojar las redes al mar, al completar los ciento cincuenta más tres, aparece como un aviso hecho de las partes en que deba ser repartido este número; de suerte que conste de tres cincuentenas. Aunque también aquel número de peces encierre otro motivo más sutil y agradable, puesto que el 17, multiplicado tres veces por 3, y también, tomando en suma todos los números desde el 1 hasta el 17, componen el 153. En el 10 está representada la ley, y en el 7 la gracia; y la ley no perfecciona a no ser que se difunda la caridad en nuestros cora-

rem consummata charitas foras mittit (1 Io 4,18); et nos liberos facit, ne servilia opera faciamus, quae sabbato prohibentur. Charitas autem Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis (Rom 5,5). Hinc quoque Spiritus sanctus septenario numero commendatur. Quinquagenarium vero etiam in quadraginta et decem Dominus dispertitus est. Die quippe quadragesimo post resurrectionem suam ascendit in caelum, ac deinde completis diebus decem misit Spiritum sanctum: quadragenario scilicet numero temporalem in hoc mundo cohabitationem commendans. Quoniam quaternarius in quadraginta numerus praevalet; quatuor autem partes habet mundus et annus: denario vero addito, velut mercede pro impleta lege bonis operibus reddita, ipsa aeternitas figuratur. Hunc quinquagenarium triplum habet centesimus et quinquagesimus numerus, tanquam eum multiplicaverit trinitas. Unde et hac causa non inconvenienter intelligimus istum numerum esse Psalmorum. Nam et in illo numero piscium qui capti sunt retibus post resurrectionem missis, ad centum quinquaginta additis tribus (Io 21,11), velut admonitio videtur facta, in quot partes debeat iste numerus dispertiri, ut ter habeat quinquagenos. Quanquam ille numerus piscium habeat et aliam rationem multo subtiliorem et iucundiorem, quod decem et septem in trigonum missis, id est, ab uno usque ad decem et septem omnibus computatis, ad eumdem numerum pervenitur. In decem autem Lex, in septem vero Gratia significatur; quia Legem non implet, nisi charitas

zones por el Espíritu Santo, que se halla simbolizado en el número septenario.

2. Lo que algunos creyeron, que son cinco los libros de todos los salmos, se funda en que cada vez que termina un salmo (el 40, 71, 88 y 105) con estas palabras: *Fiat, fiat,* así sea, así sea, es el final de un libro. Yo, al querer comprender la razón de esta distribución, no he sido capaz, porque las cinco partes no son iguales entre sí, y, si no lo son por la cantidad de la escritura, a lo menos debían serlo por el número de los salmos, de suerte que cada una constase de treinta. Además, si cada fin de libro termina con *fiat, fiat,* ¿por qué, puede preguntarse con razón, el libro quinto, y precisamente el último, no termina con este final? Yo, siguiendo la autoridad de la Escritura canónica, en la que se lee: *Se escribió en el libro de los Salmos,* reconozco un solo libro de los Salmos, pues veo que esto es cierto; y si lo que dicen ellos es también cierto, observo asimismo que no se opone a esto que digo. Pudiera ciertamente acontecer que, conforme a alguna costumbre de los escritos hebreos, se llamase un libro el que consta de muchos, como se dice una Iglesia la que consta de muchas, y un solo cielo el que consta de muchos, pues no pasó por alto algo de los cielos el que dijo: *Mi auxilio procede del Señor, que hizo el cielo y la tierra.* Ni cuando dice la Escritura: *Y llamó Dios al firmamento cielo,* y ordena que las aguas estén sobre el firmamento, es decir, sobre el cielo, miente esta misma Escritura al decir: *Y las aguas que están sobre los cielos alaben el nombre del Señor,* porque no dijo "sobre el

diffusa in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui septenario numero significatur.

2. Quod ergo quidam omnium Psalmorum quinque libros esse crediderunt, illud secuti sunt, quoties in fine psalmi dictum fuerit, *Fiat, fiat* (Ps 40,71,88, et 105). Sed huius dispertitionis rationem cum vellem comprehendere, non valui: quia nec ipsae quinque partes aequales sunt inter se, etsi non scripturae quantitate, saltem Psalmorum ipso numero, ut tricenos haberent. Et si uniuscuiusque libri finis est. *Fiat, fiat;* cur liber quintus idemque ultimus non eodem fine sit terminatus, merito quaeri potest. Nos autem Scripturae canonicae auctoritatem sequentes, ubi legitur, *Scriptum est enim in libro Psalmorum* (Act 1,20); unum Psalmorum librum esse novimus. Et video quidem quomodo et hoc verum sit, et illud si verum est, huic vero non reluctetur. Fieri enim potest ut aliqua consuetudine litterarum hebraearum unus liber dicatur, qui constat ex pluribus; sicut ex Ecclesiis pluribus una constat Ecclesia, et ex pluribus caelis unum caelum (Non enim caelorum aliquod praetermisit qui dixit, *Auxilium meum a Domino, qui fecit caelum et terram* [Ps 120,2]. Et cum Scriptura dicat, *Et vocavit Deus firmamentum caelum;* et aquas esse super firmamentum [Gen 1,8.7], hoc est super caelum: non mentitur tamen eadem Scriptura dicens, *Et aquae quae super caelos sunt, laudent nomen Domini* [Ps 148,4-5]; quia non ait, super

cielo". Por tanto, como hay una tierra constituida por muchas tierras, pues en el uso común de hablar decimos "toda la tierra" y "todas las tierras", así el que dijo: *Se escribió en el libro de los Salmos,* aun cuando la costumbre de hablar es de tal modo que parezca que quiso insinuar un solo libro, sin embargo, puede responderse que se dijo: *En el libro de los Salmos,* como si dijera: "En algún libro de los cinco." Este modo de hablar de tal modo no es frecuente, o raramente lo es, que también uno pudiera persuadirse de que hay un solo libro de los doce profetas, porque igualmente se lee: *Conforme se escribió en el libro de los Profetas.* Hay también quienes a todos los libros canónicos los consideran uno solo, porque concuerdan en una admirable y sublime unidad; y, por tanto, que se dijo: *En el principio del libro se escribió de mí (que vengo) para hacer tu voluntad,* a fin de que por esto se entienda que el Padre, por medio del Hijo, hizo el mundo, puesto que al principio de las Escrituras, en el libro del Génesis, se habla de esta creación. O que, mejor dicho, porque parece ser una profecía, la cual no narra hechos, sino que anuncia cosas futuras; pues no dice "que haya hecho", sino *que haga* o *para hacer tu voluntad;* este pasaje ha de aplicarse a lo que se escribió en los primeros versillos del Génesis: *Y serán dos en una carne.* A lo cual llama el Apóstol gran sacramento, pero en orden a Cristo y a la Iglesia. Pero también puede entenderse que se halla indicado este libro de los Salmos en lo que dijo: *En el principio del libro se escribió de mí (que vengo) para hacer tu voluntad,* pues prosigue: *Dios mío, lo quise; y tu ley se halla en*

caelum), et una terra ex multis terris. Nam et orbem terrae, et orbem terrarum, quotidiana consuetudine dicimus. Et qui ait, *Scriptum est in libro Psalmorum,* quanquam mos loquendi sic se habeat, ut unum esse librum insinuare voluisse videatur; tamen responderi potest, *in libro Psalmorum* esse dictum, In aliquo libro eorum quinque: quod in usu locutionis usque adeo vel non est, vel raro est, ut etiam duodecim Prophetarum unum librum esse ideo persuadeatur, quia similiter legitur, *Sicut scriptum est in libro Prophetarum* (Act 7,42). Sunt etiam qui universas omnino Scripturas canonicas unum librum vocent, quod valde mirabili et divina unitate concordent: et hinc esse dictum, *In capite libri scriptum est de me, ut faciam voluntatem tuam;* ut sic intelligatur per Filium Pater fecisse mundum, cuius conditio principium Scripturarum est in libro Geneseos. Vel magis quia prophetia videtur esse, non facta narrans, sed futura praenuntians (non enim ait, quod fecerim; sed, *ut faciam,* sive, *ut facerem voluntatem tuam);* ad illud haec sententia referenda est, quod in primis partibus eiusdem libri scriptum est, *Erunt duo in carne una* (Gen 2,24). Quod sacramentum magnum dicit Apostolus, in Christo et in Ecclesia (Eph 5,31-32). Quanquam et iste Psalmorum liber potest intelligi significatus, ubi dictum est, *In capite libri scriptum est de me, ut faciam voluntatem tuam:* sequitur enim, *Deus meus, volui, et legem tuam in medio cordis mei.* De ipso quippe

medio de mi corazón. Por tanto, como se toma como profetizado de El lo que se dice al comienzo del libro de los Salmos, en el primer salmo: *Bienaventurado el varón que no se halló en el consejo de los impíos, y no se detuvo en el camino de los pecadores, y no se sentó en la cátedra de pestilencias, sino que su voluntad (permanece) en la ley del Señor y medita en su ley día y noche,* esto sería lo que se dijo: *Dios mío, lo quise; y tu ley (se halla) en medio de mi corazón.* Lo que sigue: *Anuncié tu justicia en la Iglesia grande,* más convenientemente se aplica a *y serán dos en una carne.*

3. Pero ya se entienda de aquel o de este modo lo que se dijo: *En el principio del libro,* este libro de los Salmos, distribuido por cincuentenas, si se examina a través de estos grupos de cincuenta, responde a algo grande y sobremanera digno de consideración. Pues no me parece vano (decir) que el 50 se refiere a la penitencia; el 100, a la misericordia y juicio, y el 150, a la alabanza de Dios en sus santos, ya que nos encaminamos a la vida eterna de este modo: primeramente, condenando nuestros pecados; a continuación, viviendo bien, a fin de que, después de la condenación de esta vida mala y la ejecución de la buena, merezcamos la eterna. Pues Dios, conforme al designio de su ocultísima justicia y bondad, *a los que predestinó, a estos mismos llamó; y a los que llamó, a los mismos también justificó; y a los que justificó, a los mismos glorificó.* Nuestra predestinación no se hizo en nosotros, sino en El y en lo oculto, en su presciencia. Las tres restantes cosas, la vocación, la justificación y la glorifi-

accipitur prophetatus in capite libri huius psalmus ipse primus, *Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum, et in via peccatorum non stetit, et in cathedra pestilentiarum non sedit: sed in lege Domini voluntas eius, et in lege eius meditatibur die ac nocte* (Ps 1,1-2): ut hoc sit quod dictum est, *Deus meus, volui, et legem tuam in medio cordis mei.* Quod autem sequitur, *Evangelizavi iustitiam tuam in Ecclesia magna* (Ps 39, 8-10); congruentius ad illud refertur, *Et erunt duo in carne una.*

3. Sive ergo illud, sive hoc intelligatur quod dictum est, *In capite libri;* liber iste Psalmorum per quinquagenos, si per ipsos quinquagenarios articulos interrogetur, magnum aliquid et valde dignum consideratione respondet. Non enim frustra mihi videtur quinquagesimus esse de poenitentia, centesimus de misericordia et iudicio, centesimus quinquagesimus de laude Dei in sanctis eius. Sic enim ad aeternam beatamque tendimus vitam, primitus peccata nostra damnando, deinde bene vivendo, ut post condemnatam vitam malam gestamque bonam, mereamur aeternam. Secundum propositum enim occultissimae iustitiae bonitatisque suae Deus, *quos praedestinavit, illos et vocavit; et quos vocavit, ipsos et iustificavit; quos autem iustificavit, ipsos et glorificavit* (Rom 8,30). Praedestinatio nostra non in nobis facta est, sed in occulto apud ipsum, in eius praescientia. Tria vero reliqua in nobis fiunt, vocatio, iustificatio, glorificatio. Vocamur praedicatione poenitentiae: sic enim coepit Domi-

cación, se hacen en nosotros. Somos llamados por la predicación de la penitencia, pues así comenzó el Señor a evangelizar: *Haced penitencia, porque se acercó el reino de los cielos.* Somos justificados por el llamamiento de la misericordia y por el temor del juicio; de aquí que se dice: *Sálvame, Dios, en tu nombre y júzgame con tu poder.* No teme ser juzgado el que antes pidió ser salvado. Llamados, renunciamos al diablo por la penitencia para permanecer bajo su yugo. Justificados, sanamos por la misericordia para que no temamos el juicio. Glorificados, pasamos a la vida eterna, en donde sin fin alabaremos a Dios. A esto (a estas tres cosas) se refiere, según creo, lo que dice el Señor: *Ved que arrojo demonios y llevo a cabo curaciones hoy y mañana, y al tercer día fenezco.* Lo cual también lo demostró en el triduo: de su pasión, muerte y resurrección, puesto que fue crucificado, sepultado y resucitó. En la cruz triunfó de los príncipes y potestades, en el sepulcro descansó y en la resurrección fue ensalzado. La penitencia atormenta, la justicia pacifica y la vida eterna glorifica. La voz de la penitencia es: *Apiádate de mí, ¡oh Dios!, según tu gran misericordia; y según la multitud de tus piedades borra mi iniquidad.* Esta, la penitencia, ofrece en sacrificio a Dios: el espíritu atribulado y el corazón contrito y humillado. La voz de la justicia de Cristo en los elegidos es: *Misericordia y juicio te cantaré, ¡oh Señor!; salmearé y entenderé en el camino inmaculado cuando vengas a mí.* Efectivamente, por la misericordia nos ayuda para obrar justicia a fin de que nos presentemos seguros al juicio, en donde son exterminados *de la ciudad del Señor todos los que*

nus evangelizare, *Agite poenitentiam; appropinquavit enim regnum caelorum* (Mt 3,2; et 4,17). Iustificamur in vocatione misericordiae, et timore iudicii: hinc est quod dicitur, *Deus, in nomine tuo salvum me fac, et in virtute tua iudica me* (Ps 53,3). Non timet iudicari, qui impetraverit ante salvari. Vocati, renuntiamus diabolo per poenitentiam, ne sub iugo eius remaneamus: iustificati, sanamur per misericordiam, ne iudicium timeamus: glorificati, transimus in vitam aeternam, ubi Deum sine fine laudamus. Ad hoc pertinere arbitror quod Dominus ait: *Ecce eiicio daemonia, et sanitates perficio hodie et cras, et tertia consummor* (Lc 13,32). Quod etiam in triduo suae passionis et dormitionis et evigilationis ostendit. Crucifixus est enim, et sepultus, et resurrexit. In cruce de principibus et potestatibus triumphavit, in sepulcro requievit, in resurrectione exsultavit. Poenitentia cruciat, iustitia tranquillat, vita aeterna glorificat. Poenitentiae vox est: *Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam; et secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam.* Haec offert sacrificium Deo spiritum contribulatum, cor contritum et humiliatum (Ps 50,3.19). Iustitiae Christi vox est in electis suis: *Misericordiam et iudicium cantabo tibi, Domine; psallam, et intelligam in via immaculata, quando venies ad me.* Per misericordiam quippe adiuvamur ad faciendam iustitiam, ut securi ad iudicium veniamus; ubi disperduntur *de civitate Domini omnes qui operan-*

obran iniquidad. El versillo con el que concluye este salmo (100) es la voz de la vida eterna.

4 [v.1-2]. *Alabad al Señor en sus santos:* sin duda en aquellos que glorificó. *Alabadle en el firmamento de su poder. Alabadle en sus poderíos,* o como otros consignaron: *en sus potentados. Alabadle según la inmensidad de su grandeza.* Todas estas cosas son sus santos, pues, como dice el Apóstol, *nosotros somos justicia de Dios por Cristo.* Luego, si son justicia de Dios, la cual El hizo en ellos, ¿por qué no serán también poder de Dios, que hizo en ellos para que resucitasen de entre los muertos, ya que también de un modo especial resalta en la resurrección de Cristo el poder, pues, aun cuando en la pasión apareció la debilidad, según dice el Apóstol: *Si fue crucificado en cuanto a la flaqueza, no obstante, vive por la virtud o el poder de Dios;* y en otro lugar dice también: *A fin de conocerle a El, y el poder de su resurrección?* Admirablemente dijo por tanto: *En el firmamento de su poder,* pues es firmamento de poder, porque *ya no muere y la muerte no se enseñoreará de El en adelante.* Pero ¿por qué, pues, no se dice: *A los que hizo en ellos,* al nombrar los poderíos de Dios? Sin duda, ellos son poderíos de El, como nosotros *somos justicia de Dios en El,* según se dijo. Pues ¿qué cosa más poderosa que reinar eternamente después de haber vencido a todos los enemigos debajo de sus pies? ¿Y por qué no han de ser también inmensidad de su grandeza? Mas no aquella por la que El es grande, sino aquella por la que los hizo grandes, y tantos, es decir, miles de millares, así como se entiende de un modo la justicia por

tur iniquitatem (Ps 100,1-2.8). Quo versu psalmus iste concluditur, vitae aeternae vox est.

4 [v.1.2]. *Laudate Dominum in sanctis eius:* utique in eis quos glorificavit. *Laudate eum in firmamento virtutis eius. Laudate eum in virtutibus eius;* vel, ut alii interpretati sunt, *in potentatibus eius. Laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius.* Omnia ista ipsi sunt sancti eius; quomodo dicit Apostolus: *Ut nos simus iustitia Dei in ipso* (2 Cor 5,21). Si ergo iustitia Dei quam fecit in eis, cur non et virtus Dei quam fecit in eis, ut resurgerent a mortuis? Nam et in Christi resurrectione virtus maxime commendatur; quia in passione infirmitas fuit, dicente Apostolo, *Etsi crucifixus est ex infirmitate, sed vivit ex virtute Dei* (ib. 13,4): et alio loco, *Ad cognoscendum,* inquit, *eum, et virtutem resurrectionis eius* (Phil 3,10). Optime autem ait, *In firmamento virtutis eius.* Firmamentum est enim virtutis, quia iam non morietur, et mors ei ultra non dominabitur (Rom 6,9). Cur non et potentatus Dei dicantur, quos in eis fecit? Imo ipsi sint potentatus eius; quomodo dictum est, *Nos* sumus *iustitia Dei in ipso.* Quid enim potentius, quam regnare in aeternum, sub pedibus positis omnibus inimicis? Cur non ipsi sint etiam multitudo magnitudinis eius? Non qua ipse magnus est, sed qua magnos eos fecit, tam multos, hoc est, millia

la cual El es justo, y de otro la que hace en nosotros para que nosotros seamos su justicia.

5. Estos mismos santos se hallan simbolizados a continuación en todos los instrumentos músicos que alaban a Dios. Pues lo que consignó de antemano diciendo: *Alabad al Señor en sus santos,* lo declara a seguida, simbolizando de varias maneras a sus mismos santos.

6 [v.3]. *Alabadle con sonido de trompeta;* esto debido a la nitidísima claridad de la alabanza. *Alabadle con el salterio y la cítara.* El salterio alaba a Dios en la parte superior, y la cítara en la parte inferior, como si se alabase a Dios por lo celeste y lo terrestre, como si se le alabase porque hizo el cielo y la tierra Ya dije en la exposición de otro salmo que el salterio tiene la caja sonora en la parte superior, en la que se fija la serie de cuerdas para que produzca un sonido más fuerte y más dulce; y la cítara tiene esta caja de resonancia en la parte inferior.

7 [v.4]. *Alabadle con tímpano y danza.* El tímpano, atabal o tambor alaba a Dios cuando ya no existe flaqueza alguna de corrupción terrena en la carne cambiada, puesto que el tambor se hace de piel desecada y consolidada. La danza o el coro alaba a Dios cuando le alaba la sociedad pacífica. *Alabadle con cuerdas y órgano.* El salterio y la cítara que anteriormente conmemoré tienen cuerdas. La palabra *órgano* es nombre genérico de todos los instrumentos músicos, aunque ya se va adquiriendo la costumbre de llamar propiamente órgano a los instrumentos músicos que se inflan con fuelles, pero no creo que aquí se designe única-

millium. Sicut aliter intelligitur iustitia qua est ipse iustus; aliter quam in nobis facit, ut nos simus iustitia eius.

5. Iidem ipsi sancti sunt in omnibus musicis organis deinceps significati, ad laudandum Deum. Quod enim proposuit dicens, *Laudate Dominum in sanctis eius,* hoc exsequitur, varie significans eosdem ipsos sanctos eius.

6 [v.3]. *Laudate eum in sono tubae:* propter laudis excellentissimam claritatem. *Laudate eum in psalterio et cithara.* Psalterium est de superioribus laudans Deum, cithara de inferioribus laudans Deum; tanquam de caelestibus et terrestribus, tanquam eum qui fecit caelum et terram. Iam quippe in alio psalmo exposuimus psalterium desuper habere sonorum illud lignum, cui nervorum series, ut meliorem sonum reddat, incumbit: quod lignum cithara inferius habet.

7 [v.4]. *Laudate eum in tympano et choro.* Tympanum laudat Deum, cum iam in carne mutata nulla est terrenae corruptionis infirmitas. De corio quippe fit tympanum exsiccato atque firmato. Chorus laudat Deum, quando laudat eum pacata societas. *Laudate eum in chordis et organo.* Chordas habet et psalterium et cithara, quae superius commemorata sunt. Organum autem generale nomen est omnium vasorum musicorum; quamvis iam obtinuerit consuetudo, ut organa proprie dicantur ea quae inflantur follibus: quod genus significatum hic esse non arbitror. Nam cum organum vocabulum graecum sit, ut dixi, generale omni-

mente esta clase de instrumentos músicos. Pues el vocablo *órgano* es palabra griega, que, como dije, es nombre común que se aplica a todos los instrumentos músicos; y los griegos llaman por otro nombre a los que se inflan con fuelles. El llamar *órgano* sólo a esta clase de instrumentos músicos, más bien es costumbre latina y del vulgo. Por lo que dice: *con cuerdas y órgano,* me parece que quiso significar algún otro instrumento músico que tenga cuerdas, pues no sólo el salterio y la cítara poseen cuerdas; pero como en el salterio y en la cítara, debido al sonido producido, en uno en la parte superior y en la otra en la parte inferior, se descubrió algo que puede entenderse conforme a esta distinción, por lo mismo nos incita a buscar alguna otra cosa en las mismas cuerdas, porque ellas también son carne, pero exenta ya de la corrupción. Quizá a la palabra *cuerdas* añadió *órgano* para que no sonase como cada una de por sí, sino para que sonasen conjuntamente en armoniosa diversidad, como se acoplan en el órgano. Pues también los santos de Dios tendrán entonces propias diferencias consonantes, no disonantes; es decir, concordantes, no discrepantes, así como se produce un dulcísimo canto con diversos sonidos, pero sin discrepar entre sí. *Una estrella se diferencia de otra en claridad; así será la resurrección de los muertos.*

8 [v.5-6]. *Alabadle con címbalos sonoros, alabadle con címbalos de júbilo.* Los címbalos o platillos se golpean entre sí para que suenen; de aquí que por algunos se compararon a nuestros labios. Pero creo que debe entenderse mejor: que en cierto modo se alaba a Dios con los címbalos cuando cada uno honra a su

bus musicis instrumentis; hoc cui folles adhibentur, alio Graeci nomine appellant. Ut autem organum dicatur, magis latina et ea vulgaris est consuetudo. Quod ergo ait, *in chordis et organo,* videtur mihi aliquod organum quod chordas habeat, significare voluisse. Non enim sola psalteria et citharae chordas habent: sed quia in psalterio et cithara, propter sonum ab inferioribus et superioribus, inventum est aliquid quod secundum hanc distinctionem possit intelligi, aliud nos in ipsis chordis quaerere admonuit; quia et ipsae sunt caro, sed iam a corruptione liberata. Quibus fortasse ideo addidit organum, non ut singulae sonent, sed ut diversitate concordissima consonent, sicut ordinantur in organo. Habebunt enim etiam tunc sancti Dei differentias suas consonantes, non dissonantes, id est, consentientes, non dissentientes; sicut fit suavissimus concentus ex diversis quidem, sed non inter se adversis sonis. *Stella enim a stella differt in claritate; sic et resurrectio mortuorum* (1 Cor 15,41-42).

8 [v.5.6]. *Laudate eum in cymbalis bene sonantibus, laudate eum in cymbalis iubilationis.* Cymbala invicem tangunt ut sonent; ideo a quibusdam labiis nostris comparata sunt. Sed melius intelligi puto in cymbalis quodammodo laudare Deum, dum quisque honoratur a proximo suo, non a seipso; et invicem honorantes dant laudem Deo. Ne quis

prójimo y no a sí; y de esta manera, honrándose mutuamente, alaban a Dios. Mas para que nadie entendiese que los címbalos son instrumentos que suenan careciendo de espíritu, pienso que se añadió *con címbalos de regocijo.* El regocijo, es decir, la inefable alabanza, únicamente brota del alma. Tampoco juzgo que debe pasarse por alto lo que dicen los músicos, y es cosa evidente, que hay tres clases de sonidos, a saber: los producidos por la voz, por el soplo y por la pulsación. El producido por la voz es el que se hace mediante las fauces y la garganta, sin instrumento alguno, del hombre que canta. El producido por el soplo es el que se ejecuta mediante la flauta o algún instrumento semejante. El producido por la pulsación es el que se efectúa mediante la cítara o algún parecido instrumento. Ninguna especie de sonido se omitió aquí en el salmo. Porque la voz se da en el coro; el soplo, en la trompeta, y la pulsación, en la cítara, como si fuesen la mente, el espíritu y el cuerpo, pero comparando, no igualando. Lo que consignó de antemano: *Alabad al Señor en sus santos,* ¿a quiénes se lo dijo sino a los mismos? Y ¿en quiénes se llevó a cabo el alabar a Dios sino en los mismos? Vosotros, dice, sois sus santos y su fortaleza, pero la que El hizo en vosotros; también sois su poderío y la inmensidad de su grandeza, pero la que El hizo y manifestó en vosotros. Vosotros sois la trompeta, el salterio, la cítara, el tambor, el coro, las cuerdas, el órgano, el címbalo sonoro de regocijo de las cosas que suenan bien, porque son armónicas. No se piense aquí en nada vil, en nada pasajero, en nada cómico. Y como percibir según la carne es muerte, *todo espíritu alabe al Señor.*

autem cymbala intelligeret, quae sine anima sonant, ideo puto additum, *in cymbalis iubilationis.* Iubilatio namque, id est ineffabilis laus, nonnisi ab anima proficiscitur. Nec praetereundum existimo quod musici dicunt, et res ipsa manifesta est, tria esse genera sonorum; voce, flatu, pulsu: voce, ut est per fauces et arterias, sine organo aliquo cantantis hominis; flatu, sicut per tibiam, vel quid eiusmodi; pulsu, sicut per citharam, vel quid eiusmodi. Nullum itaque genus hic praetermissum est: nam vox est in choro, flatus in tuba, pulsus in cithara; tanquam mens, spiritus, corpus; sed per similitudines, non per proprietates. Quod ergo proposuit, *Laudate Dominum in sanctis eius,* quibus hoc dixit, nisi eis ipsis? Et in quibus ut Deum laudent, nisi in seipsis? Vos enim sancti eius, inquit, virtus eius estis, sed quam fecit in vobis; et potentatus eius, et multitudo magnitudinis eius, quam fecit et ostendit in vobis. Vos estis tuba, psalterium, cithara, tympanum, chorus, chordae, et organum, et cymbala iubilationis bene sonantia, quia consonantia. Vos estis haec omnia: nihil hic vile, nihil hic transitorium, nihil ludicrum cogitetur. Et quia sapere secundum carnem mors est, *Omnis spiritus laudet Dominum.*

Oración que acostumbraba a recitar San Agustín al fin de cada sermón y exposición, conforme se advierte incoada en algún salmo

Vueltos al Señor, Dios Padre omnipotente, démosle con puro corazón, en cuanto nos lo permite nuestra pequeñez, las más rendidas y sinceras gracias, pidiendo a su particular bondad, con todas nuestras fuerzas, que se digne oír nuestras plegarias según su beneplácito y que aparte también con su poder al enemigo de todos nuestros pensamientos y obras; que acreciente nuestra fe, gobierne nuestra mente, nos dé pensamientos espirituales y nos lleve a su bienaventuranza por su Hijo Jesucristo, Señor nuestro, que con El vive y reina, Dios, en unidad del Espíritu Santo, por todos los siglos de los siglos. Amén. Así sea.

Sancti Aurelii Augustini oratio quam pos singulos sermones atque tractatus dicere consuevit

Conversi ad Dominum Deum Patrem omnipotentem, puro corde ei, quantum potest parvitas nostra, maximas atque veras gratias agamus: precantes toto animo singularem mansuetudinem eius, ut preces nostras in beneplacito suo exaudire dignetur; inimicum quoque a nostris actibus et cogitationibus sua virtute expellat, nobis fidem multiplicet, mentem gubernet, spirituales cogitationes concedat, et ad beatitudinem suam perducat: per Iesum Christum filium suum Dominum nostrum, qui cum eo vivit et regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. Amen.

INDICE DE MATERIAS DE LOS CUATRO VOLUMENES

ACABOSE DE IMPRIMIR ESTE VOLUMEN XXII
DE LAS «OBRAS DE SAN AGUSTIN», DE
LA BIBLIOTECA DE AUTORES CRISTIANOS,
EL DIA 21 DE ABRIL DE 1967, FIESTA DE
SAN ANSELMO, EN LOS TALLERES
RAYCAR, S. A., IMPRESORES,
MATILDE HERNANDEZ,
NUM. 27, MADRID

LAUS DEO VIRGINIQUE MATRI